OANNIS OSORII
SOCIETATIS
IESV.

Tomus Quartus.

CONCIONVM RERVM

Diuersarum per annum occurrentium, vt in sequenti tabula patebit.

D CLARISS. LICENTIATVM
D. FERDINANDVM à PADILLA
Priorem Oxomensis Ecclesiæ.

um Indice locorum Sacræ Scripturæ, & rerum memorabilium.



VENETIIS, MDCIIII.


Apud Petrum Mariam Bertanum.



INDEX CONCIONVM, QVAE IN HOC LIBRO CONTINENTVR.







INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE QVI OBITER IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Primus numerus paginam, secundus verò columnam significat.



Ex Genesi.

Ex Exodo.

Ex Leuitico.

Ex Numeris.

Ex Deuteronomio.

Ex Iosue.

Ex lib. Iudicum.

Ex Ruth.

Ex lib. 1. Regum.

Quid

Ex 2. Regum.

Ex 3. Regum.

Ex 4. Regum.

Ex Esdra.

Ex Tobia.

Ex Iudith.

Ex Esther.

Ex Iob.

Ex Psalmis.

30 Quam

Omnis

Ex Prouerbijs.

Ex Ecclesiaste.

Ex Sapientia.

Ex Canticis.

Ex Ecclesiastico.

Ex Esaia.

Ex Hieremia.

Ex Threnis.

Ex Ezechiele.

Ex Daniele.

Ex Osea.

Ex Amos.

Ex Iona.

Ex Michæa.

Ex Nahum.

Ex Abacuc.

Ex Sophonia.

Ex Aegæo.

Ex Zacharia.

Ex Machabæis.

Ex Matthæo.

rabundantes 63

Ad Philippenses.

Ad Colossenses.

1. Thessalon.

2. Thessalon.

Ex 1. Timothæum.

2. ad Timotheum.

Ad Hebræos.

Ex Iacobo.

Ex Canonic. Petri.

Ex Canonic. Ioan.

Ex Iuda Thadæo.

Ex Apocalypsi.



INDEX RERVM ET VERBORVM, QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Numerus primus indicat paginam: Secundus columnam cum litera.

A

Auxi-

D

E

F

G

Gra-

L

M

N

R

Re-

S

Sitis

Vo



IOANNIS OSORII SOCIETATIS IESV,

CONCIONVM

TOMVS QVARTVS.

CONCIO IN FESTO NOMINIS IESV, THEMA.

Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Matth. 1.

A ON parua admiratione dignum est, quod velit Deus ab hoib. nomen
Chrys. accipere. Qm̃, vt Chrysost. ait, in hom. de lau
Dam. dib. Pauli, & Damasc. lib. 2. de fide, ca. 20. nomen imponere maiestatis ac dñij est, nomen uero accipere subiectionis, & seruitutis. Et ratio est, quoniã nomẽ vicariũ est rei, & ideo authoritas in nominis impositione significat dominium in rem.

Et hac rõne parentes noĩa imponũt
B filijs, tanq̃ eorum dñi. Eadem de cã, ut
Gen. 2. dñium ostẽderet Adã in animantia, eis noĩa imposuit, & noĩs ipositio fuit possessio ab eo accepta in viuentia: in quo
Hiero. primũ se dñm eorum ostendit Hieron. in c. 1. Danielis ait, apud Chaldæos dños seruis noĩa imposuisse, vt dñium ostenderent, seruosq; noĩa accepisse in seruitutis ostensionem, & hac de cã factũ fuisse, vt Nabuchodonosor mutaret nomina triũ puerorũ Hebræorũ, & noua imponeret noĩa tanq̃ dñs, illi vero tanquã serui ea susciperẽt. Peccato certè homo
C seruus factus est, & vt eam tolleret seruiturẽ assertor nr̃ Xp̃s, dignatus est ser-
Phil. 2. uus fieri. Exinaniuit semetipsum formã serui accipiens, qui venit ministrare, nõ ministrari, & idõ tanq̃ seruus nomen accipit hodie ab eis, quib. erat subditus, ut nos vindicet in libertatẽ filiorum Dei;
Luc. 1. Nunc quidem Iosepho dr̃. Vocabis nomen eius Iesum. sed prius eadem verba Mariæ dixit angelus apud Lucã, ad Ioseph verò eadẽ dicit tanq̃ ad Mariæ spõsum, illa.n.est, q̃ pcipuum ius in Xp̃m hẽt, vt nomen imponat, & vt oĩa ab eo obtineat, tanquã à filio charissimo, & à seruo, si sic loq fas est, fidelissimo. Ad eã ergo accedam⁹ salutãtes eã Aue Maria. A

Nos fuit vniuerso in mũdo celebris, vt ex oĩb. historijs cõpertum est, vt egregia facinora, & opa p̃clara ęternitati mãdent media fama. Quia vero tp̃s de oĩb. triũphat, efficiens ut obliuione cũcta obruant: curant hoĩes memoriã conserua- B
re, vel ædificijs, vel scripturis, vel columnis, vel festis ad institutis. Hac de cã, ut iugis esset memoria exitus ex Aegypto, Exo. 12
istituit Deus Pascha celeberrimũ agni. Leu. 2.
Simili de cã institutum est festum Pẽtecostes, & alia festa, q̃ Deus obseruari p̃cepit. Et in memoriã ei⁹ eximij miraculi, quo aquę Iordanis diuisæ sunt, p̃cepit dñs Iosue, ut tolleret d̃ medio alueo Ior Ios. 4.
danis 12. lapides grandes, & in modum colũnarũ erigeret ĩ cãpo Hierico. Sic ẽt in memoriã supplicij quinq; ciuitatum, relictum est usq; in hanc dıẽ mare mortuum sulphureum: In memoriã uictorię C
partæ à Philistæis tp̃e Samuelis, erectus 1. Re. 7
est lapis, q dictus est adiutorij. Historię humanę plenę sunt huiuscemodi monumẽtis, & nũc ĩ Hispania colũnę sũt Herculis ab eo erectæ ob sui memoriã. Sed ut hui⁹ rei potissimũ exẽplũ p̃ponam⁹, ut Xp̃i passiõis memoria p̃petua in mũdo esset, nec tãta res obliuioni traderet,

A institutũ, est diminisſimum Eucharistiæ sacrũ, & Missæ sacrificiũ, in qua repræ-
Mat.16 sentatio est Dñicæ Passionis. Vnde ille dixit. Hęc quotiescũq; feceritis, i mei me-
1. Cor. 11. moriã facietis. Et Paul. Quotiescunque mãducabitis panẽ hunc, &c. mortẽ dñi annunciabitis donec ueniat. Acquũ profecto est, ut pclarisſimorũ facinorũ memoria conseruet, tũ in gloriã eorum, qui illa pstitere, cũ in posteriorũ instructionem, & iõ stemata, ac isignia cõcessa viris illustrib. sunt, quib. ea mãnifestetur.

Ex his uero, quæ pulcherrimẽ facinora æternæ memoriæ mãdant, unũm est, nomẽ assumere, quo illa significent. Et iõ in memoriã sacrificij Abrahæ, & promissionis ei factæ, dictus est Abrahã, addita noi eius littera desũpta ex noie Dei
B ineffabili. Et in memoriã luctæ Iacob, qua sũmã ostẽdit fortitudinẽ, dũ direct⁹ est cũ Angelo, & inualuit ad illũ, & contra Deũ fortis fuit, dictus est Israel. Et plures Romani ea de cã noia acceperũt, vt Scipio Aphricanus, Scipio Asiaticus, Quintus Fabius Cũctator. Et Hispani multi ab egregijs factis noia accepere.

Audiuimus vero pſępe, excellentisſimũ Dei opus esse mundi redẽptionẽ media incarnatione, ac morte filij sui. Hoc opus dr̃ p excellẽtiã Dei opus, quo summe Deus glorificatus est, in quo eo usq; processit ostendens sapientiã, bonitatẽ, ac miam: necnõ & potẽtiã, ut ultra procedere De⁹ nõ posset, nec. n. habuit, quo procederet ei⁹ bonitas, postq̃ filiũ dedit, & ille uitã fudit pro inimicis. Non ergo
C excogitari põt opus gloriosius Deo, ac istud. Huius aũt tãti operis memoria oino cõseruãda in mũdo fuit, ad hoc vero plura facta sunt. Scriptura. n. cõseruata est, dũ Euangelia cõscripta sunt, q̃ nulla delebit obliuio, & pdicata i uniuerso orbe, fidelisſime scripta a quatuor Dei scribis. Ad hoc ipsum instituta sacra, & festa in Ecclesia, quib. agitur memoria redemptionis. Sed quia ista raro, nec sępe accidũt, oportebat vero memoriã istã iugẽ i nobis esse, q̃ nos perpetuo excitaret ad amorẽ, gratitudinẽ, ac obseqa pstanda. Nomẽ accepit Iesus, quo significat, eũ saluasse nos. In hoc noie epilogũ hẽmus oium Xpi operũ, ac beneficiorum, A excitatorẽ memorię, u recordet oium, q̃ ab eo recepit, ut dicat. Nomẽ tuum, & Isa.26. memoriale tuũ in desiderio aĩæ. Nec. n. dr̃ Saluator solũ, qa nos glorificat, sed qa redemit sanguine suo, meruit grãm, ac pro nobis satisfecit. Sicut ergo erecta statua aurea pcepit Nabuchodonosor, Dan.3 ut auditis uoc. h. musicorũ, oẽs gẽtes genuflecterẽt corã statua sua aurea: ita nomẽ Iesus musica est dulcisſima, & eo nomine audito flectẽdũ nobis est genu corã Deo nr̃o uero, ut i noie Iesu oẽ genu- Phil.2. flectat, cęlestiũ, terrestriũ, & infernorũ. Quia eo noie proponunt nobis infinita nobis exhibita bñficia, qbus nos gratos exhibere dẽmus. Nomẽ hoc scintilla est illi⁹ igniti lapidis Xpi, qua suscepta, corda nr̃a ardere deberẽt, si esca essent ppa-
rata. Si. n. affectio humana ad eo est potens, vt dilecti noie audito lique fiat cor, B ac commutent facies, qd nõ agere dẽret Xpi amor, & innumera illius bẽneficia q̃ in memoriã reuocant, audito noie Iesu? Cur nõ liquefit cor nr̃m, & intima uiscera cõmouent? Nois q dẽ uix maxima est, ac durities nr̃a id efficit. Id uero spõsa ostendit, cũ ait. Oleum effusũ nomẽ Cant.1 tuũ. Oleũ penetrat maxime. Vñ ps. Sicut oleũ in ossib. eius, & mollificat, un- Ps.108 de spõsa significat, cũ audio nomẽ tuum ò spõse, uniuersa uiscera mea trãsfigũtur, & sagitta amoris penetrant, nomẽ tuũ sagitta est herba intincta, q̃ cor meũ rapit, ac molle reddit, nulla i eo relicta duritia. Iõ adolescẽtulę dilexerũt te nimis, qa quoties hoc nomẽ reperit, amor crescit, ac augeť. Quia uero oleũ figurã recipit uasis, in quo ponit, iõ hoc nomẽ Iesus, i plurib. nihil fere deuotiõis excitat, C pp cordis sui puersã figurã. Nomẽ uero Iesus Deo gloriosisſimũ est, quia ẽ effusum oleũ, quia ostẽdit effusam in nos diuinã largitatẽ, ac bonitatẽ summe. Sicut diuitiæ in thecis cõseruatæ nomẽ nõ tribuũt, sed effusæ, cũ uero effundunt, nomẽ tribuũt, iuxta id. in qd effunduntur, sicut. n. liqefactũ æs nomẽ accipit à uase, in qd recipit, vulgo dr̃ Molde, si. n. illud mittas in hoc uas, efficiet cimbalũ, si in illud cacabus, aut quid simile, ita si di-
uitias

A uitias effundas in mulierculas, dicens in honestus, si i ludos lusor, si in uana ꝓdigus, si in paupes misericors, si in debitis soluẽdis iustꝰ, si i familia alẽda ꝓuidus. Ita Deus effudit bonitatẽ, ac diuitias gloriæ suæ i hoĩum remediũ, & iõ optimus misericors, & miserator dr̃, oleũq; effusũ nomẽ est eius. Deo ergo gloriosissimũ nomẽ iter uniuersa illius noĩa Iesus est.

Plura quidẽ noĩa Dei nr̃i sunt, sed supremũ oĩum Iesus est. Ita tenet Abul. in c. 20. Exo. q. 7. & alij. Vt uero id palã fiat, notãdum est ex Dio. 1. de cęl. hier. c. 4. & ex Th. 1. p. q. 19. ꝙ sicut nos Deũ itelligere nõ possumus, ut in se est, sed ut in effectib. manifestat̃, ita Deũ noĩare nõ possumus, ut est in seipso, sed ex opib. noĩa sumimus, vñ eũ dicimus iudicẽ, dñm, glorificatorẽ, ac alias huiuscemodi. Et decẽ noĩa, q̃ Hie. ad Marcel. & Isid. lib. Ethi. Deo tribuit, ab effectibus sumunt̃, ut Sabaoth, ꝙ sonat dñs exercituũ, quia in ordinẽ cõstituit creaturas. Et Eloi, quia iudex est. Et nomẽ Deus Græcũ est, & deriuat̃ à uerbo, ꝙ signat gubernare, ac ꝓuidere, quia oĩa gubernat. Cũ ergo nomen Iesus sumat̃ à maximo Dei opere, ꝙ est redẽptio, facta incarnatione, ac passione: merito hoc nomẽ supremũ est inter diuina noĩa, quia à summo opere desumptũ est, & iõ gloriosissimũ Deo. Et iõ de hoc noĩe Pau. ait: Dedit illi nomen, quod est super oẽ nomẽ, ut in noĩe Iesu, &c. quia sumit̃ ab opere, ꝙ est super oĩa opera. Et iõ ecclesia huic noĩ pcipuum tribuit honorem, nec. n. inclinare capita pcipit ad alia Dei noĩa, sed ad nomẽ Iesu inclinarĩ uoluit, ut gratissima beneficio tãto. Et hac de causa merito depingit̃ hoc nomẽ radijs Solis circunfusũ, quia reliqua Dei opa pcipi, ac cõprehendi pñt, opus uero Incarnationis, ac Redẽptionis mysteriũ est abscõditũ oĩb. sæculis, incõprehendibile hoĩ, ac angelo, & iõ sicut hoĩs oculus nõ põt directe Solem contẽplari pp ipsius maximã claritatem, sed cũ illũ respicit caput inclinat̃, ac oculos deprimit: ita nomen Iesu caput inclinari facit, non solũ hoĩum, sed & angelorũ quasi dicãt oẽs sustinere nõ possumus, ut splendorem tm̃, oculus nr̃ infirmus tm̃ opus nõ cõprehẽdit. Hĩc ẽt factũ est, ut hoc noĩe Iesus uoluerit signa, ac ꝓdigia patrari, q̃ in fidei suæ testimoniũ fieri uoluit. Vn ait. In noĩe meo dęmonia eijciẽt, &c. Et iõ Principes, & Pharisęi, vt Lu. ait, cõuocantes Aplos, cęlis denũtiauerũt, ne oĩno loquerent̃ in noĩe Iesu. Sustinere nõ poterant hoc nomen. Sed ut dulcissimũ mũdo redderet̃, in eo cuncta mirabilia pficiebãt. Apo. Vnde & orabãt, ut dr̃ in Actib. dicẽtes, Et nũc dñe da seruis tuis cũ oĩ fiducia loq verbũ tuũ, in eo ꝙ manũ tuã extendas ad sanitates, & signa, & ꝓdigia fieri p nomẽ sancti filij tui Iesu. Singularis ergo virtus i hoc noĩe est aduersꝰ dęmones, ĩfirmitates, ac mala vniuersa. Cuiꝰ rei singulare testimoniũ est impressum fidelium aĩs, cũ in oĩ malo, periculo, aut discrimine inuocat homo, nomẽ hoc Iesus, & nõ alia diuina noĩa. Sicut. n. vt Ari. ait in operib. repentinis, & in primis motibus, qui deliberationẽ rõnis pcedunt, dirigit̃ hõ à natura, q̃ in suis opib. nõ errat, ut cũ uidet gladium imminẽtẽ capiti, manũ eleuat, vt caput tueat̃, tunc a natura dirigit̃, vt plurisducat caput, q̃ manũ, & cum puluis insurgit, oculos claudit, ut pupillã seruet. Ita oĩno, cũ repẽtinus adest casus, & discrimẽ subitum, sine ulla deliberatione munit se fidelis noĩe Iesu, potius q̃ alio Dei noĩe, motu quodã primo supernaturali a gr̃a, uel fide procedente, qua docemur, hoc nomẽ esse potẽtissimum refugium nr̃m, cuique Deus singularia beneficia concessit cum inuocatur à fidelibus.

Sed cũ nomẽ, ut Plato ait i Cratylo sic (vt sic dicã) vicarius, & substitutꝰ rei, curauerũt hoĩes illud extendere, accelerita te p uniuersum mundum, & ideo illud in libris exarare, in columnis imprimere, in pyramidib. sculpere, ac in monetis curauere, ut hõ, q re ipsa non põt se extendere per uniuersum, noĩe extendat̃. Hac de causa curauit pater, ut nomẽ filij sui, quẽ cõstituit hęredẽ uniuersorũ, p uniuersum mundũ propagaretur, & iõ illud sæpius sculpsit, primum in Iosue, quẽ elegit ducem populi su, ut cum hostib. cõfligeret, ut in bellis hoc nomẽ Iesus inuocaret, resonaret, & in vrbibus expu-

Marginal notes (left): Abul. Dion. Tho. B Hiero. Isidor. Phil. 2. C

Marginal notes (right): A. Marc. vltim. Act. 5. Act. 4. B Aristo. C Plato.

A expugnatis inscriberet. Id ipsum nomé est q in lamina aurea scriptū fuit,& gestabat a Sacerdote in fronte,qd ineffabile dicebatur,ut ait Euseb.li.9.de pparatione Euangelica,c.7.qa illud noiare nō licebat nisi sacerdoti in consecratione sacerdotis. Et ideo ait Hieron. Loco illius dicebāt Adonai. Et qd hoc nomē Moysi Deus reuelauerit,magni facit in Exo.dicēs. Ego Dominus qui apparui Abrahā Isaac,& Iacob in Deo omnipotente, & nomē meū Adonai nō indicaui eis. vbi loco Adonai, est nomē ineffabile,qd est Iehoua:hoc autem idem est qd Iesus, hebraice.n.Iesus est Ieo sua. Itaq. nomē Iesus est nomen Dei ineffabile addita litera Sin. Quia formā serui accepit,q coniūxit sup nōto diuino,recte uero serui signat litera S. q signū seruorū est, nec clauus ei deerit, cum clauis cōfixus fuerit,& iō in cruce ei apponit titulus, quo Iesus dr,q formā serui accedit,apud Latinos etiā litera S.formā habet colubri, addita vero est Dei noi tanq insigne,ac stemma quo ornatur,quia deiecit serpētem antiquum,& peccatum,qd in serpēte significatur. Et ideo audito hoc nomine Iesus,nomina idolorum deleta de terra sunt impletūq; est illud Oseæ. Et auferā nomina Baalim de ore eius,& nō recordabitur vltra nois eorū. Hoc autem nunc impletur, cū illud Pauli efficitur. Fornicatio āt,& ois immūditia aut auaritia nec noiet ī nobis, sicut decet sāctos.

Eufeb.

Hiero.

Exo.6.

B

Ose.2.

Eph.5.

Ostendimus nomē Iesus Xpo impositū in ipsius glam, qa vero Dei opa in ipsius gloriā, & nrām utilitatē intēdūt, uidēdum nunc hoc ēm est, quāta nobis fuerit vtilitas,qd hoc noīe vocaret. Hoc aūt facile ostendit,quia nomē hoc,si cōsideret, mire spē nrām erigit,& in eo titulū habemus pclarū,ut a Deo bona vniuersa obtineamus. Pro cuius rei explicatione sciendū est Deo maxime gratū esse,qd q sq; mun⁹ ac officiū suū exacte re stet, vt q pest in sollicitudine,q miseret in hilaritate,qd filius obediens & subditus sit,qd pr curā gerat filiorū,ac domesticorū,qd saderdos Ecclæ assistat,& si in religs. Est huius rei manifesta est rō, qa sicut malum Reibuplicæ inde prouenit, qd quisq; munus suum nō exequtur, ita illius bonum, si quisq; munus suum impleat. Vñ Pau.ad Tim. Ministerium tuū imple. Quia sicut recte se hēt humanū corpus,cum oīa mēbra recte munera sua præstāt:ita de republica censendū est. Et hoc est,qd Xps dixi. Qui vult venire post me abneget semetipsū,& tollat crucē suā & sequatur me. Crux cuiusque est onus, & obligatio pprij status hęc uero nō una est sed diuersa, p status diuersitate. Et adeo hoc verū est,vt Deo sit ingratū deficere in his,ad q status obligat, et si ptextu maioris obseqj Dei id fiat,et si opa sup rogationis, ac pfectionis pstare velis, q tunc Deo grata erunt, cum muneri ac officio tuo feceris satis, & eius obligatione impleueris. Qui ergo in alijs id exigit, pculdubio ipse in se ipso præstabit,muneri suo plene satisfaciet,nihilq. ptermittet, qd ad aliud pertineat. Attende nomina omnia, q Deus sibi vsurpauit,& munera,q agenda suscepit,& de oīb. vere dixisset repies. Quid vltra debui facere v neæ meæ, & nō feci? quasi dicat, nihil ptermisi eorū q debui. Cū ergo vsurpato noīe Iesus Saluatorē se hoiem fecerit, & munus assumpserit, pculdubio illud plenissime exequet. Interrogo ego te, qd ptermisit eorū, q ad hoīum salutē curandā ptinent? An nō ad hoc homo factus est, in psepio natus, Euāgeliū pdicauit,& mortē obijt sacra instituit, Apostolos in uniuersum mundū destinauit? Quid obsecro desiderari pōt. Qd si tu nihil dicas restare,dicā ego,aliqua,& multa adhuc desiderari,q ei pstāda sunt,ut nomen suum impleat, & muneri Saluatoris satisfaciat plene. Sed qd illud est? Certe Saluator hos integrā salutem corporis,& animæ pstare debet,nec plane pstabit officiū suū, donec id fecerit. Vñ ipse ait: Hæc est uoluntas Patris, ut nō perdā ex eis quenquā, sed ut resuscitē eos in nouissimo die. Cū ergo a Saluatore nobis puenire deat integrū remediū aīæ,ac corporis,quis titulus nobis cōueniētior dari potuit, q nomē Ies⁹,ut ab eo bona cūcta petamus,ut noī ac muneri suo faciat satis? Aug. qd est Ies⁹ nisi Saluator? pp temetipsū esto mihi

A

2.Ti.4

Ma.16

B

Isai.5.

C

Ioan.

A mihi Iesu, noli dñe, noli sic attẽdere ma lũ meũ, vt obliuiscaris bonũ tuũ. Et Ps.
Ps. 43. Exurge dñe, adiuua nos, & redime nos pp nomen tuum. Hoc titulo ad eũ accedebã mulieri, dicẽces. Filij Dauid miserere mei, quia Messias, quia Saluator misericordiã pſta. Remiſſio peccatorũ mihi necessaria est ad salutẽ cõsequẽdã, da mihi eã o Iesu: dolor mihi necessarius ẽ, ut hanc cõsequar, da mihi illũ o Iesu eodẽ titulo oĩa bona spiritualia, ac tpalia nobis cõuenientia ad salutẽ cõ sequẽdã, petere possumus, q̃ a licet nos redemerit copiose, sed Saluatoris nomen, ac munus
Phil. 3. nõ expleuit, donec resuscitet corpora nostra in nouissimo die. Ideo Pau. ait. Saluatorem expectamus Dñm nostrum Iesum Christũ, q reformabit corpus hu
B militatis nr̃æ configuratum corpori claritatis suę, cũ id præstiterit, oĩa expleuit. Qd si supplex ad Christũ accedas, nõ
4. Re. 6 rñdebit tibi, q̃ rex Israel mulieri dicẽti: Salua me Rex, ad quã ille. Non te saluet Deus, vñ possum te saluare de area, an de torculari? Saluator nr̃ areã hẽt plenã, hoi rea immẽsa tritico redũdãtia, qm̃ 33 annis in uita laborauit vt mercenarius, in qb. infinita merita, ac satisfacti nem collegit, & horrea impleuit sua, qb. nos melius pascere põt, q̃ Ioseph fratres in Aegypto. Anni, quib. in terra uixit, abũdãtiæ fuerũt, ut copia mẽsurã excederet, qa infinitis mũdis merita collegit, nec vnq̃ exauriri ualẽt. Sicut ergo titulũ apponi solẽt p foribus domorũ, quib. exprimit, q̃ sint, q̃ in illis domib. oĩb. diuẽdantur, ita cũ nomẽ Iesus Xpo imponitur,
C titulus ei affigit, quo oĩb. palã fit vniuer
Tit. 2. salẽ salutẽ, ac bonũ in Xpo nobis esse, gratisq. nobis cõcedi. Hoc noĩe vniuer-
Isa. 55. sos uocat hoĩes, dicẽs. Venite, emite abs
Ma. 11. que argento, & absque vlla cõmutatio, vinũ, & lac. Et uenite ad me oẽs, q labo ratis, & onerati estis, & ego reficiã uos. Accedant ad hoc xenodochiũ oẽs male hñtes et sanabunt. Sicut ergo cũ pdix fouet oua, q̃ nõ pepit, & cõgregauit ex eis filios, qui eius nõ sunt, sed illus, q̃ oua peperit, si forte pulli audiãt uerã matrẽ, eã sequunt, relicta nutrice fortiuaq. matre, ita cum nos Dei simus, nõ dæmonis, hic surripuit nos, & eũ seqmur, sed eũ Xps A
nomen Iesus usurpat, nos uocat, & uocẽ pfert, qua nos monet ad eũ ptinere, nõ ad dæmonẽ. Audiamus ergo dulcissimã illius uocẽ, & dæmon derelicto ad Xpm veniamus. Id. n. efficiendũ Hier. pdixit Hie. 17.
dicẽs. Perdix fouet oua, q̃ nõ peperit, & cõgregauit diuitias, & non in iudicio, in medio dierũ suorũ derelinquet, & in no Hiero.
uissimo erit insipiens. Vbi Hie. sic ea exponit uerba, Promiserat olim Deus per Zachariã. Erit fons patẽs domui Dauid & habitationib. Hierusalẽ in ablutionẽ Za. 13
peccatoris, & mẽstruatæ. Quæ uerba exponẽs Gr. ho. 20. in Ezec. ait. Deus fons Greg.
est gr̃æ, ac salutis, qa vt Psal. ait. Gratiã, Ps. 38.
& gloriã dabit Dñs. Sed fons hic occultus erat, qa tu es Deus abscõditus, Deus Israel Saluator, ut Isa. ait, apud illũ fons Isa. 45
uitæ est, sed occultus. At uero, ait Greg. B
fons patẽs est verbũ in carne, gr̃a, & ueritas p Iesum Xpm facta est. vnicuique nostrũ data est gratia secundũ mensurã donationis Xpi, ut Pau. ait. Cũ ergo no 9oã. 1.
mẽ Iesus ei imponit. fons patẽs ostẽdit oĩbus, & publice dr. En o hoĩes gr̃æ, ac salutis fontẽ uberrimũ, en virũ in mũdo Eph. 4
optatũ, a quo pendẽt oĩa illius bona, in quo reposita est oĩs spes uitæ, i quo oĩm malorũ remediũ. Sicut ergo in paradiso posuit Deus fontẽ, qui oẽm eius superficiẽ rigabat, ita in Ecclesia posuit Chm fontẽ oĩum bonorũ. Sicut. n. in Aegypto fuit Ioseph ppositus, cuius nutu oẽ frumentũ distribuebatur, ita per Christum in Ecclesia omnis gratia confertur, &c.

CONCIO

C

In Festo Coronę Christi Domini, quod in aliquibus Ecclesijs celebratur.

THEMA.

Egredimini filię Sion, & uidete Regẽ Salomonem in diademate, qua coronauit eũ mater sua, in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius. Cant. 3.

Coronatur Chrs Rex spinis ascẽsurus crucem, et simul super coronatum caput titulus inscribitur, Iesus Nazarenus Rex Iudęorum. Nazareth flos interpretat, vnde Nazarenus

A floridus est. Sed quid magis diuersum a flore, quam spina? Nihilominus Nazareus noster inter spinas est. Nec ille solum, sed & Maria, de qua Sponsus. Velut liliũ inter spinas, sic amica mea inter filias. Sed quid lilio cũ spinis? Imo quid Deo cũ spinis? Absconditum est sacramentum, opus est diuina gratia, &c.

Cant.2

Solent reges ac principes viri ostium arma, ac vexilia in bello capta, in victoriæ signum insigni collocare loco sic de Dauide dr̃. Arma vero Philistæi posuit in tabernaculo suo. Si vero accidat, ut ipsis hostiũ armis victoria parta sit, duplici titulo suspendi solẽt in præcipuo loco, tũ qa ab inimicis ablata, tum qa illis victoria parta est. Sic gladius Goliç Philistæi inuolutus erat pallio post Ephod in tabernaculo. Instra passionis Christi nostri arma inimicorum fuere, sed ab ipsis ablata, & a Deo assũpta instrm extire re redẽptionis nr̃æ, ac victoriæ Xp̃i, illis deuictus est diabolus, & peccati regnũ euersũ. Quid mirũ, si in tãtç victoriæ signũ exaltent, & honorẽt in Dei Ecclẽa

1. Reg. 17.

1. Reg. 21.

B

Interea vero potiorẽ elegisse locũ spinea corona vr̃, quæ super Christi caput locata est. Corporis humani duo sũt mẽbra p̃cipua caput, & cor, caput sapiẽtiæ sedes est, cor amoris caput in oĩa mẽbra influit, & cor uniuersũ corpus mouet, vtrũq; mẽbrũ voluit in passione sua aperiri, cor lãcea, caput spinea corona, ut nobis manifesta fierẽt, & amor, & sapiẽtia ac diuinæ Xp̃i cogitationes. Licet. n. mirabilia opera Xp̃i, sed vt Ps. ait. Cogitationib. tuis nõ est, q similis sit tibi. Duo hæc sãcta vobis visitanda sæpe sunt cor apertũ, & caput perforatũ, in illis. n. uidebimus cogitationes diuinas mirabile in nostri remediũ, & amorẽ immẽsum.

Ps. 39.

C

Nunc vero spineæ coronæ diẽ festum agimus, q̃ super caput Christi posita est, q̃ cõpacta fuit ex iuncis marinis, vel ex carice, vt nunc spinæ ipsæ docẽt. Cuius proinde figura præssit in Iona, q singulari rõne Christi passi, ac sepulti figurã gessit. Qui inter alia ait. Circũdederunt me aquæ vsq; ad aĩam. Pelagus operuit caput meum. Quo loco pro pelagus in Hebræo est Suph, quod caricem, & iuncũ signãt, vñ verti põt carrectũ, & iũcus operuit caput meũ. Abundãt aliqua Maria his iũcis, & iõ eo noĩe significant, p̃cipue mare Rubrũ. Cũ ergo deiectus in mare Ionas fuit, incidit in caricem, et iũces marinos, q eius capiti adhæserũt, ubi piscis grãdis Ionã deglutiuit, & sic carrectũ operuit caput Ionæ, & spinis cornatus est, vt Xp̃m dñm significatius exprimeret. Vnde R. Dauid trãstulit locũ illũ Ionæ, iũcus alligatus est capiti meo. Simili rõne in Genesi dr̃. Leuaui Abrahã oculos suos, uiditq; post tergũ arietẽ inter vepres hęrẽtẽ cornib. quẽ assũmẽs obtulit holocaustũ pro filio Appelauitq; nomẽ loci illius Dns uidet, vnde visque hodie dicit in mõte, Dominus uidebit. Quibus verbis figura altera passionis, & coronæ Xp̃i nobis exprimit̃. Sicut n. loco Isaac aries sacrificatus est, ut Isaac uiueret, ita loco humani gñis, qd̃ mori erat ad dictũ, Xp̃s occisus est, ut morte sua nos redimeret. Hic vero aries hæret cornib. inter spicas, & vepres, qa futurum erat, vt Christi caput spinis coronaret̃.

Ionæ. 1

A

Ge. 22.

B

Iure ergo spõsa inuitat fideles as ad tm̃ spectaculũ, dicẽs. Egredimini, & uidete filiæ Siõ Regẽ Salomonẽ in diademate, quo coronauit eũ mr̃ sua. Si n. cũ rex terrę corona ĩsignit̃, egrediũt̃ vniuersi, vt illũ uideãt, cur nos nõ egrediamur ad ujdẽdũ regẽ nostrũ, corona spinea insignitũ. Nusq̃ legit̃, Salomonẽ a matre coronatũ, & iõ his verbis intelligendus est uerus Salomõ Xp̃s, q est pax nostra, qui in passione sua coronatus a matre dr̃, i. a Synagoga, q̃ ĩ matrẽ elegerat. Merito vero ad hoc spectaculũ inuitamur, qa magna plane visio est, Deũ inter spinas uidere. Si cũ in rubo ĩter spinas uer saret̃, licet eis nõ pũgeret, ait Moyse: Vadã & uidebo uisionẽ hãc magnã. Sicut tũc dicit Moysi: Vidi afflictionẽ populi mei in Aegypto, & clamorẽ eius audiuĩ & sciẽ dolorẽ eius, descẽdi, ut liberẽ eũ de manib. Aegyptiorũ. Ita nunc, ut nos eriperet de potestate tenebrarũ, descẽdit in passionẽ, ut liberet nos. Egrediamur ergo, uideamus uisionẽ hanc magnã. Iõ vero p̃nti agimus festo, quo egressi sumus, ut hanc coronam videamus, & il-

C

Exo. 3.

A lius mysteria,eiq; diem festiuũ agamus. Meritò verò coronæ huic dies festus agitur,pp maxima illi⁹ mysteria. Signat enim Xpi regnum in æternum,simul et regnũ nostrũ, quia in Xpo,vt in capite, oẽs coronati sumus. Simul nobis osten dit uiã, quã in hoc regnũ deueniamus. Hęc ergo tria nobis explicanda sunt. Et primũ de regno Chri Regis dicam⁹, qđ corona ista signat. Ascẽsurus erat Christus crucẽ,quæ ei erat regale solium, vn de regnaturus erat, dicente psal. Dicite in nationib. quia Dñs regnabit à ligno, vt ergo in solio regni sui sedeat, corona insignitur regni, & titulus ei affigitur: Iesus Nazarenus Rex Iudęorum. Quia vero regnũ Chri æternũ est,vt Angelus Mariæ dixit: Regni eius nõ erit finis,& regnabit in domo Iacob ĩ æternũ. Iõ co rona ornat spinea,q̃ sic infixa capiti est, vt eam uentus non tollat. Reliqui terræ reges regnũ accipiũt tpalem,ac breui finiendũ:ideo corona ornant,q̃ faci e uẽtus tollere põt. Christus vero in æternũ regnatur⁹,coronã accipit perpetuã. Vnde dicere non possumus de rege nostro, quod olim Hieremias dixit: Cecidit corona capitis nři. Nec qđ Iob a it; Expoliauit me gloria mea, & abstulit coronã de capite meo. Sicut ergo de uirga regis Christi dř: Reges eos in uirga ferrea,& ferrea dř,nõ solũ qđ aura nõ mouet, sed quia perpetua est, nec frãgit: ita corona bene capiti fixa,eandẽ indicat perpetuitatẽ. Quã ut Angelus significaret,dixit: Dabit illi dominus sedem Dauid patris eius. Non dixit sedẽ Saul,sed Dauid,qa vt præclarè notauit Greg. in lib. 1.Reg. Vnctus est Saul lenticula olei, quæ paruum vas est,quia paruo tpe regnũ illius erat duraturũ: Dauid verò cornu olei, quod abundantiorem unctionem ostẽdit pp perpetuitatem regni illius significandam, quam etiam corona significat.

Ps. 95.
Luc. 1.
B
Hie. 5.
Iob 19
Psal. 2.
Luc. 1.
Greg.
C

Si vero dicas,aspera nimium corona regni est,spinea corona est certe. Sed attende duplex esse Christi regnũ, sicut & Dauidis,regnum opulẽtũ,& afflictũ, & cuique regno apta corona datur. De his duob. regnis plura habes in 1.to. nostrorũ cõcionũ,Dñica in Ramis, & in 3.to. in festo S. Ioãnis ante portã Latinã, quæ inde petere facile poteris,& huic concio ni apta sunt. Regno itaq; afflicto corona spinea cõgruit:regno uero cęlesti corona aurea, qua Xpm insignitum vidit Ioãnes,cũ ait: Vidi sedẽtẽ similẽ filio hominis habentẽ in capite suo coronã auream. En spineã coronã mutatã in aureã. Sic ẽt apud Zachariã ait Angelus de Iesu sacerdote magno. Ponite cydarĩ mũdã sup caput eius. Quę verba de Christo Dño intelligũt. Orig. ho.9. ĩ Leu. & Tertul. in lib. aduersus Iudæos,in fi. & Ambros. lib. 3. de fide,c. 4. & Chrys. hõ. 5. ex varijs in Mat. locis. & Greg. 20. Moral. c. 20. Cydaris verò ornamẽtũ erat capitis,quo sacerdotes utebant. De qua Ioseph. li. 3. Antiq. c. 8. ait. Sup caput ãt gestat pileũ nõ fastigiatũ, neq; totũ caput cõprehẽdentẽ, sed paulo plusquã mediũ hic uocat Masnephthes. Est aũt tali paratu,ut uideat uitta linea sæpe in orbem replicata,& cõsuta. Hęc oĩum sacerdotũ insigne erat. Summi uero sacerdotis coronã,exponens idẽ Ioseph. eod. c. ait. Pileo,quali cęteri sacerdotes,utebat, super quẽ extabat ali⁹ cõsutilis, ex hyacintho uariat⁹. Hũc aurea corona triplici ordine circũdabat, ĩ qua spectabant caulicu li aurei. Chrs ergo,qui in terra spinis coronat,in cœlo corona aurea insignitur.

Sed iã ad fm coronæ nostræ mysteriũ ueniamus. corona.n. illa non solum Iesum,sed & nos ornauit, & caput nostrum cingens, nos oẽs cinxit. Sed quæ illi fuit corona spinea, nobis reddita est corona gloriæ. Accepit Christus coronã spineã,q̃ cõmeritus nõ erat: quid.n. magis a Deo alienum,q̃ spinæ? Nos vero digni eramus spinis, quib. maledictio illa impendebat: Spinas, & tribulos germinabit tibi. Xps ergo p sua immensa charitate suscepit spinas, quas nos merebamur, & dedit nobis coronam gloriæ, q̃ ipse merebatur. Sua ergo corona,& laborib. nostros abstulit dolores, & gloriæ coronã nobis pmeruit. Quod si nos operib. iustis glorię coronã meremur, id efficitur,quia opera nřa uim accipiunt a meritis Christi. Mirũ profecto,qđ minimis nostris laboribus coronã æternam,

A
Apo. 14
Zac. 3.
Orige.
Tertu.
Ambr.
Chrys.
Greg.
B
C
Gen. 3

A ac infinitã mereri possimus de cõdigno: Cuin non sint cõdignæ passiones huius tpis ad futurã gloriã, q̃ reuelabitur in nobis. Sed id corona, ac labores X pi effe-
2. Ti. 4 cerũt, & iõ dicere potuit Pau. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, q̃ reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. In
Ecc. 45 cuius rei figuram in Eccl. dr̃ inter ornamenta Aaron. Corona aurea sup mitrã eius, expressa signo sanctitatis. Quibus verbis significat̃ lamina aurea, q̃ fronte sacerdotis cingebat, q̃ dicit expressam signo sanctitatis, qa Dei nomẽ ineffabile in ea exaratum erat. Typum vero corona illa habuit coronæ X pi, cuius ppriũ est, ut sit corona eius, & qd in ea corona ti labores sint, & qd corona, & merita eius nos quoq; coronent, nec. n. sibi soli meruit ille, sed & nobis, & iõ eius coro-
B na ea sanctitate expressa est, ut oẽs sancti p eã sint sancti, & oĩs sanctorũ corona
Apo. 4. debeat̃ X pi coronæ. Et hac rõne ĩ Apo. Sancti capitis diademata ponunt ante agnũ, quasi dicant, coronas accepimus, sed hæ coronæ debent̃ coronæ tuæ, meri-
64. ta nr̃a fundant̃ ĩ tuis meritis. Hoc significat psal. cum ait: Bñdices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate. Aegyptij annum per coronam significabant, qa in modum coronę vertit annus p 12. signa. Annus ergo benignitatis & gr̃æ coronatus est, qa corona, & meritis X pi illustratus est, & hinc factũ est, ut eo anno cãpi repleant̃ vbertate cœlestis grę; corona ergo X pi non ipsum solum coronauit, sed & an-
Iob 31 nũ vniuersum, sãctos oẽs. Idipsum Iob
C significat, cũ ait. Quis mihi tribuat adiutorẽ, ut desideriũ meũ audiat oĩpotens, & librum scribat ipse, qui iudicat, ut in humero meo portẽ illũ, & circũdẽ illum quasi coronã mihi. Per singulos gradus meos pnunciabo illũ, & quasi principi offerã eũ. Liber X ps est, scriptus intus, & foris, cuius sigillũ nul. us poterat aperire, in eo oĩs uirtus, & gr̃a exarata est, ĩ quo oẽm utilẽ scientiã legere, & addiscere possumus. Hic vero in humero portat, q sicut X pi iugum tollit, & eius pcepta seruat. Et hic quasi coronam sibi circundare illũ potest, qui ... gra-

tiã, & merita pcipit, quib. coronat̃. Hinc A
Isa. Erit dñs exercituum corona gloriæ, Isa. 28.
& sertum exultationis residuo populi sui. Quã coronã letabũdus cõmemorat
idem Isa. cum ait. Gaudens gaudebo in Isa. 61.
dño, & exultabit aĩa mea in Deo meo, quia induit me vestimẽtis salutis, & indumento iustitiæ circundedit me, quasi sponsum decoratũ corona, & quasi spõsam ornatã monilib. suis. Hinc ẽt psal. Ps. 20.
Preuenisti eũ in benedictionib. dulcedinis, posuisti in capite eius coronã de lapide pretioso. Corona X pi uertit spinas in lapides pretiosos, & coronatus dolore, coronat nos in misericordia, & miserationib. An non festiuè celebranda corona est, a qua tãta nobis bona prouenere?

Sed qa licet oẽs iusti insigniant̃ X po dño tãq̃ corona, diuersè tn̄ à diuersis
participatur, & diuersi sunt iustitiæ gra B
dus, expendenda sunt verba illa Iob, q̃ Iob 31
mire enarrat Greg. Per singulos gradus Greg.
meos pnũciabo illum. Ait ergo Greg. Nemo infima deserens repẽte fit summus, qa ad obtinẽdũ pfectionis meritũ, dum quotidie mẽs in altum ducitur, ad hoc proculdubio uelut ascẽsionis cuiusdam gradib. peruenitur. De quib. gradibus Iob ait, per singulos gradus meos pnunciabo illum. Et de ei idẽ ps. Ambula Ps. 83.
bunt de uirtute in uirtutẽ. Et de his iterũ sanctã ecclesiã cõtẽplatus ait: Deus ĩ gradib. eius dignoscitur (sic Greg. legit)
dum suscipiet eã: nec. n. repẽte ad sũma Ps. 76.
peruenit, sed ad uirtutũ celsitudinẽ per incrementa mens ducitur. Hinc idẽ ps. ait. Exercitatus sum, & defecit paulisper spũs meus. Quid est itaq; quod ait, spũs meus, nisi spũs hoĩs, spũs elationis? Et quia per occultam gr̃am ad amorẽ Dei
temperata desuper mensura proficim⁹, C
quanto in nobis quotidie de Dei spiritu uirtus crescit, tanto noster spũs deficit. Qui spũs erroris, quia non a nobis subito penitus amputatur, bene paulisper defecisse perhibetur. Tũc uero in Deo plene proficimus, cũ a nobis ipsis funditus defecerimus. Hos diuersos uirtutis stat⁹
Iob gradus dicit: Iustus. n. primo tenere Mar. 4
& impfectus, postea fortis & robust⁹ efficitur. Hic cœlestis magister ait. Sic est

regnum

A regnum Dei, quẽadmodũ si iaceat hõ se. mentẽ ĩ terrã, & dormiat, & exurgat no cte ac die, & semẽ germinet, & increscat dũ nescit ille, cuius seminis incrementa ondit, dicẽs. Vltro.n. terra fructificat prĩ mum herbã, deinde spicã, deinde plenũ frumẽtũ in spica. Et finem prosecutus indicãs, addit, & cũ ex se ꝓduxerit fructus statim mittit falcẽ, qm̃ uenit tps messis. Ecce distincta incremẽta meritorũ, dũ primũ herba, deinde spica, postea plenũ frumentũ dr̃. Herbã fuit Petrus, dũ p de uotionẽ uiridis, sed p infirmitatẽ tener, ad uocẽ ancillæ inflexus est. Sed plenũ
Ma.14 frumẽtũ idẽ factus ẽ, qñ resistẽtib. principib. dixit: Obedire oportet magis Deo
B quã hominib. Plenũ ẽt frumẽtũ fuit, cũ
Act. 5. in tritura persequutionis tot uerbera p tulit, & tñ nequaq̃ palearũ more imminutus est, sed granũ integrũ mãsit. Huc usq; Gregor. Sicut ergo diuersi sunt gradus uirtutis, ac meritorũ, ita diuersi sunt gradus coronę a nobis in cęlo pcipiẽdę, diuersæ mãsiones. Qui ergo sublimẽ mã sionẽ, altissimãq; desiderat coronã, curet maximos in uirtute progressus facere, plures gradus ascẽdẽdo pertrãsire, sic.n. amplissimã recipiet pro meritis coronã, quia qui seminat de benedictionib. de benedictionib. & metet, ut Pau. ait. Nec ue
1.Co.9 ro desperet, qui in infimo gradu est, qui herba est, sed oret cũ Apostolis: Domine
.17 adauge nobis fidẽ, q.n. nũc herba est, plenũ frumentũ effici facile potest Dei grã.
C Sed restat vt diuersitas ẽ coronę iusti, & peccatoris cõtẽplemur quib. se in hac uita ornãt, & quib. rñdent diuersę admodũ coronę in futura. Peccator qdã superbia, delitijs, honorib. diuitijs, ac uoluptatibus se coronare studet, his.n. se ornat,
Isa.28. in his lætatur ac gloriatur. Hinc Isaias. Væ coronæ supbiæ, ebrijs Ephraĩ, & flori decidẽti glorię exultationis ei⁹. Et im
Sap. 2. pij ipsi loquũt: Coronemus nos rosis, antequam marcescant. Vanitatẽ nũc huius coronę attẽde, ipsi.n. impij fatent, coronã suã cito defuturã, marcescet.n. cõtinuo, nõ est corona ĩmarcessibilis, iõ Isaias eã dicit florẽ decidentem. Hinc ẽt Ieremias
Iere.13 ait. Humiliamini, sedete in terra, qm̃ descendet de capite vestro corona gloriæ vestræ. Exigua ꝓfecto corona, & nihili A ducẽda, q̃ cito trãsit, similis coronis ex papyro confectis, qbus ornãtur, q psonas regũ suscipiũt in comœdijs, q ad momẽ tũ reges apparẽt, cũ tñ uilissimi de plebe sint. Noli ergo lætari, noli gloriari ĩ hac corona, cito.n. mors aderit, & dices, expoliauit me gloria mea, & abstulit coronã de capite meo, quia cũ interieris, non sumes oĩa, neq; descẽdet tecũ gloria tua. Sed uideamus iusti coronã. Sicut Christus primũ accepit coronã spineã, & ĩ sęculo altero aureã, ita iustus hic coronã accipit spineã, ut postea ornet aurea co- 1.Co.9 rona. De qua Pau. ait: Et illi quidẽ ut corruptibilẽ coronã accipiãt, nos aũt icorruptã. Et Dñs in Apocal. Esto fidelis usq; B ad mortẽ, & dabo tibi coronã uitę. Cũ rex terrę, aut Imperator, uel Põtifex corona ornat, sũmo ĩ terris honore afficit. Qualis obsecro honor erit, cũ capiti tuo imposuerit De⁹ coronã æternã, immarcescibilẽ, summamq;. Corona maxima erit, eius duratio æterna, & a Dei manu data, qd obsecro desiderari poterit? Merito Ps. ait. Gloriã et magnũ decorẽ ipo- Ps. nes super eũ, Sed qa, ut Pau. ait. Nõ coro 2.Ti. nabitur, nisi q legitime certauerit: oportet, ut prius tibi aptes coronã spineã, q̃ lachrymarũ, ac dolorum est. Spinę labores, ac tribulationes significãt. Iõ Adę dr̃: Spinas & tribulos germinabit tibi. Gen.3. Et p Oseã: Sępiã vias tuas spinis. Has la Osea 2. borũ spinas Chrs plurimi fecit, & sup caput posuit. Osculat⁹ est fel, amplexatus C est Crucẽ, spinas sup caput statuit, ut tu discas tribulationũ spinas uenerari, ac beatũ te dicere, cũ illis pũctus fueris. Regius Xpi titulus, quo dictus est Rex Iudęorũ inter spinas ẽ, ibi a nobis est q̃rendus inter spinas ergo quęrẽda a nobis salus est, qa ibi est titulus ille, Iesus Nazarenus. Hiero. & Remigius ĩ illud Mat. Hiero. Dilatãt philacteria, & magnificãt fim- Remi. brias, aiũt, Pharisæos in fimbrijs pallio- Ma.23 rũ spinas gestasse oblõgas, q̃ humi reptabãt. Illi itaq; sub pedib. spinas habebat, Chrs sup caput, qa reprob. tribulationes despicit, quas iustus plurimi ducit. Vitã ergo asperã ducamus, spinis nos ornemus, ut corona æterna muneremur.

Quod

A Quod si dixeris, pungunt me, ac uulnerant spinæ istæ, quis eas ferre poterit? Certe postquã Christus spinas suscepit, nõ iam dolorẽ, sed requiẽ afferũt. Audi
Exe. 28 vtrunque p Prophetas ꝓmissum. Ez. ait. Nõ erit vltra spina, dolorem inferens. Qm̃ spinæ Christo infixæ, aciẽ amiserũt & acrimoniã, nobisq; suaues relictę sũt. Baruch ẽt ait: I spina horti omnes aues sedebant. Quasi in nido requiescent in spina oẽs aues, quia nidus optimus aĩæ iusti, in quo se protegat. Spinea Christi corona est. Illuc si ascenderit, audiet.
Ps. 90. Altissimum posuisti refugium tuum, nõ accedet ad te malum. In spina ẽt auis sedẽt, dũ iusti terrena despiciẽtes in dolo-
B re, & tribulatione requiẽ inuenerũt, & ĩ cruce gloriati sũt. Si ergo tribulatio pũgit, si angit, scito tu ex ea tibi nidum coaptare, quo nõ mõ nõ purgaris, uerũ ẽt qe feas: id. n. aues cęli facere nouerunt. Si quo pacto id fieri possit ignoras, audi di
Ma. 11 cẽtẽ: venite ad me oẽs q laboratis & onerati estis, tollite iugũ meũ sup uos, & discite a me, q a mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiẽ aĩabus uestris: Cũ requies ꝓmittit, nidus ꝓmittit: hũc uero ex spinis cõficias, si in Christi corona ab scõsus fueris, si tribulationẽ, & dolorẽ inueniens, nomẽ Dñi inuocaueris, simulq; attẽderis, per spineã coronã parari tibi uiã ad aureã, & ęternã coronã. Si enim gloriatur, ac gaudet miles ẽt in
C prælio, cũ ex illo expectat regni coronã, cur nõ gaudeas tu in tribulatione, & do
1. Pe. 4 lore, ex quo paratur tibi æterna corona? Cõmunicantes ergo Christi passionib. gaudete. Sic enim fiet, ut communicetis Christi gloria immẽsa, quia si socij fuerimus passionis, erimus & cõsolationis.

Demũ aliud spinarũ mysteriũ nobis exponẽdũ est. Spina peccatũ signat, tanquã illius effectus, pp peccatũ. n audiuit hõ. Spinas, & tribulos germinabit tibi. In statu. n. innocẽtię, uel spinę nõ essent uel hoĩ nõ forẽt. Peccator uero Ericio similis dr: quia undique spinis circũdatus est. Hæ uero peccatorũ spinæ & Christũ pũgunt, & peccatorẽ Christũ quidẽ, dũ pp peccata nr̃a spinis coronat, pũgitur ergo spinis peccatorũ Chrs Dñs. Imple turq; in eo illud Can. Comę capitis tui, A
sicut purpura regis iuncta canalib. q. d. Can. 7
Similes sunt capilli spõsi purpuræ, quæ recẽs tincta est sanguine, & rubra reddita. Egredimini ergo filię Sion, & uidete regem Salomonem, spinis peccatorũ nostrorum cruentatum. Sed mirũ illud est q sequit, In die despõsationis eius, & in die lætitiæ cordis illius. qd n. diei passionis cũ die despõsationis, & lętitiæ? præcipue uero, cũ die lętitiæ cordis ipsius, cũ tũc tristis fuerit aĩa eius usque ad mortẽ. Certe dies ille desponsationis fuit, tunc enim ecclesiã sibi despõsauit. Sicut enim dormiẽte Adamo educta est ex eius latere Eua, cui despõsatus fuit, ita Christo ĩ carne passo, ex eo fluxit sanguis aqua, ac merita, ex quib. sacra uim sumpsere, ut aĩas Deo unirẽt. Sed lętitiæ ẽt dies dr q a B
licet sm inferiorẽ portionẽ tristis fuerit aĩa eius, tñ sm superiorẽ summa lętitia perfusa fuit, uidens mũdi remedium, & cũ illius immẽsa charitas oẽm dolorem superauit, summo perfundebatur gaudio, q homo a peccato liber ei traderetur. Eximium ergo spectaculum Christum uidere dolore, & gaudio, spinis, & gloria coronatum. Ideo egredimini filię Sion, ut illud contemplemini.

Simul ẽt peccatũ spina est, peccatorẽ pungens. An non sentis peccati uulnus, dolorem, ac angorem? An non doles, & ingemiscis, & interius tibi displices, cũ in peccato es? quidnam illud est, nisi spi C
na peccati? Hæc uero spina efficit, ut homo se circunspiciat, & ad Deum conuertatur. Vnde Psal. Quoniam die ac nocte Ps. 31
grauata est sup me manus tua, cõuersus sum in ęrumna mea, dũ cõfigitur spina. Quasi dicat Dauid. Cum in peccato fui, grauata est sup me manus tua, idest plaga, percussio, & seueritas, & conuersus sum, idest uolutatus sum, me uersaui in mea ærumna, dum tu configeres spinã tuam in me, dum me pungit aculeus solicitudinibus, & curis, & uniuersis malis. Hebræa ad litteram sic, habent in eo uersu. Versus est succus meus in siccitates æstatis, humor meus pene exaruit, mutatus sum ex succulento in aridum, & pallidus effectus sum. Communis

int el-

A intelligentia est, ut significet David con uersum fuisse ad Deum, ac resipuisse pp vexationem, & peccati aculeum ipsum pungentem, nã spina instar peccatum pũgit. Sic et dissipator ille filius in domum patris rediit, pp miseriam & calamitẽ, quam passus fuit. Nunc ergo o homo, qui ex potente miser factus, miseriã tuã non vidisti, spinam nõ attendisti, qua pũgeris, in te reuersus cum Prodigo, & cũ Psal. et attende, durum. n. est tibi contrã stimulum calcitrare, ac durissimum peccati spinam sustinere, quæ cor cõfigit, & conuertere in ærumna tua. Audi iter, q arripuisti, quod explicat Sapiens, cũ ait:

Pro. 18 Iter pigrorum, uel impiorũ quasi sepes spinarũ, via iustorum absq. offendiculo.

Osę. 2. Idipsum per Oseam dñs dixit: Sepiam

Isai. 2. uias tuas spinis. Peccator qdẽ cogitat secum, ac ait. Nõ sit pratum, q non pertrãseat luxuria nostra, coronemus nos

B rosis, p amęna prata, ac florib. respersa, viã se acturũ dicit, Sed illũ fallit opinio, & iusto Dei iudicio efficitur, ut ascẽdat super eum spinę, & vepres, ut pugnãtur, si forte sic compungatur. Vis rem hanc oculis tuis subiici? Viã vitiorum ingressus es, ut in ea delectareris, & cum eam viã ingressus fuisti, inuenisti plurimos consciẽtiæ morsus, ac aculeos, inuenisti corpori tuo infirmitates pessimas, famę tuæ detractum uidisti, substantiam tuã funditus periisse. An non uides spinas, quas i eo prato florido Deus seminauit? An non uides iter tuum quasi sepem spinarum? Quid ergo restat agendum, nisi quod per Oseam dicit dñs facturum populũ suum.

Osæ. 2 Vadã, & reuertar ad uirum meũ priorem, quia bene erat mihi tunc,

C magis, quã nũc, hoc est, cõuersus sum in ęrumna mea, dũ configitur spina. Vide-

Hier. 2 bis enim melius tibi fuisse, cum Deo adhęsisti, quam cum dæmoni. Vide ergo, quia malum, & amarum est, reliquisse te Dominum Deum tuum, & nõ esse timorem eius in te, & spinas peccatorum procul repelle ab aĩo tuo, ne pungaris, spinã uero penitẽtiæ, ac laborũ sume, & circunda capiti tuo tanquam coronam, vt æterna cæli corona doneris, &c.

CONCIO A
De singulari deuotione ad B. Mariam Virginem, & de eius Rosario.
THEMA.

Exultabimus, & lætabimur in te, memores uberum tuorum super uinum: recti diligunt te. Cant. 1.



Qui personę alicuius subsidio, uel intercessione maxime idigent, solẽt in eius laudib. excedere, & in assentationẽ incidere: hinc principib. multi sũt assentatores, loquẽdum nobis est de Maria, qua summe indigemus, nũ in eius laudibus excedemus? Nõ hoc imminet nobis periculũ, Aug. ait. Si oium nrorum mẽbra vertereentur in linguas, eã laudare sufficeret nullus. Augu. B Noluit Magnus Alexander ab aliquo q̃ ab Apelle effigiem sui ipsius informari dicẽs, animi ipsius dotes, quæ in facie splendebãt, ab alio quã ab Apelle depingi non posse, quis ergo Mariam depinget? Necessarium esset ad hoc, ut filius eius penicillum manu assumeret, nos vero dicere quicq̃ dignum non ualemus, similesq. in eius laudib. erimus Astrologo, qui ut cælestes motus, & astra õndat, manu tenet globum ligneum, dicitq; hoc est cælum Lunę, hoc est Solis, &c. sed quãtum distat inter cœlestia corpora, & ea, q̃ ille ex ligno facta, manu tenet? Sic erunt ea oĩa, quæ nos de cœlesti Maria dicere possumus, multo iis minora, q̃ in ea sunt, cõsolatur vero nos illius benignitas, qua ẽt à nobis minima recipere non dedignatur. Simile Mos fuit Persis, ut oẽs, qui Regem uiderent, ei aliquid offerrent, cum forte Cyrus in agro uersaretur, eum offendit rusticus, qui nihil habens, quod illi dono offerret, in flumen C properauit, & aquã manibus hausit, quã Cyro bibendam obtulit, illeq; regio inclinato capite bibit, dicens, in Principe nõ esse minus, parua recipere, quam magna dare, maior i Maria benignitas efficiet, ut minimas a nobis laudes recipiat: sed si minimæ futuræ sunt, curemus vt gratia eis accedat, quæ eas eleuet quam petamus per Aue Maria.

Amor quo nos diligimus, efficit, ut gau-

A gaudemus non solum de bono, quod possidemus, sed de eo, cuius spem concipimus, hinc Paul. Spe gaudentes. Nō so-
Ro. 12 lū æger gaudet salute adepta, sed & spe-
Simil. salutis, q ei medicus cito affuturā dicit. Qui item maximi momenti gerit, nō solum letatur, cum snia in eius fauorē lata est, sed etiam cum uidet, causę statum hoc se hre, ut speret sniam in suis fauorē fore, qui in Regis domum admitti desiderat, uel in aliquam assumi dignitatē, nō solum letatur, cum id assequutus est, & chirographum Regis accipit, sed etiam cum familiaris Regis ei spem bonā tribuit illud consequendi.

Oēs Christiani hoc i statu versamur, oēs infirmi sumus peccato, & curatione indigemus, oībus lis est super regno ęter-
B no, oēs in Dei domesticos adscribi desideramus, & curamus, gaudēdū ergo nobis est, nō solū cū illud adepti fuerimus, qd exoptamus, sed etiam cū nobis sunt coniecturæ, quibus spem concipimus il-
Lu. 10. lud assequēdi. Nolite gaudere, ait Xps dominus, quod spiritus subijciuntur uobis, sed in hoc gaudete, quia nomina uestra scripta sunt in cœlis. Aliquib. ergo nunc lætum dabimus nuncium, dum signum ęternæ salutis eis præstiterimus.

Si ergo i corde tuo videris affectū singularē, & deuotionē in Virginē Mariā, signū tibi sit prędestinationis tuę, & ęternæ salutis, quo lætari iure potes, q si hūc non videris, time, & cum cura cordi tuo imprimere, ijs rationibus, quas hodie dicemus, si n. fiet, ut hoc pignus habeas sa-
Can. 1 lutis tuæ, qm vt sponsus ait. Recti diligūt
Ans. in te. Hinc Ans. sicut. n. o beatissima, oīs
orat. a te auersus, & à te despectus necesse est, vt intereat, ita omnis ad te conuersus & à te respectus impossibile est ut pereat.

C Ostendamus ueritatē hāc authoritate, ratione & exemplo, authoritas illud ostēdit. Eccl. 24. Qui creauit me, requieuit
Ecc. 24 in tabernaculo meo, & dixit mihi, in Iacob inhabita, in Israel hæreditare, & in electis meis mitte radices, q verba Mariæ Ecclesia tribuit, licet de diuina sapiētia primo loco dicta sint. Habita (inquit) in Iacob, nō in Esau, quia Iacob dilexit, Esau aūt odio habuit. Vñ p Iacob electi

A per Esau re probi intelliguntur, & in electis meis radices mitte, cū ergo in corde tuo radicatā Mariā senseris, signum electionis habes, quia illa ut radix virtutē cordis ad se trahit. Promissū fuit Leuit. 26. Ponā tabernaculū meū in medio vestri, & nō abijciet vos vltra aīa mea. Implet vero in illis, in quorum cordib. Mariam Dei tabernaculum Deus ponit. Ratio vero idem manifestat, q ex eo colligitur Pauli. Quos psciuit, & prædestinauit cō- Ro. 8.
formes fieri imagini filij sui, & ex illo, 2. Co. 3
Nos aūt reuelata facie gloriam Domini speculātes, in eandē imaginē trāsformamur. Prædestinatus itaq. Chri imago debet esse, sicut ergo Christus Deus est, & filius Dei, sic & pdestinatus Deus, & filius excelsi, ille naturalis, hic adoptiuus, similiter ergo sicut Christus naturalis filius est Marię, sic iustus adoptione eiusdē filius fit, oportet, ut sit illa Eua mater B
cunctorū uiuentiū per gratiā, mirabilis plane Mariæ uterus, cuius omnes electi filij sunt, de quo mire Spiritus sanctus Cant. 7. Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs. Quæ uerba sic exponit Ambr. Vnū granū frumenti fuit in utero Virginis Christus dñs, & tñ aceruus Amb.
tritici dr, quia granum hoc uirtute conti de inst.
net oēs electos, sicut. n. Rebeccæ dicitur, virg.
Duę sūt gētes in utero tuo, & duo populi diuidētur ex te, qa duorū populorum Ge. 26
capita cōtinebat in utero, Iacob, s. & Esau, sic Mariæ uterus aceruus dicitur tritici, licet in eo solum unicū granum fuerit re ipsa, qm illud oīum electorum caput est, in quo reliqui uirtute continentur, & oēs electi ei dati sunt in filios adoptionis, hinc Ioan. 19. ait Vidit discipulū, & ait, ecce mater tua, non eum noīe proprio compellat, sed generali uocabulo discipulum dicit, quia in quantum discipulus, filius est Mariæ, oīs enim Xpi C
discipulus Mariæ filius est. Est ergo naturalis grā inclinatio in Mariam, gratia. n. cum alicui conceditur, eum inclinat, ut Mariæ affectu singulari hereat tanq̃ matri, etenim naturæ author hāc tribuit inclinationem effectibus, ut causas suas reuereātur, sicut agno dedit cognitionē matris, & affectum ad illam, ut ei adhereat,

Sed hoc interest inter sacerdotium Christi, & aliorum, quod ille per se ipsum sacerdos est, suis meritis mundum reconciliauit, exauditus est pro sua reuerentia: nos uero, nõ propter nos, sed pro- A pter ipsum & sacerdotes sumus, & exaudimur, quod notat Paul. Hebr. 7. cum ait Accedẽs per semetipsum ad Deum. Nos per Christum Dominum nostrũ, Heb. 7 ille per semetipsum: Vnde in omnibus sacerdotibus ille sacerdos est, & omnes unum sunt in ipso, quia eius uirtute & meritis obtinent.

Sed quali quantaque operentur, & audeant sacerdotes Ecclesiæ Christo iuncti, uideamus, & cũ eorũ munus sit populum Deo reconciliare, id primo efficiũt baptismatis sacramẽto, & confessionis, qbus peccator Deo reconciliat: pœnitentię uero sacramentũ ab illis solum administrari potest, cuius rei dignitas tã- B ta est, ut uerbis nullis explicari possit.

Concedebatur ut maximum, sacerdoti summo legis ueteris, ut Paulus ait, ingredi semel in anno in Sãcta, ut oraret Heb. 9 pro peccatis populi. Sed omni sacerdoti legis gratię dicitur. Quodcũque solueris Ma. 16 super terrã, erit solutum & in cœlis. Et ille sæpissime loquitur, ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis, quibus uerbis auditis impletur illud Psal. Auditui meo Psa. 50 dabis gaudiũ, & lætitiam, & exultabũt ossa humiliata. Sed ut huius rei magnitudinem perpendere ualeamus, interrogemus modo sacerdotem, quæ tãta hæc audacia tua, ut Dei offensas remittas? Quis enim mihi illatas iniurias remittere posset, nisi egomet? Quis in terris uiuus est amicus adeo intimus, ac amicissimus, ut dicere ualeat, amico meo alapam dedisti, cum ligno percussisti, eius patrem occidisti ego remitto tibi omnes has amico illatas iniurias? Et tamen confessarius auditis innumeris Dei offensis, ac grauissimis fidenter loquitur, dicens: Remitto eas tibi, & absoluo te. Quis potest remittere peccata, nisi solus Deus? Num Deus sacerdos est? Est certe. Ego dixi dij estis. Mira profecto dignitas, benedictus Deus, qui dedit potestatem talem hominibus. Nec uero id solum sacerdotes efficiunt, sed & uniuersos Dei thesauros distribuunt, gratiam conferunt, uirtutes donant, quibus animæ ornentur, in eorũ pote-

A potestate est triclinium Assueri Hester in quo omnium uirginum ornaméta sunt, in quo omnis lapis pretiosus in ornamentum sponsarum Dei, super omnia bona Dei constituti sunt. Si maximum
Ecc.46 duxit Ecclesiasticus de Samuele, quod duos inungeret reges Israel, quãtum est quod sacerdoti conceditur, innumeros vngere in reges cœlis oleo illo, quod ex
Simile pingui oliua prodijt, quæ fuit in domo Dei? Insuper uerbo suo cœlum aperiũt, ejus sedes, bonaq; distribuunt, uerboque suo cœli reges homines faciũt, maxima profecto illa cẽleretur dignitas, si homini a Deo concederetur super terram potestas, ut uerbo suo Comites, Marchio-
B nes, Duces, Reges, Imperatoresque crearet, & huic diceret, tu esto Rex Galliæ, illi esto Rex Hispaniæ, illi Italiæ, & continuo fieret. Sed quæ potestas ista, si cum sacerdotis potestate cõferatur? Ille enim potestatem habet super regna terræ, sed quid hæc. An non granũ sinapis? An nõ punctum breue? An nõ exiguus puluis?
Hie. 4. Super nihilũ potestas illa est: Aspexi terrã, & ecce uacua erat, & nihil, loquitur Propheta. At sacerdotis potestas super omnia regna cœlorum est, super terram viuentium, super mãsiones Dei, quæ uerbo suo donant hominibus. Insuper qualis esset creaturæ potestas, cui (si fieri posset) concederetur, uerbo suo mundum creare de nihilo, imo innumeros mundos, de ea diceretur ac de Deo: Ipse dixit et facta sunt, ipse mandauit & creata sũt.
Ps. 64. Sed adhuc hæc potestas sacerdotis potestati collata, minima reperietur maius enim
C & excellentius opus est peccatoris iustificatio, filij Dei generatio, quę noua creatura est, quam mundi uniuersi opificiũ.

Verum non hæc sola sacerdotis potestas est, nec uero maxima, alia est enim eius potestas huius fundamentum sup Christi corpus uerum, quę basis eius est quam declarauimus super corpus Christi mysticum, quã, ut perspicere aliquo modo ualeamus, notandũ, sacerdotis esse Deo placere, interponere spem, stare oppositum Deo, ne dissipet terrã, & absorbeat eam; hoc uero oratione, & obsecratione perficere debet qua Dei manus ligatas tenet, ne percutiat terrã, ut ei dicatur quod Moysi: Dimitte me ut irascatur furor me[9] in eos, & ille ait. Nõ dimittam te. Magna plane orationis uis: sed ne forsan audiat, quod audiuit Hieremias, noli orare pro populo hoc, nõ exaudiam eos: datur, conceditúrque sacerdoti sacrificium Deo offerre, quo oratio iuuetur, nec sola sit, ac ieiuna, ut tanta obtineat. Sed quod est sacerdotis sacrificium? Nũ agnus? Num uacca rufa? Num uitulus aut aries? Sacerdotum priorum hęc erãt sacrificia, hęc eorũ holocausta: Sed holocaustis nõ delectaberis, & sacrificiũ, & oblationẽ noluisti. Per se enim illa; [illegible] esse Deo nõ poterant, quid enim illa cũ Deo? Num de bob. cura est Deo. Vnde loquitur ille: Nunquid mãducabo carnes taurorũ aut sãguinẽ hircorum potabõ. Nunquid placabitur in millib. arietũ. Veniat ergo sacrificiũ, qd omnino reijcere nõ ualeat Deus, quod despicere nõ possit, in quod omnino respicere teneatur, quod ad se pertinere negare nõ possit. Sed quod tale: Christus Dominus in hoc tibi bene cõplacuit, hic filius ueri sui, hęc gloria eius, medulla & cor ipsius. O sacrũ & mirabile sacrificiũ, inculatã hostiam, infinitéque gratã patri oblata hęc hostia fuit cruẽta in ara Crucis, offertur eadem incruẽta in altari, eadem omnino est hostia, idem sacrificiũ. Hæc hostia omnibus est adumbrata sacrificijs, omnibus figuris expressa, omnium sacrificiorum uim continet, ideo unicum nobis relictũ sacrificium, quia hoc unũ omne est, omnia continẽs, omnium uim habens. Hoc pater æternus placatur, hoc nobis omnia concedit, hoc ira in mundum lenitur. Mirum profecto uidetur & quod humanum superet ingenium, quod tãta patientia sustineat Deus tot uasa iræ apta in interitũ, quod mundum toleret tot peccatis plenum, tantis criminibus obnoxium. Sed cesset admiratio, cum aduerteris, tale et quotidie sacrificium in Ecclesia: quod si cessaret, mundus proculdubio periret.

Sed quia necessarium est, ut offeratur Christus a sacerdote, ut reipsa præsens sit in altari, cõceditur sacerdoti summa, & in-

Margin (right column): A Ex. 32. — Ps. 60. — B Ps. 145 — C

A & inaudita facultas consecrandi corpus Christi verbis ergo illis ab eo usurpatis, quæ Xps dominus in cęna dixit, conficit uerum corpus, & sanguinem Xpi mirabili illa conuersione, quæ trāsubstātiatio dicitur, qua substātia panis, et vini in corpus & sanguinem Xpi conuertunt: & hoc tāta celeritate, ut primum nō esse verborū, fit primum esse corporis Xpi sub speciebus panis & vini. Inauditum profecto prodigium, multo maius illo, quod patrauit Iosue præcipiens solem stare: de quo ait diuina scriptura: Obe-
Iosu. 10. diente Deo voci hoīs. Hic.n. maxime Deus obedit uoci sacerdotis, dū uocatus in pūcto adest, & milies uocatus, nunq̄ nō uenit, ꝙ semel id virginis uocem è cęlo in eius uterum descēderit, maximum
B miraculum, sed ad Virginem cæleste diuertit, & hoc semel, sed quod in manus sacerdotis indigni descēdat, & hoc quotidie, uere miraculū stupēdum, qđ in ulnas Simeonis se semel daret maximum amoris iudicium, sed brachia illa sancta erāt, at quod in manus meas quotidie se det, quis crederet, nisi fides firmaret? Mul-
Ex. 16. to præstantius hoc est, quā ꝙ Moyses fecit, dum de cælo manna fecit descēdere, & quam ꝙ Elias dum ignem, itē de cęlo duxit illud. n. figura erat, hoc ueritas, illud umbra, hoc corpus. Sed hic maxime considerandum, quanta celeritate, ac animi promptitudine Xps obedit sacerdoti, dum in instanti, adest, non est subditus, qui tanta obediat prælato
C suo. Propendat sacerdos exemplum obedientiæ promptæ, quam Deo exhibere tenetur, ic maxime uerum habet. Exēplū meum dedi uobis, vt quēadmodum ego feci uobis, sic & vos faciatis. Ego dominus & magister, & iā in statu gloriæ felici quando in cælo mihi obediunt angeli & sancti, adhuc obediēte Deo uoci sacerdotis in pūcto descēdēdo, quanto magis tu sacerdos teneris obedire Deo ad nutum. Quis est sacerdos, si mente nō careret, qui postquam consecrauit Xpi corpus, non attonitus, et stupens dicat, cum
Mat. 3 Petro, & Ioāne Baptista. Tu domine uenis ad me? Quis sacerdos talem intuens obedientiam, non discat obedire Deo

A suo, & potius uitā relinquere, q̄ obedientiā? Quis hic nō discit obedire prælato subijci equali? et oī humanę creaturæ pp Deum? Hoc Ioannes intuens, ait: Ego a te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Sic nos dicere possumus, ego tibi obedire debui, & tu obedis mihi? Dicet vero nobis, qđ Ioanni, sic decet nos implere omnē iustitiā. Vbi Glossa ait. Omnis iu- Glossa
stitia, sed humilitas, qua se qs subijci maiori, æquali minori, sic ergo decet ut nostra cōfūdat superbia, ut uerecūdia afficiatur sacerdos sup̄b. & inobediēs Deo, uidēs Deū obediētē, & humiliatū corā se. Post consecrationis expositum mysterium, restat videre offerentis sacerdotis dignitatem eximiam in sacerdotis manibus Xpo existente illum patri offert in sacrificium. Sed quanta sit hæc sacer- B
dotis dignitas, ex illo facile apparere potest, quod Xpm sæpe benedicit, signo Crucis super eius corpus & sanguinē sancto, qua in re mysteria sunt profundissima, & ideo ut illa exponamus, orādum cum Ps. Reuela oculos meos, et cōsiderabo mirabilia de lege tua domine. Quod Psal. 118
enim ante consecrationem sacerdos benedicat panem, & uinum mirū non est: sed cum nouit adesse ibi Christum dominum Deum uerum, in quo benedicendæ sunt omnes gētes, qui benedixit nos oī benedictione cœlesti, ad hunc manum tendat, ut Deum suum benedicat, inauditum plane, & stupendum? Si interrogas, quidnā mirabile in hac benedictione sit, audi Paulū Heb. 7. uersantem be- C
nedictionem Melchisedech datū Abrahæ, & ostendentē potiorem esse Melchisedech, quia ait, sine ulla contradictione quod minus est a maiore benedicitur, si ergo Xps dns a sacerdote benedicit, ergo sacerdos maior est Xpo. Argumentum hoc negotium facessit Di. Thom. D. Th.
3. p. q 83. artic. 5. ad 4. & ad illud respondet. Sed nos ut argumēto satisfaciamus adnotandum censemus, quod Christus i altari, & sacerdos est, & hostia, ut sacerdos est potius quid; & maius est, quā ut hostia est, dignius enim est offerre sacrificium Deo, quam esse oblationem, quæ offertur, ut ergo Christus sacerdos est,

potior

A potior est sacerdote, ille.n.sũmus est sacerdos, hic uero minister eius, sed qa in altari Xp̃s Dominus est, vt hostia, & sacrificium, & sacerdos est ibi loco Xp̃i sacerdotis repræsentās Christum sacrificantem: hac consideratione minimus est Xp̃s sacerdote repræsentante personam Xp̃i sacrificantis, & hoc ratione potest benedici Christus à sacerdote, vt omnis hostia benedicebatur à sacrificāte sacerdote. O ineffabilem summeque glorificandum Deum? ò incredibilem sacerdotis dignitatē? voluit Deus in altari sacerdotē esse in gradu vltiore, dum repræsentat Xp̃m sacrificantem, se vero in posteriore dum est hostia, licet vt offerens Christus sit digniori loco.

B Ex dictis duo manifeste colliguntur. Primum quāta puritas, quanta vitæ sanctitas, quātus perfectionis ardor merito a sacerdote exigatur, qui in tanta constituitur dignitate. Audi ecclesiam dicentem. Sacerdotes dñi incensum, & panes offerūt Deo & ideo sancti erūt Deo suo & nō pollucnt nomē eius: à sæculari bonitas exigitur, sed à sacerdote sanctitas, iō Ecclesia, sancti erunt Deo suo. Tales profecto sacerdotes esse debēt, quales illi, de quibus Da. 1. Vt introduceret de filijs Israel, & de semine regio & tyrānorū pueros, in qb. nulla esset macula, decoros forma & eruditos oī sapiētia, cautos scia, & doctos disciplina, & qui possent stare in palatio regis, & cōstituit eis rex annonā p singulos dies de cibis suis, & de uino uñ bibebat ipse, ut enutriti tri-

C bus annis possēt stare ĩ cōspectu regis. Hi figura erant sacerdotij, qui ante Deū stare debent: hi sine macula esse debent forma decori, eruditi sapientia, ad q̃ oīa

Chry. datur eis quotidie cibus regius. Chry so. est, aula, inquit regia, in qua rex habitat semper, est domus, in quam aliquando rex diuertit: uia, n. agēs: illa omnino maxima, ampla, optimaq; esse debet: hęc licet uilis sit, non adeo curatur, dum orne tur ad id breue tēpus, quo in ea rex habitat. Sic sæcularis domus est Dei, ad q̃ aliqñ diuertit, dum sacram sinaxim recipit, ornanda quidem tunc domus est, ut digne Christum suscipiat, non tamē cōtra Dei maiestatem fuerit, si alias vilis

A domus sit, si terrenis implicetur, parcendū illi est, ut Pau. fecit dū ait. Ego itaq; vobis parco. At sacerdos aula est regia, ĩ qua perpetuo Deus habitat, contra diuinam maiestatis magnitudinē est, quod hæc non sit inclyta, maxima, ditissima, quia domū tuā decet sanctitudo Domine in longitudine dierum, quā pura lin- Ps. 92.
gua esse debet, cui Xp̃s obediturus est, quāpuræ manus eum suscepturæ, imò & benedicturę, an nadum tēdens sacrilegam indigne sacerdos, ut Xp̃m suscipias, ut eū benedicas? Manū inq̃ plenā sanguine Christi, quem iterū pctis tuis crucifixisti, audi quid tibi dicitur, sicut Lu. 22.
& Iudæ, ecce manus tradētis me mecū est in mensa, Ber. quis auditus sustineat Bern.

B aurium, quis oculus non cōfunderetur ad intuitū, quæ mens non raperetur in excessum, quando mūdi pretium mittitur in sterquilinium? Nec.n.minus malum est in os pollutum, quam in lutum mittere Virginis filiū. Quādo ergo peccare uolueris, aliud os quære, quo impudicā loquaris, aliā linguam, quā ea, quæ rubet sanguine Christi, alias manus p̃ter eas, quæ Xp̃m suscipiunt, Xp̃m benedicunt Christum alijs porrigunt.

Secundum quod ex dictis sequitur, illud est manifestum summam exhibēdā sacerdotibus reuerentiā cum uident au lici regem reuereri maxime personam cuiuspiam, an nō illi eum reuerebūtur? Considera in Dei sacerdotes reuerētiā, illis cōmittit, peccatorum remissionem,

C gratiæ distributionem, cæli apertionē, filiorum uerbis in puncto obedit, eis se subdit, ut benedicatur, an non sic digni omni reuerentia? Hoc agnoscebat Franciscus diuina plenus luce, qui ad socios dicebat, si illic uiderem uenientem Angelū cęlesti claritate circunfusum, hanc uero sacerdotem, ad sacerdotem properarem, & ad eius genua me pronoluerē & ab eo peterem benedici plusquam ab angelo. Sed quid causæ est, quod sacerdotibus hæc non exhibetur reuerentia? Rñdetur primum omnium in causa est nō nosse eorum dignitatem. Secundum uero ex parte sacerdotum, quod uestib.

A sacerdotalibus induti nō procedunt. sed alienis peregrinisq. vestibus induuntur.
Simile Quemadmodum enim cū procedit rex cultu regio ab oībus adoratur & colitur si uero nocte procedat mutato habitu, īnfimus de plebe reputatur, nec ullus ei à prætereuntibus honos exhibetur, quia licet rex sit, non agnoscitur. Sic cum sacerdos in publicū prodit, ueste indutus sacerdotali, ob omnibus honoratur, si alia induatur veste, nihili reputatur. Sed inquiris, quæ est sacerdotalis uestis: Illa
Ps. 131 utiq; de qua Ps. Sacerdotes tui induantur iustitia, i. omni virtute. & sacerdotes eius induam salutari. Hęc est vestis illa
Ro. 13 Paul. Induite dominum Iesum Christum, cum omni uirtute ornatus procedit
Isa. 61. sacerdos, tunc impletur illud Is. Omnes q viderint eos, cognoscēt illos, & dicens, hi sunt semē, cui benexit dominus, agnoscitur in ueste sua sacerdos rex. De
B hac sacerdotis ueste dicitur Apoc. 1. Similis filio hominis uestitus podere, dr
Ansel. Christus similis filio hominis, ait ibi Ansel. quia tāta apparebat maiestate, ut similis idem nō uideretur, q ante fuerat, poderis vero vos Græca uestem significat talarem, a pedibusq. nomen hēt &
Hiero. Hiero. ibi, & epist. ad Fabiolam, & Iose-
Iosep. phus dicunt illam esse vestem byssinam quæ vulgo dicitur. Alba, de qua Ecc. 17. Si sequaris iustitiā, apprehēdes illam, & indues quasi poderem honoris, est uero poderis sacerdotalis uestis, sic Sap. 18. In ueste poderis, quā habebat, totus erat orbis terrarū, q̄a uero Xps ibi, ut sacerdos apparebat, uestitus erat podere, qua veste signatur sanctitas sacerdotis, q̄ de-
C bet esse integra, eum operiens a pedibus vsque ad caput. Si hāc uestē sacerdos nō habet, mutatu habitu procedit, ideo ei reuerētia non exhibetur, impleturq; illud Oseæ. 4. Sicut populus, sic et sacerdos, & inde est quod Mal. 2. dicitur sacerdotib. indignis. Vos āt recessistis de via, & scādalizāstis plurimos i lege, pp quod ego dedi uos cōtēptibiles et humiles omnib.
Mat. 5. populis. In contēptu habetur sacerdos, q propria caret veste, sal est infatuatum, qp conculcatur ab hominibus, vt Christus ait. Sed seculares attendere debēt, ut re-

uereantur sacerdotes licet prauos, quia A
Christi Dei sunt, sacerdos. n. Christus dñi est. 1. Re. 24. & 26. hæc uerba usurpat Dauid, ut reuereatur Saul, licet malum, & inimicum, q̄a Christus domini est, & quādo oram clamydis abscir, percussit cor suum Dauid ea de causa.

De tertio vero quomodo omnis fidelis fit aliquo modo sacerdos, Petrus ait, 1. Pe. 2.
Vos āt genus electū, regale sacerdotiū, gēs sancta, populus acquisitionis, &c. Præmiserat Petrus, Ipsi tanquam lapides ui ui superædificamini, domos spirituales sacerdotiū sanctum, offerre spirituales hostias acceptabiles Deo p Iesum Xpm. De qua re Iac. 1. Religio mūda & immaculata apud Deum & Patrē hæc est, uisitare pupillos & uiduas in tribulatione B
eorum, & immaculatū se custodire ab hoc sæculo. Offer tu Deo Xpm eius merita, corpus tuum hostiam uiuentē, substantiam tuam, orationes, & bona opera, quibus Deum placare tibi potes, & sic aliquo modo sacerdotis munus agēs, & sacerdotij particeps efficieris.

CONCIO

De examine omnium operum, quod recordatus hō quotidie exhibere debet.

THEMA.

Quis mihi tribuat, ut cognoscam, et inueniam illum, & ueniam usq. ad solium eius. Ponam coram eo iudicium, & os meum replebo increpationibus. Iob. 23. C



Summa sane hominis miseria ea est, qd ēt suscepta gratia, & magna gr̄a, & cum in lege sit gr̄æ, nihilominus uitam sine defectibus, ac peccatis uenialibus agere non potest. Sententia hæc Catholica est, definita in Concilio. Mileuitano capit. 6. & in Concilio Tridentino Sess. 6. can. 23. Et in Scriptura sacra manifeste nobis traditur. Ecclesiastes ait, Non est homo qui nō peccet. Et Ioānes ait: Si dixerimus, qd peccatum nō habemus, Cō. Mileu. cō. Tr. Eccl. 7. 1. Ioā.

A mus,ipsi nos seducimus,et veritas in nobis nō est. Quæ uerba nō solū, sm humilitatem, sed & sm veritatē à nobis dicenda tradit Concilium Maleuitanum. Et Iacobus ait: In multis offendimus oēs. Et ppterea Ecclesia de se ait. Nigra sū sed formosa. Pulchra pp gratiā,nigra pp defectus. Solū ab hoc excipit Christus, & Maria,vt Cōciliū Tridentinū tradit. Et huius rei ratio est,quia licet grā animā sanet,tn̄ carnē nō omnino sanat, & ideo adhuc mouet cōtra rationem persæpe,cui adiunguntur mundi, ac dæmonis incursus in hominē,& sic moraliter loquendo, omnibus tentationibus resistere nō ualemus, atq; ideo in plura peccata uenialia incidimus. Miserāda certe hominis conditio, propter q̄ se infælicē dicit Paul. Infelix ego homo,qs me liberabit de corpore mortis huius? Et Iob ait: Peccaui(nō mortaliter,qa ut alibi ait: non reprehēdit me cor meū in tota uita

Cō.Mi.
Iaco.5.
Can.1.
Cō.Tr.
Ro.7.
Iob.7.

B mea) Quid faciā tibi ò custos hominū? Quare posuisti me cōtrarium tibi, & factus sū mihimetipsi grauis? Cur nō tollis pctm̄ meū?& quare nō aufers iniquitatē meā? Tædet aiam meā vitæ meæ, dimittā aduersum me eloquium meū. An non mihi dolendum, an non tędēdum, quod sine peccato uitam agere non possum? quod te offensurus sum? quod tibi minus gratus futurus? Satis hæc causa est,ut homo mortem optet, q̄ hac ratione secūdum charitatem desiderare pōt, vt à culpis liber sit. Hinc Andreas, cum eum a cruce tollere uellent,& eius impedire mortē,orauit enixe Dnm,& ait, tātum in hoc exaudi me,vt a corporis molestia liberer,satis sit tempus, quo illud tuli,ac portaui. Propter hanc etiam cau

C sam Iob maledixit diebus suis,& nos cū eo dicere possumus? Quarę nō in vulua mortu⁹ sū? Egressus ex utero nō statim perij? Quare exceptus genib.? Cur lactatus uberib.? Quare mi sero data est lux, & uita his, qui in amaritudine aiæ sunt. Taceant corā hac miseria illæ, de quib. Iob ait: Homo natus de muliere, breui uiuens tpe,repletur multis miserijs,&c. Illa enim omnia mala sunt pœnæ, hæc autem culpæ,quæ longe maior est. Hoc

Iob.3.
Iob 14.

aūt mirādū maxime post copiosā,ac specta Xpi redēptionē,qua non adeo mirū est,mala pœnę nō auferri, mirādū āt maxime,q omnis nō auferatur culpa. Cur ergo hoc non prestitit Xpi redemptio? A

Plane hac in re, uel maxime apparet uanitas hominis,& illius maxima superbia,cum ut humiliaretur,necesse fuerit, non tm̄ mala pœnę reliqui, sed & mala culpę. Vt ei dici a Propheta posset. Humiliatio tua in medio tui. Et ille diceret cū Isaia: Facti sumus immūdi oēs nos,& oēs iustitiæ nostrę quasi pannus menstruatæ, quia plenæ imperfectionibus,& aliqñ admixtæ peccatis. Relictus ergo est homo adeo miser post redēptionem Christi, & in lege grǣ, ut humilis sit,nec superbiat. Cōditus hō fuit, ut ruinas impleret Angelorū, quia vero illi superbia ceciderunt,factus homo de limo, est,ne superbiret, sed ea pulchritudine, ac rectitudine Deus opifex illum fecit,adeoq; subditus appetitus roni erat,ut & hō superbierit,sicut Angelus,putaueritque posse se esse sicut Deū. Hac de causa cum eum redemit Deus,distulit mala pęnę auferre,rebellionē,ac peccata uenialia inde procedentia,ut se humiliaret,ac diceret cum Paulo. Habemus thesaurū istum in uasis fictilibus,ut sublimitas sit virtuti Dei,& non ex nobis. Hanc doctrinam mire tradit Gregor. lib. 3. dialogorum c. 14. Vbi cū enumerat eximias virtutes monachi Isaac nomine, defectum ei fuisse non exiguum,ait Gregor. Hic itaq; cum uirtute abstinentię, contemptu rerum transeuntium,prophetia, spiritu,orationis intentione esset incomparabiliter præditus, unū erat,quod in eo reprehēsibile esse videbatur, quia nō nunquam tanta ei lętitia inerat, ut illis tot uirtutibus nisi sciretur esse plenus, nullo modo crederetur. Et interrogatus Gregorius a Petro, quæ huius res causa esset? Rñdet. Magna est Petre omnipotentis Dei dispensatio,& plerumq. contingit, vt quibus maiora bona præstat, quędam minora non tribuat,ut semper eorum animus habeat, unde se ipse reprehendat,quatenus dum appetunt perfecti esse,nec possunt in his, quæ accepe runt

Mic.6.
Isa.64.
B
2.Co.4
Grego.
C

A runt, minime se extollat, sed discat, quia ex semetipsis maiora bona non habent, qui in seipsis uincere minora non possunt. Et ideo Iud. 3. deuictis potentioribus inimicis, seruauit Deus Philistheos & Iebusæos, vt experiretur in eis Israel, & quibus uictoriam potentium dedit, imbecilles superare non concessit, ut humiliaretur. Fit itaq; miro modo, ut una eademq; mens uirtute polleat, & ex infirmitate lacescat, quatenus & ex parte constructa sit, & ex parte se cōspiciat esse destructam, ut per bonum, quod quærit, & habere non ualet: illud seruet humiliter quod habet. Et quid mirum hoc cum hoīe fieri, cū illa superna regio ex parte fortiter stetit, & ex parte dāna per
B tulit, ut beati Angeli dum alios p superbiā cecidisse conspicerent, ipsi tanto robustiius, quanto humilius starent. Hæc
Greg. Greg. Voluit ergo Christus Ecclesię sua dona tanta dare, vt de eis dixerit Petrus
Conci. Mil. (vt legit Conc. Mileuitanum) In quæ desiderant angeli conspicere, in quæ. s. do-
1. Pe. 1 na, tanta. n. illa sunt, ut rapiēt oculos angelorū. Vt ergo dona ista humilitate seruaret, mala corporis reliquit, q̄ nos deijciunt, & mala aliqua aīæ, quæ ostendūt, ipsam nihil ex se esse, & in nihilū tendere. Erit autem cito tp̄s, cum sibi exhibebit gloriosam Ecclesiam, non habētem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta, & immaculata ī cęlo. Sed interim huius humiliationis necessitas manifesta est, dū superbia efferi mur: etiam cum uidemus nos in corpore, & anima miseros, quid obsecro age-
C remus, si hoc pōdere non detineremur?

Sed num propter perpetuos hos defectus, ac casus desperandū nobis? nequaquam: humilitatē hac arte Deus in nobis esse curauit, non diffidētiam, aut desperationem. Et hac de causa permisit, vt discipuli, quos in Apostolos, & mūdi rectores, ac lumina e egit, aliqua peccata uenialia admitterent, & ea in Euāgelio nobis proponerent, & quod maius ē etiam post aduentum spiritus diuini Petrus Ecclesiæ columna reprehensibilis fuit in aliquo, vt hinc disceremus, propter similes defectus nō deficere animo. Licet. n. illi deficerent, nihilominus ab A schola sua non separabat, sed illos dicebat amicos, filios, ac filiolos, pro eis patrē orabat. Simili ergo modo, se habebit erga nos rudes, cum. n. idē sit Dn̄s, in eadē causa erga suos, eundē habebit affectum. Cū ergo Deo obsequeris, licet aliqn̄ dormitet aīa tua pre tedio, ne animū despōdeas, ne tristitia absorbearis, crede benignissimū patrem æquanimiter infirmitatem tuam laturum. Ideo Ps. ait: Quomodo miseretur pater filiorum mi- Ps. 102 sertus est Dominus timentib. se, quoniā ipse cognouit figmentum nostrum, recordatus est, quoniam puluis sumus. Sicut. n. parens filios suos, licet morbidos, & vlcerosos paterno fouet amore, quia filij sunt, ita Pater ille cœlestis, corā quo nullus Pater dicendus est, eos, qui p gra- B tiam filij eius sunt, licet defectib. obnoxij sint, diligit, curat, ac amplectitur. Cura ergo omne uitare peccatum: sed si cecideris, non ideo desperes, sed surge, qa septies in die cadit iustus, sed resurgit.

Sed alius dicet, si hæc ita se habēt, nihil peccata curemus, & licet plura committamus, parum refert. Nō recte sapit, Eccl. 7 qui id dicit: Quoniā, vt Sapiens ait, qui timet Deum nihil negligit, magna cura nobis cauendū est nō a peccatis grauioribus solum, sed & à leuibus, & ab omni imperfectione. Si. n. in regis obsequio id præstat minister, cur Deo obsequens non idem præstabit? Nec solum id curare debemus, uerum & huic operi omnes intendere neruos, qm̄ uita Chr̄iana duobus constat, quæ explicat ps̄al. cum ait: Ps. 36. Declina a malo, & fac bonum. Mala er- C go uitare primum est, secūdum uero bona agere. Plurimi autem bona quidem agunt, sed mala sua uincere negligūt, hi alteram uirtutis partem relinquunt. Si- Simile cut ergo hortolanus, qui regium hortū curandum, & excolēdum suscepit, duobus intendit, primū, ut inutiles herbas auferat: 2m ut optimas crescere faciat. Ita omnino homo putare debet, animā suam hortum esse Dei, sic enim sponsus ait: Hortus conclusus soror mea spōsa, Can. 5 hortus conclusus, & cum ad aīam nr̄am Deū uocamus, quid aliud dicimus, nisi illud

A illud Cãticorum. Veniat dilectus meus in hortum suum curandũ ergo tibi est, omne peccatum eradicare, omnem defectum tollere, hæc enim inutilis, & praua herba est, quæ Dei oculos offendit, qm ut Propheta ait, mundi sunt oculi tui ne uideant malum, & ad iniquitatẽ respicere nõ potes. Et ideo. Qui diligitis Dominũ, odite malũ. Virtutes vero excolẽdę, ac augendæ sunt, ut crescant in die: ad hoc autem conducit maxime spinas, ac tribulos, quos terra cordis profert, tollere. Et quemadmodum, q viam agit, terram plurimam post tergum relinqt, ita q viam in cælum agit, terrenas cupiditates deserit & cum Paulo ait. Quæ retro sũt, obliuiscẽs, ad interiora extẽdens me ipsũ ad destinatũ persequor, &c. Sicut ergo non ambulat, q in eodem loco B stat, ita nihil proficit, q peccata ac defectus non relinquit, sed ita superbus iracũdus, ac auarus nunc est, ac prius fuit.

Ro. 4. Hab. 1 Ps. 96. Phil. 3.

Examen ergo conscientia eo tendit, vt peccata, ac defectus tollãtur. Vt hoc examẽ recte fiat, summo mane te Deo tuo offer, proponens omne uitare peccatum in nocte uero priusquã cubes, collige te ipsum. Et primum gratias Deo age pro innumeris susceptis beneficijs, deinde gratiam, ac lumen cœleste pete, quo peccata tua agnoscas, & corrigas, si ne hoc.n. auxilio nihil proficiemus. Prouerbium fuit antiquũ. Lunę radijs non maturescit botrus Sole ergo ĩdigemus C iustitiæ, dare quo nihil possumus facere. Lunæ autẽ radius diligentia nostra est, quæ sola satis non est. Deinde discurre per uniuersas diei horas, diligenter attẽdens, quid cogitaueris, quid dixeris, qd feceris. Et si bona aliqua repereris, ea Deo tribue, si mala, dole, ac pœnitẽtiam age, proponens illa in posterum uitare. Hoc est, q Iob ait. Verbis initia proposi tis ponã corã te iudicium, &c. De hac re Chrysostomus in epistola ad Hebræos ait. Sicut priusquã nauta a portu discedat, nauim reparat uelum componit, et vniuersa, quæ ad tuum pertinet, resarcit, ac reficit, uniuersa perficit, postquã uero nauigationem confecit, quia plura incommoda nauis patitur, eam iterum conspicit, ac reficit, ita homo Initio diei, A cũ nauigationẽ inchoat in hoc mari magno, ac spatioso, pponat, uniuersa recte agere, & in Dei gloriã cũcta ordinet, ac dirigat. Nocte autem, cum nauigationẽ finiunt, despiciat seipsum, & dãna, quæ passus est, consideret, ut illa resarciat.

Iob 23. Chry. Simile

Expendunt sanctis, ac merito, quo pacto Deus inspiciebat uniuersa opera, q faciebat. Et uidit, quod esset bonũ. Nec hoc contentus, postquam omnia opera sua perfecerat, illa uniuersa iterum conspicere dr. Et uidit cuncta, quæ fecerat, & erant ualde bona. Si ergo Deus respicit semel ac bis opera, quæ homini facit, non homo respicere debet opera, quę Deo operatur. Id pręstabat Iob dicens. Verebar oĩa opera mea sciẽs, quia nõ parceret delinquenti. Sed in hac re p clarum exemplum nobis reliquit Ignatius sanctissimus Societatis Iesu fundatoris, q in horas singulas sese iterius colligebat, & hoc operum examen præstabat, quod usque ad mortis horam fecit. Sed quid mirum hoc pręstitisse uiros sanctos, cum & Ethnici id fecerint. De se enim Cicero ait, in quibus nocte tria cõsideraffe, quid eo die cogitauerit, quid dixerit, quid fecerit. Et Virgilius in epigramate, ait uir bonus. Gen. 1 & 2. Iob. 9. B

Nõ prius in dulcẽ declinat lumina somnum,
Omnia quam longi reputauerit acta diei,

Et iusto trutinæ te examine pensat. Huc illud pertinet tãquam figura, quod de Iosepho sacra tradit historia, cũ ait, C Accidit aũt quadam die, ut intraret Ioseph domũ, & operis q ppiam absq; arbitris facere. Quæ verba Vatablus trãsfert, ut faceret opus suum, sic etiam uertit ad literam ex Hebręo Lypomanus in cathena Genesim, & refert ex paraphrasi Chaldaica uertendum esse, ut in uestigaret scripturas rationis suæ, uel ut in libris exigeret rationem dati, & accepit, Oeconomus erat Ioseph & ut muneri suo satisfaceret, librum rationũ uidebat solus sine arbitris. Cum ergo homo dispensator sis, ac uillicus, non dñs, ęquum est, ut librum rationum consulas, qui est conscientia tua, & uideas rationem dati, & accepti, ut attendas, quo

pacto

A pacto expenderis bona Domini tui, an ea dilapidaueris, ut tibi cōsulas sicut uillicus dicens: Quid faciam? Ne tibi audias dictum illud Hieremiæ. Attendi, & auscultaui, nemo qđ bonum est, loquitur, nullus est, q̄ agat pœnitētiam super peccato suo, dicēs: Quid feci? Recte uero de Iosepho dicitur ut faceret opus suū, idest opus, quod tanquam œconomus facere debebat. Rectius autem de nobis dicitur, quod facimus opus nostrū, cum id præstamus, quia hominis est propriū, rationem a se exigere factorum, soli⁹. n. hominis inter animantia est, reflecti super actus suos, cum ergo o homo Dei sis uillicus, fac opus tuum opus quo muneri tuo satisfacias, uidens librum rationū, & opus quod hominis est propriū, attendes opera tua, ac defectus, ut de eis doleas, ac eos auferes.

Luc. 16
Hie. 8.

B

Sed unum in hac re, valde attendendum tibi, dicam, ut non satis putes, si defectus uideas, si de eis doleas, si confessus fueris, nisi etiam radicitus tollas, attendens causas, occasiones, ac radices peccatorum, easque euellēs: ut sic omnino auferantur peccata, si enim id non fiat, parum te fecisse crede. Sicut enim quotannis putatis uitibus, ac arboribus, plura inutilia ab eis tolluntur, sed quoniam radix durat, iterum pullulat, ita dum radices peccatorum non abstuleris, dum occasiones non amputaueris, iterum peccata pullulabunt. Ea, q̄ dicimus, subiecto exēplo fient manifesta. Duplici uia, ac ratione, occurrere potes damno, quod imminet domui, tui ab stillicidio, quod vulgo dicitur (Gotera.) Primo enim apposito uase eo in loco, ubi aqua decidit, illā colligis, & extra domum mittis, quod si hoc solummodo feceris, parum fecisti, ut domui tuę cōsulas: dum enim tectum domus non resarceris, ne aqua subintret, illa domum tuam perdit paulatim, & ligna putrefiant, & parietes infirmabūtur, & demum domus corruet. Secundo ergo domui recte accurrit, qui resarto tecto, omnino aquæ ingressum prohibet. Ita omnino quidam sunt, qui nullum aliud remedium animæ apponunt suæ, quā defectus ac peccata in examine colligere: & per confessionem extra domum cordis emittere. Et licet sūc proponant euitare peccata, postea tamē non curant radices, ac occasiones tollere, & ideo iterum peccata perpetrant & illi perduntur. De his præclare Sapiens ait, ea usus similitudine, quam nos proposuimus. In pigritijs humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum perstillabit domus, quasi dicat, dum quis piger, & infirmus est, ne tectum cordis sui resarcit, aqua in eum subintrabit, & perdet domum cordis illius. Curandum ergo est in examine, ut non solum peccata uideas, sed & causas amputes, ut sic omnino tollantur defectus.

C
Simile

A
Ecc.

Sed licet uniuersa uitia nobis sint expugnanda, optimum tn̄ consiliū est, cōtra aliqđ singulare uitium singulare inire certamē, singulari adhibita cura ac diligētia, ut eo deuicto, aliud, & aliud deinde superemus, & ideo ultra generale, qđ diximus examē, aliud particulare (ut sic loqui liceat) nobis adhibendum est contra particulare uitium. De qua re præclare Cassia. collatio. 5. Serapionis Abbatis c. 14. ait enim. Vnusquisq; uitiū, quo maxime infestatur, explorās, aduersus illud arripiat principale certamen, omnē curam mētis, ac sollicitudinem erga illius impugnationem, obseruationemq; defigens. Colligit doctrinam istam Serapiō, ex illo Deut. Si dixeris in corde tuo, plures sunt gentes istæ quam ego, quō potero delere eas? Noli metuere sed recordare, quæ fecerit Dominus De⁹ tuus. Ipse consūmet nationes has i cōspectu tuo paulatim, atq; per partes, nō poteris eas delere pariter ne multiplicetur contra te bestię terræ. Per partes ergo pugnandum nobis cum uitijs est, quia licet omnia uitanda sint. Sed singularis pugna contra unum est sumenda. Addit Serapion. Cumque se ab uno uitio senserit absolutum, rursum latebras sui cordis simili intentione perlustret, & excipiat sibi, quā passionē inter reliquas er pexerit duriorem, utque aduersus eā arma cōmoueat. Hæc autē singularis pugna contra unum uitium ineūda est, singulari proposito facto illud uitandi, singulari

B
Cassia.
Deu. 7.
C

A lari cura, singulari oratione ad id fusa, & singulari demum examine adhibito, in quo cõferas unum diem cum altero, vt videas q̃tum profeceris, & hebdomadam cum hebdomada, mensemq; cum
Bern. mense. Hoc est Bernardi ad Eugenium consilium. Confer tua posteriora prioribus, si profecisti in uirtute. Nec ideo animo deijciaris, quia parum proficias, gratia enim Dei, perseuerantia, tempus, ac
Iob 14. industria facient, ut tãdẽ uictor euadas. Hinc Iob: Mons cadẽs defluit (tempore longo id efficiente) saxũ trãsfertur de loco suo (hoiũm certè industria) Lapides excauant aquæ, (non bis, sed sæpe cadendo) alluuione paulatim terra consumit, quasi dicat res ualde difficiles tandẽ efficiuntur tpe posito, industria adhibita, ac perseuerantia, quib. cum gratia additur,
B omnino sperãda est uictoria, licet homo petra durior, & mõte solidior uideatur.

Isa. 53. Sed præclarè Serapiõ ait, uitium quo maxime infestat, exploret. Quia, ut Isa. ait. Oẽs nos sicut oues errauimus, unusquisq; in uiam suam declinauit, & iuxta uarietatem humorum diuersæ sunt in hominib. passiones, & huic dominatur via, illi accidia, illi inuidia: explora ergo quænam sit in te præcipua passio, & aduersus illam pugna. Sicut. n. qui arcem ciuitatis expugnat, omnem capit ciuitatem. Ita qui uitium, quod ei præcipue dominatur, superat, omnia reliqua deuicta putare debet. Vnum interfecit Goliam
C Dauid, & unum Holofernem Iudith, et sic uniuersos hostes prostrauerunt, quia eorum duces interemerunt. Plures occidit Amalechitas Saul, quia tamẽ regem seruauit, nihil fecit. Cura ergo tu uitium quod dux est, perimere, sic. n. omnia fecisti. Diligentiæ uero, quæ ad uitium hoc superandum adhibendæ sunt. Serapion proponit, dicens: Primum oratio iugis ad Deum fidens in Christi verbo: Petite & accipietis. Ipse vero est, qui ait: Ego
Isa. 43. sum, qui deleo iniquitates tuas propter
Ose. 1. me. Et per Oseã. Extra me non est Saluator. Ideo orandum. Sana me Domine, & sanabor, saluum me fac, & saluus ero. Secundò, sæpius propone ab eo vitio cauere: hoc enim propositum benefaciendi Deo gratum est, & fortem homi A
nẽ reddit, & casus ac defectus leuiores reddit, quia ex infirmitate procedunt. Bonauent. ait, quoties horologium so- Bona.
nuerit propositum Deo seruiendi renoua, sit ergo horologium excitator propositi tui Tertio, aliqua singulari corporis afflictione puni te ipsum pro peccatis, quæ admiseris. Hoc enim est iudicium, quod aduersus se homo exercet: de quo Paulus ait: Si nos metipsos iudicare- 1. Cor.
mus, non utique iudicaremur. Et hoc 11.
est illud psal. In cubilibus vestris compungimini, quod verbũ expendit Chry. Psal. 4.
sostomus, dicẽs: Pungite, stimulate, ma- Chrys.
la, quæ admisistis, tempore quietis punite, & in ea animaduertite. Ignatius in Societate duo hæc examina accurate seruanda in regula proposuit, quibus duo tempora designauit, ante prandium, & B
ante lectum, &c.

CONCIO I.

De confessione, quo pacto fieri debeat, vt animæ salutem afferat.

THEMA.

Insufflauit, & dixit. Accipite Spiritũ sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, quorum retinueritis, retenta sunt. Ioan. 20.

Dvæ duntaxat sunt in cœlum viæ, altera innocentiæ, pœni C
tentiæ altera, si tertiam quispiam quæsierit, non inue-
niet, sed ei accidet illud ps. Viam ciuita- Ps. 109
tis habitaculi non inuenerunt, esurientes & sitientes, anima eorum in ipsis defecit. Innocentiæ uiam Maria tenuit: nos vero pœnitentiæ, nullus enim est, q in aliquo non deliquerit, & pauci, qui lethali crimine non sint inquinati. Vt hanc ingrediamur uiam, gratia nobis necessaria est, quam Mariæ intercessione nobis concedi exoremus.

Peccatum est omnimoda animæ uastatio, ac perditio, ut significat nomen Hebræum, quo peccatum significatur, quod est Abeient, quod deriuatur ab

A Aba Abē,quod est calamitas,& destructio;Vnde Ezechiel ad Titum ait. Aufer cydarim,tolle coronam, iniquitatem ponam in ea, idest, penitus delebo,& vastabo te. Hinc Bersabe ad Dauit ait. Eritque cum dormieritdominus meus rex cū patribus suis erimus ego,et filius meus Salomon pctōris,idest,omnino vastabimur,& pdemur. Ora Deū vt tibi ostendat peccati malum,quod infinitum est,& tunc letio illius quęres remedium, tūc lachrymarū uim fundes. Accidetque tibi,quod Dauidi,& viris eius,qui cum reuersi essent ad ciuitatem, & inuenissent eam succēsam igne, leuauerunt uoces suas,& planxerunt,donec deficerēt in eis lachrymæ. Si uastitatem animæ tuæ inspexeris,si quid feceris,cū B peccasti,agnoueris,deficiet in dolore vita tua,& anni tui in gemitibus. Verūtamen,ait Hieremias, scito,quid feceris, quod Deum offendisti,quod eius factus es inimicus,quod gratiā amisisti,& uniuersas uirtutes,uniuersa merita, ius ad regnū celeste. Denique diaboli mancipium effectus es: peccati seruus,inferni ciuis,& tandem oia bona tua dissipasti.

Ex.21.
3.Re.1
1.Reg. 30.
Hier.3

Sed ais,restat ne remedium? Est plane. Audi Oseam. Corruisti in iniqtate tua,tollite uobiscū verba,& cōuertimini ad dnm,& dicite ei,omnem aufer iniqtatē,& accipe bonum,& reddemus vitulos labiorum nostrorum. Vbi Hiero. ait,verba,quæ tollere iubentur, sunt preces,& delictorum confessio. Chaldæus C ibi ait,afferre vobiscum verba confessionis,quæ sunt uerę laudes Dei in pęnitēte,iuxta illud Iosue 7. Fili mi da gloriā Dño Deo Israel,& confitere,atque indica mihi,quid feceris, ne abscondas. Vñ Leu. 20. dr. Tabescent in iniquitatibus suis,& propter pctā patrum suorum,& sua flagellabant,donec confiteant iniqtates suas,quasi dicat,eorum non miserebat,donec confiteantur.

Os.23.
Hiero.

Licet autem pœnitentia semper fuerit hominibus concessā, sed in lege grē mirum in modum aucta est sacramēto cōfessionis instituto,in quo ex attrito fit homo contritus,quod oīm non fuit: ex qua fit,ut minori adhibita cura, ac diligentia in lege gratiæ consequat homo A gratiam,supplente sacramēto,quod homini deest.

Promisit Xps sacrm hoc Mat. 16. cū Petro dixit. Tibi dabo claues regni cœlorum. Potestas autem remittendi,& retinendi peccata,clauis dicitur per similitudinem. Sicut enim claue ostium domus claudes,ne in eam intret exter, & eadem aperis, ut intret is, quem in domum recipere vis,ita potestas absoluendi,& retinendi peccata clauis dicitur, quia ea ianua cæli operitur pœnitenti sublato peccato,uel occluditur non remisso peccato. De magnitudine huius potestatis multa diximus in 3. tomo nr̄arum concionum in Cathedra sancti Petri.

Sed quoniam industria opus est,ac arte ad aperiendum,& potestas,illa pecca B ta dimittit claue non errante,quod si erret,nihil fit ideo primum omnium quærendus tibi est optimus confessarius, q non solum clauem habeat, sed & scientia, ac uirtute polleat, ut ea uti nouerit. Tria sunt bonorum genera,ad quæ homo inquirere solet optimum consiliarium. Vt corpori medeatur optimū medicum,ut negotia tractet honoris,et omnium diuitiarum optimum aduocatū. Num ergo ut animæ medeatur, ut illius ęterna bona curet, optimū confessarium non inqret? Nā minora sunt animę bona bonis corporis? Nū minus curā da? Hinc Sapiēs? Non confundaris cōfiteri pctā tua, & ne subijcias te omni homini pro pctō. Quo loco Gręca habent, Eccl.4. ut ait Iansenius. Ne subijcias te homini C stulto,& sic Lyranus intelligit, tantum Iāsen. esse confitendum peccatum ei, qui nouit adhibere salutare remedium. Huius Lyra. rei necessitas manifesta est,quoniā cum plura requirantur in pęnitentiæ, ut gratiam,ac peccatorum remissionem accipiat, si forte his careat, bonus confessarius diligentia,ac cura adhibita ex suppleri curat, ut si examen peccatorum, vel dolor,aut propositum, uel confessio ipsa in aliqua parte resarcienda sint. Et cum homo, ut uitā nouā instituat, consiliario egeat,ad hæc omnia indiget optimo confessario, ne iusto Dei iudicio,&

A peccatis exigentibus illud ei accidat, quod Achab accidisse sacra Regum historia refert, qui a falsis prophetis deceptus in bello interijt, quia uero Prophetæ Micheæ obedire noluit. 3.Reg. 22.

Diximus sacramentum hoc promissum a Christo Mat.16. exhibitum autẽ, ac institutum est Ioan.20 Cum insufflauit, & dixit, accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittũtur eis, & quorum retinueritis, retẽta sunt. Sed quid nam est, quod hoc instituens sacr̃m insufflauit? Certè ostendit sacr̃m confessionis esse hominum respirationem. Sicut.n. ad uitam humanam necessaria est respiratio, qua aer circa cor nimium accensus pellatur foras, & aer refrigerans calorem nimium cordis attrahatur, ita omnino intra nos ardens est concupiscentia, a qua plura procedunt peccata, quæ confessione expelluntur, et ventus Spiritus sancti attrahitur, ut uiuere peccato possit. Atque adeo in eo implerur illud psal. Os meum aperui, & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam. Sicut.n. aperto ore respiras, & attrahis aerem, ita in confessione os aperis, & spũs g͠ra ad cor trahitur. Ex quo patet necessitas huius sacramenti lapsis post baptismũ, de quo Cõ. Tr. sess.14.c.5. B Ps.118. Conc. Trid.

Curandum autem homini ualde est, vt rectè confiteatur, ne forte deceptus à cõfessione redeat, putans se sanum, cum infirmus sit, quod omnium periculorũ maximum est, de quo Sapiens ait: Generatio, quæ sibi munda uidetur, & nõ est mandata a sordibus suis. Dixi hoc maximum discrimen esse, quia nesciens infirmitatem suam, nõ eam curat, & ideo perit misere, qui enim nouit in peccato se esse, cum periculum adest, sibi prospicit. Væ vero ei, qui ait: Diues sum, & nullius egeo, cum sit pauper, quia ignorans malum suum, non illud pellit, efficiturque in eo illud Isaiæ: Vulnus, & liuor & plaga tremens non est circumligata, nec curata medicamine, neq; fota oleo. Pro.30 C Apo.3 Isa.1.

Vt ergo ueram, ac optimam cõfessionẽ facias, ea tibi seruãda sunt, quæ mox dicam. Primum omnium attẽde veram pœnitẽtiam donum Dei esse, & sine eius auxilio nequaquã haberi posse, sine me, ait Dñs, nihil potestis facere, nec sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, nec possumus dicere Dominus Iesus, in spiritu sancto. Si ergo hæc facilia sine Dei auxilio præstare non possumus, quo pacto pænitentiã agemus rectã, quæ maximũ quid est? Exitus Israel de Aegypto figura fuit conuersionis peccatoris, qua a tenebris, ac seruitute pcedit in lucem, ac libertatem, ille ãt factus est in manu ualida, & brachio extẽto, & ideo pœnitentia eodem brachio perficiẽda est, quoniam hæc mutatio dextera est excelsi. Dexteræ dicitur, qa magnæ virtutis opus est. Ideo propheta ait. Cõuerte me, & conuertar, quia tu Dñs Deus meus. Postquam.n. cõuertisti me, egi pænitentiam, & postquam ostendisti mihi percussi femur meũ. Percutere femur opus est hoĩs, qui agnouit errorem suum vulgo dicitur (Caer en la cuenta) Id autem nequaquam fit, nisi Deus conuertat hominem, & ei ostendat prauum ipsius statum. Hoc autẽ similitudine propositа fiet manifestum. Si speculũ tibi obijcias, continuo tui imago in speculo resultat, quam si conspicis, te quoque illa conspicit, quod si oculos in terram demittas, illa etiã oculos demittit, si uero uelis imaginem illam iterum oculos ad te leuare, teq; conspicere, impossibile id erit, nisi tu prius ad illam oculos tuos conuertas, eamq; inspicias. Ita plane, homo Dei imago est, & cum Deus hoĩem respicit, respicit homo Deũ. Respice in me, & miserere mei, ait Psal. quoniam misericordia, & respectus Dei in electo illius. Si uero Deus auertat oculos suos ab homine, permittens illum in culpam decidere, tunc illud Psalmi impletur: Auertisti faciem tuã a me, & factus sum conturbatus. Tunc homo, qui imago Dei est oculus in terrena conuertit, Iuxta illud Psalmi Oculos suos statuerunt declinare in terram. Tũc autem homo iterum leuare oculos ad Deum non potest, nisi Deus prius oculos ad eum leuet, nisi præueniat eũ Dei misericordia, & iõ orare homo debet. Respice in me, & miserere mei. Si.n. non me respexeris ego A Ioã.15. 2.Co.3 1.Cor. 10. Exo.6. Ps.76. Hie.31 B Simile Ps.24. C Ps.29. Ps.16. Ps.24

A ego te reſpicere non potero. Sigillatim ait, oſtendã, neceſſariũ eſſe hoc Dei auxiliũ, ad ea, q̃ ad uerã penitentiã requiruntur. Primo namque neceſſaria eſt peccatorũ cognitio, ad quã lumine cęleſti indigemus, quo uniuerſa manifeſta fiũt. Luce Soli ẽt athomi cernũtur, & Dei ſingulari auxilio ẽt minima peccata, ut Auguſt. contingit in lib. Confeſſionum. Secundo ad dolorem de peccatis habendũ Dei auxilium ualde neceſſarium eſt. Si
Simile cut enim homo, licet optimis, ac pſpicacibus oculis prædītus ſit, & coram habeat præclaros colores, nihil tamẽ uidebit, ſi lumen abſit, ita ſi uiro pręclari ingenij proponas uniuerſa fidei Chriſtia-
B næ myſteria, eis nõ commouebitur, ſi lumine careat cæleſti, atq; ita ſe habebit, ac ſi intellectu prædītus non eſſet. Quid obſecro maius, aut ad commouendum hominem potẽtius proponi poteſt, quã æternus inferni ignis, gloria ſempiterna Deus crucifixus? Sed vniuerſa hęc ob oculos hominum cũ ſint, & eorum plures ingenio præuolant, nec tamen eis cõmouentur, ut peccata deſerant, quia lux cœli abeſt. Quapropter recte Pſal. ait.
Pſa.83 Beatus vir, cuius eſt auxiliũ abs te, aſcen-
C ſiones in corde ſuo diſpoſuit, i. ille aſcendet à peccato in gratiam. Et ideo idem orat. Emitte lucem tuam, & ueritatem
Pſa.42 tuã, ipſa me deduxerunt, & adduxerunt ad templum ſanctũ tuum. Hac enim luce intuentur ea, q̃ ſuperius diximus uiuo quodam modo eiſq; commouemur, ſine qua oculos habemus, & non uidemus, & aures ad audiendum non tenemus. Tertio deniq; ad firmum propoſitum recedendi à peccato neceſſaria lux iſta eſt, ſine qua in peccato ſecuri quieſcimus. Quod ſubiecto exemplo fiet ma-
Simile nifeſtum. Accidit aliquando, ut quiſpiã viam agẽs in tempeſta nocte, in ſpecum ingrediatur, aut foueam, ut quieſcat: cũque ibi plurimã ſint uenenata animantia, ille inter ea ſecurus dormit, quia illa non uidet. Cum vero mane primum illuxerit, & luce ſub intrante ſerpentes uidet, quam citiſſime ſurgit, & à ſpecu recedit currens, nec illuc ullo modo reuertitur. Sic ſic peccator ĩ tenebris ambulat qa receſſit à domino, in tenebris, ambulat, neſcit quo uadat, dormit ſecurus, ĩ peccatis, & dęmonibus circũſeptus ſ[illegible], q̃ venenatas ſerpẽtes sũt nõ timet, n õ fugit A
qa diſcrimẽ nõ uidet ſuũ, luce ca ret cęleſti. Cũ ãt lux iſta irradiauerit, fugiet iuxta illud. Quaſi à facie colubri fuge pctm̃. Ecc.21
& firmo ꝓpoſito ſtatuet inde recedere. Simili ratione de alijs, q̃ verus penitens præſtare tenet, philoſophãdũ eſt, ad vniuerſa, n. illa diuinũ auxiliũ neceſſariũ ẽ.

Ex quibus relinquitur, debere eum, qui bene confiteri ſtatuit, implorare auxilium hoc cæleſte humili oratione, tũ ſua, tum ſeruorum Dei, eleemoſynis, ſacrificijs, ac pijs operibus quib. ad ſe gratiam ſuſcipiendã diſponet, licet remote.

Hoc autem in plorato auxilio, & optimo electo confeſſario, reſtat, ut examen B
omnium peccatorũ faciat. Tenetur homo iure diuino uniuerſa peccata mortalia cõfiteri, cordis, oris, & operis. Ita prędicauit, & docuit Beatus Petrus, ut refert Clemens eius diſcipulus. Et ita defini- Clemẽs
tur in Concilio Florentino, ac Tridentino. Ex quo patet adhibendum examẽ, quo omnia peccata inquirantur. Sicut is, qui rationes aliquas magni momenti redditurus eſt, illas recte conſpicit, ita conſciẽtiam ſuam perſcrutari debet pænitens, non enim ratio ei reddenda eſt cõfuſa, aut generalis, ſed ſpecialis C
qua numerus peccatorum dicatur, & circunſtantiæ mutantes ſpeciem. In hac re aliquę cõcluſiones a nobis conſtituendę ſunt. Quarum illa ſit prima. Qui accedit ad cõfeſſionem ſine ullo prorſus examine, & hac de cauſa alicuius peccati mortalis oblitus eſt, cõfeſſionem nullam facit, & ideo iterandam. Secũda concluſio ſit. Adeo parua poteſt adhiberi diligẽtia, vt ſit qualis nulla, de qua idem dicimus, quod de nulla. Tertia concluſio. Sępe accidit, ut informis ſit confeſſio (ſi tamen confeſſio, & ſacramẽtum) ob defectũ diligentiæ adhibitæ in examine, quæ quidem fuit aliqualis, ut ſic dicam, ſed non ſufficiens ad gratiam obtinendum, ſufficiens tamen, ut ſit ſacramentum, atque adeo tunc iteranda confeſſio nõ eſt, ſed in ſequenti confeſſione tenetur cõfiteri

A peccata oblita,& negligentiam superioris cõfessionis. Quarta cõclu. Sufficiens examen ad hoc, vt cõfessio sit sacramentũ,& gr̃a,formatũ est illud morale examen,quod homo cordatus faceret in re graui, quo vel omnia peccata mortalia nouerit: vel si omnia nõ nouit,nouit tñ, q̃d licet plus examinis ponat, non plura inueniet,vel si putet plura se inuenturũ, illud esset magna cũ difficultate: ad hoc nullus tenetur,vñ illud examẽ satis est. Hoc vltimũ probatione indiget, alia.n. manifeste patent,quoniã iugum Christi suaue est, unde non obligat ad tantam difficultatem. Esset enim impossibile, si obligaret ad peccata, quæ inuenire non posses,esset vero graue, si obligaret ad
B omnia perquirenda etiam cum magna difficultate. Ad cuius rei planiorem explicationem notandum est, duplex esse Dei iudicium, alterum uniuersale,quod iræ,ac iustitię est, in quo punienda sunt uniuersa hominum peccata ad unguem & ideo tunc uniuersa,tum moralia,tum venialia,cum omni circumstantiam,etiã minima manifestari oportet,& de omni verbo otioso reddent tũc homines rationem. Est aliud Dei iudicium,quod misericordię tribunal merito appellari potest, & hoc est confessio, ad quod uenit Deus,ut gratiam conferat,de quo Paul.
C ait. Adeamus cũ fiducia ad thronũ gra-
Heb.4 tia eius. Hoc ille instituit iudiciũ,non ut peccata hominum adamussim, ac unguẽ expenderentur,& ideo non adeo exacta cognitio peccatorum exigitur, sed ea, qua infirmus medico ostendat infirmitatis statum,ut ei mederi possit. Et ideo licet peccata dicenda sint,tamen venialia dicere necessarium nõ est,nec uniuersas circunstantias. Et de peccatorum numero cum nõ constat, satis est dicere paulo magis,vel minus. Quo vero pacto examen faciendum sit peccatorum,diuersis diuersæ sunt rationes. His, qui crebrius confitentur, alia ratio ineunda est,& ea facilior. Reliquis vero conueniens est,si discurrant per decem Dei præcepta. Et Ecclesię quinque mandata, per discursum temporis,locorum,negotiorum, ac familiarum, quibus in memoriã reuocati poterunt admissa crimina. A

Hoc perfecto examine,plures putant restare nihil præter confessionem, cum tamen omnium maximum restet peragendum,necessarius enim est dolor maximus de peccatis,& propositum ea cauendi,ac uitandi omnino. Dolor de peccatis pars est huius sacramenti,ut definitur in Concilio Florentino,& Tridentino. Et ideo qui ad confessionem accederet,sine vllo dolore,vel dolore adeo minimo,ut quasi non dolor sit, nullum recipit sacramentum,& ideo non solũ gratiam non suscipit,verum & iteranda,ac repetenda ei rursus confessio illa est. Talis autem dolor esse potest: ut informis sit confessio,quę iteranda non est,at gratiam non confert. B

Sed ut dolorem de peccatis habendum explicemus, aduertendum est duo mala in peccato attendi posse, primum quod Dei offensa est, secundum quod hominis est malum, qui per peccatum amisit diuinam gratiam,ac gloriam, & in infernum damnatus est. Cum homo dolet de peccato, quia Dei offensa est, reputans summum malorum Dei offensam,quia Deũ super omnia diligit,proponitque illam uitare super omne vitabile,tunc conteri dicitur. Et hæc contritio statim hominem in gratiam reuocat, etiam ante confessionem, licet per ordinem ad illam. Et ideo si in periculo C aliquo homo uersetur, cum copia confessoris non adest, hac contritione in gratiam redire poterit, Et deinde extra articulum necessitatis,cum quispiam in peccatum lapsus est, expedit ei nimium à peccato in gratiam emergere, nec semper ad manum confessarius est, hac contritione gratiam,& peccatorum remissionem consequi facile ualet. Cum autem homo de peccato quidem dolet, sed ea attendit, quę ad ipsum hominem pertinent,& illa eius motiua sunt,ut turpitudinem peccati ac deformitatem,gratiæ,uel gloriæ amissionem, uel inferni damnationem,atteri dicitur,& attritio illa satis non est ad deletionem peccati, & gratiæ recuperationem, nisi sacramentum adsit,quod faciat ex attrito cõ-
tritum,

A trium. Sed tam attrius, quam contritus licet diuerſis rationibus, reputat peccatum ſummũ malum, & de eo dolet ſummo dolore apretiatiuo, ac proponit uitare omne vitabile.

Sed ais, hic maximus dolor difficile a me haberi poteſt. Reſpondeo, ex amore dolor proficiſcitur, & ideo idẽ eſt utriuſque iudicium: eſt enim in homine amor dulcis, ac tener, qui magis ad appetitum ſenſitiuum pertinet, quo tenere, ac dulciter res aliqua diligitur, & eſt amor apretiatiuus, quo res aliqua p uris ducitur, q̃ reliqua omnia licet nulla adſit teneritudo, & hic amor præcipue ad voluntatem pertinet. Cum præcipit ſui ſuper omnia dilectionem, hunc præcipit amorem appretiatiuum, non vero illum tenerum,
B ac dulcem, qui licet bonus ſit, Deoque debeatur, ſed non ille ſub præcepto eſt. Dilectio ergo ſuper oĩa exigit, ut Deũ reputemus ſummum bonum, cui nullũ aliud cõferri poteſt, & ut ſic eum diligamus, ut eum reliquis omnibus præponamus, ſiue diuitiis, ſiue honori, ſiue uitæ.
Similter de dolore Philoſophandum
Simile eſt, eſt enim dolor ſenſibile, q magis ad appetitum ſpectat, a quo lachrymæ procedunt, & hic quidem bonus eſt, qui dũ adeſt, uoluntatem mouet, ut doleat de peccato, maximum enim pondus apud voluntatem habet, quod in appetitu eſt, cui placere voluntas naturaliter optat. Sicut ergo, cum domum ingrediens aliquam, uidens eam luctuoſis pannis amictam, ligentesque domeſticos, prouoca-
C ris ad lachrymas, ita cum corpus domicilium ſit animæ, cum illud uidet triſte, luctuoſum, lachrymasque, prouocatur illa ad ſimiles affectu, ideo curandus nobis eſt dolor iſte. Sed non hic omnino neceſſarius eſt, ſed dolor, aut potius deteſtatio voluntatis, qua deteſtatur peccatum tanq̃ ſupremum malum, & ait cũ
Pſ. 118 Pſalm. iniquitatem odio habui, & abominatus ſum, legem autem tuã dilexi.

Vt autem dolor hic in nobis excitetur, cum hic præcipua pars confeſsionis ſit, ſicut tempus deſtinaſti ad examen peragẽdum, ita tempus deſignare oportet, ut dolorẽ hũc in te excites, id autem conſideratione perficies. Multa autem A ſunt, quæ attẽte meditari te oportet. Ex quibus illud primum ſit, quod ad inferni æternas pœnas damnatus ſis propter peccatum. Si nunc audires, damnatum te ad ſuſpendium eſse, vel in flãmas, vt viuus comburaris, qua obſecro, afficereris triſtitia? An non dolebis quod ad æternũ ignem a Deo damnatus ſis? Secũdo attente meditare, quod cum peccaſti, amiſiſti diuinã gratiam, uirtutes, merita uniuerſa, ius ad cęleſte regnum, & deniq. Deum ipſum. Te nunc rogo ſi ad te nũcium deferetur, quod olim Iob delatum eſt, quod omnis tua ſubſtãtia, vniuerſę diuitiæ perierunt, quo ſenſu tangereris? Quidam hoc audito nuncio dementes facti ſunt, alii in ęgritudinem inciderũt, q̃dam ẽt defuncti ſunt, & reliq B omnes cordis dolore tacti ſunt. Cũ ergo tu uniuerſa animi bona amiſeris, quo dolore non tangeris? De hac re plura diximus in dominica infra Octauas Epiphaniæ in 1. & 5. to. noſtrarũ concionũ.

Tertio, mente attende, in quem peccaueris, quem contempſeris, quem conculcaueris, quem crucifixeris. Eum plane, qui infinita bonitas eſt, qui te de nihilo condidit, qui uniuerſa tibi bona conceſſit, qui homo tui cauſa factus crucem ſubiit, & ſanguinem fudit. Nũc tego tibi dicta verba illa puta. Hæc cine reddis Dño popule ſtulte, & inſipiẽs, Nun- De. 32.
quid non ipſe eſt Pr̃ tuus, q fecit, & creauit te? Accidit aliquãdo, ut quis nocte de- Simile
ambulans, nec parẽtem agnoſcens, eum C
lethali vulnere percutiat, cum Patrem vulneratum uiderit, an non dolebit? Cũ in Deum peccaſti, eum non cognouiſti, quia vt Ioannes ait. Qui dicit ſe noſse 1. Ioã. 2
Deum mandata eius non obſeruat, mẽdax eſt. Nunc autem ſi Deum agnoſcis parentem, quo pacto non dolebis. Nunquid non ipſe eſt Pr̃ tuus? plurima alia ad hunc excitãdum dolorem paſsim in concionibus reperies. Quib. conſidera- 2. Reg. 19.
tis ſuper peccata tua lachrymas funde, ſicut enim Elias compoſito ſacrificio, ſuper illud uim immenſa aquæ fudit, torque aquam miſit, ut ignis cœleſtis ſacrificium abſumeret, ita poſtquam uni-

A uersa peccata in unũ collegeris, ut igne cœlesti consumantur, uim lachrymarũ effunde. Sicut Esther, ut pœnitentiam ageret, omnia loca, in quibus lætari consueuerat crinium laceratione, ac lachrymis impleuit, ita uniuersa peccata, in quib. lætatus es, lachrymis riga. His lachrymis, & hoc dolore confessio peragenda est delictorum. Ad eum certe modum, quo cum quis venenum bibit, indignat natura, & stomachus dolet, & foras per vomitum intima proijcit, ita oĩno cõfessio uomit⁹ spũalis esse debet, ut Clemẽs in epist. ait (colligens illud ex 2. Pet. 2. Si .n. paululum refugientes coinquinationes mundi in cognitione Dñi nostri, & B Saluatoris Iesu Christi, his rursum implicati superantur, facta sunt eis posteriora peiora priorib. melius n. erat illis non cognoscere uiam ueritatis, quã post quam cognouerunt, retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditũ est, sancto mãdato. Contingit. n. eis illud veri prouerbij: Canis reuersus ad suum uomitum.

Esther 14.

Simile

Clem.

Peccata ergo prius relicta, & confessa dicuntur uomitum a B. Petro, quia cum ore ea homo confitetur, reuelatur anima. Quod magis patet ex illo loco prouerbiorum, unde B. Petrus sumpsit uomitionis prouerbium, ait. n. Sicut canis cum reuertitur ad suum uomitum, & odiosus fit, sic imprudens qui malitia sua reuersus est ad peccatum suum. Sicut (ait Procopius Gazeus) mouet nauseam, uidere canem comedentem suum uomitum, ita execrandus peccator est, q peccata semel relicta, ac cõfessa iterum repetit. C Ea ergo indignatione peccata confiteri debes, qua uirus euomis. Vnde Sapiens: Vbi multa sapientia, multa indignatio, contra peccatum scilicet.

Pro. 26

Proc.

Eccl. 1.

Deinde necessarium est firmum propositum iterum non peccandi, ad quod duo pertinent, primum, recedere ab occasione proxima peccati. Secundum est uitæ rationem instituere, ea remedia capere, quæ ad uitæ spiritualis consecutionem necessaria uidebuntur. Ad hoc autem præcipue eligi debet optimus cõfessarius, qui ducere in cœlum te possit. An rectum eum iudicem diceres, qui latronem puniret, ac uerberaret, illi tamẽ A relinqueret scalas, & claues omnia aperientes, quibus furta egit, & iterũ aget? Huiusmodi confessarius est, qui carpit pœnitentem, & pœnitentiæ opera iniungit, sed in proxima occasione relinquit. An rectum ac præclarum medicum dices, qui febrim pellit, sed uitæ normam debili infirmo non tribuit, quæ in ægritudinem non labatur? Huiuscemodi cõfessarius est, qui pœnitentem absoluit, sed quo pacto uitam nouã instituat, non ostendit. Quære ergo eum confessariũ, qui te omnino a peccato abducat. Antiochus Epiphanes illustris cognomẽto cũ obsideret Alexandriam, quæ sub tutela Romanorum erat, missus ad eum Senator est, qui diceret, ut ab obsidione cessaret, sin minus Romanorum inimicus B haberetur. Respondit, ille se hanc rem maturius deliberaturum, ac responsurum. Tunc Romanus Senator, insigne factum Romani præstans, lineam fecit in circuitũ Antiochi, dixitque, hoc ne in dubium reuocandum tibi est, an hostis Romanorum sis? non præteribis hãc lineã: donec id definias, ac decernas, tunc ille annuit, & obsidionem ammouit.

Similem uiro huic confessarium elige, qui priusquam ab eius pedib. procedas, te relinquere peccata oĩno faciat, q te aduersus tẽtationes futuras muniat. Qui prodest domum mundare si uacua relinquatur, statim enim dæmõ in eam rursus intrabit. Sicut ergo in arce, a qua hostem fugas, milites cõstituis, qui eam propugnent, ita in anima tua, a qua dæmonem expulisti, oportet custodiam bonorum operum constitui, quib. securus C sis. Hoc nos Petrus monet. Fratres magis satagite, ut per bona opera certam vestram uocationem, & electionem faciatis, hoc enim facientes non peccabitis aliquando. Modum ergo a confessario recte uiuendi suscipe, & eum tibi elige confessarium, qui id præstet, qui sacramentorum frequentiam consulat, qui te orationi assistere doceat, qui ad alia pietatis opa inducat. Recte Seneca, ait epist. 109. Nullus quidem peius mereri de omnibus mortalibus iudico, quam qui philo-

2. Pet. 1.

Senec.

A philosophiam uelut aliquod artificium venale didicerunt, qui aliter uiuūt, quā uiuendum esse præcipiunt. Exempla enim seipsos inutilis disciplinæ circunferunt, nulli non uitio, quod insequuntur, obnoxij. Non magis mihi potest quisquam talis prodesse præceptor, quā gubernator in tempestate nauseabundus. Tenendum est rapiente fluctu gubernaculum, luctandum cum ipso mari, eripienda sunt uento uela, quid me potest adiuuare rector nauigij attonitus, et vomitans? Quanto maiore putas uitam tempestate iactari, quam ullam ratem? Non est loquendum, sed gubernādum.
B Hæc ille. Quid obsecro diceret de doctore instituente ad cœlestem uitam. Re
Ecc.34 cte sapiens ait: Ab immundo quid mundabitur? A turbido fonte quis aquam hauriat?

In confessione vero aliqua seruanda sunt. Primum, vt numerus peccatorum dicatur, cum certus certo, cum incertus est, aliquid dicendum est, quo aliquo modo numerus pateat, vel consuetudo qualis sit, vel parum magis, aut minus, vel quid simile. Secundum, ut aliorum peccata non dicas, sed tua duntaxat: & ideo complices delictorum in cōfessione dicendi non sunt. Tertium ut ipse dicas peccata tua, nec adeo iners sis, ut solum dicas ea, de quib. interrogaris. Demum
C attendas, non quamlibet confessionem, & absolutionem satis esse, ut peccata deleantur, multæ enim confessiones, & absolutiones nullæ sunt, aut informes, quibus gratia non obtinetur, imo nouum peccatum incurritur sacrilegij. Et si sic decedas ex uita, damnaberis propter illa peccata, quæ confessus es. Noli ergo quasi qui extorquere absolutionem a sacerdote, quid enim tibi prodest, si ille dicat: Ego te absoluo, si Deus dicit: Ego te condemno? Nam decipies Deum. Potius tu deciperis, putans te in gratia discedere, cum peccatis oneratus habeas? Tandem iniunctam pœnitentiam a sacerdote implere debes: ea enim pars est integralis huius sacramenti. Magnum quid est a peccato recedere, opus est dexteræ Dei, opus etiam est dexteræ hominis, in quo omnibus uiribus intendere A debet. Peccaui, quid faciam tibi o custus hominum? ait Iob, quasi dicat, quando Iob 7. quidem deliqui, nihil adeo durum mihi imponi potest, quod libenter non subeā, ut a peccato liber sim. Recte seruus Naaman ait. Si rem grādem dixisset ti- 4.Re.5 bi Propheta, pfecto facere debuisset quā to magis cum rem facilem impetrauerit. Hoc nunc tibi dictum puta.

CONCIO II.

De eadem confessione, de ipsius facilitate, ac suauitate, & quo pacto homo adducetur, ut nullum peccatum reticeat in confessione. B

THEMA.

Mandata eius grauia non sunt. 1. Ioan. 5.


Num restat, de quo nihil hucusque diximus: est autem precipue aduertendum in cōfessione, ut, scilicet, nullū mortale peccatū prætermittatur uerecundia aut quouis alio timore humano. Si. n. id fiat, nulla oīno est cōfessio, & ideo iterāda. Et maximū cōmittitur sacrilegium. Similiq; illi, quod Cain admisit, qui in- C terrogatus a Deo de peccato suo fuit, quasi confessariū tūc Deus agebat. Cain Gen.4. uero peccatum celauit, nec confessus est quapropter ira Deus in eum iratus est, ut diceret: Maledictus eris super terram cū operatus fueris eam, nō dabit tibi fructus suos, uagus & profugus eris sup terram. Non ait, maledicta terra ut dixerat Adæ, sed maledictus tu, ut dixerat serpēti, quia peccator ille maledictus est, qui non solum peccauit, sed & peccatum in confessione abscondit, & uagus, ac profugus relinquitur, uia semper pauens, ac trepidus, & quasi proscriptus est, uermem conscientiæ eum rodentem semper patitur. Simile quid accidit Ananiæ, & Saphiræ, qui partem pecuniarum absconderunt, quapropter interierunt

A rant morte subita, ac eis Petrus dixit:
Act. 5. Cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritu sancto? Non es mentitus hominibus, sed Deo. Non facile apparet, quo pacto mortaliter deliquerint, seruãtes partem pecuniarum, sed grauissime puniti ea de causa sunt, quod Deo mentiti fuerunt. Quod quidem potissimum in cõfessione uerum habet, cum partem peccatorum quis abscondit, mẽtitur.n. Deo, nõ homini, quia ibi homo vicarius est Dei. Ne ergo quispiam in hanc incidat culpam, nunc nobis ostẽdendũ est, non graue esse hoc confessionis præceptum, sed leue, nec difficile cuiquã futurum, grauissima queq; crimina cõfiteri.

B De omnibus Christi mandatis Ioannes in uniuersum affirmat, quòd grauia non sint, & de plurimis eorum manifesta res est, grauia non esse, quia dulcissima sunt: Dulciora super mel, & fauum,
Ps. 18. & super mel ori meo. Et adeo sunt dul-
Ps. 118 cia, ac proficua, uitæq; hominum necessaria, ut quamuis Deus præcepta sua, ac legem non statuisset, sed hominum arbitrio relinqueret, ut aliquas sibimetipsis leges constituerent, quibus in pace, ac quiete uiuerẽt, ipsimet homines uniuersa diuina præcepta mandarẽt, ut uitam instituerẽt dulcem, ac pacatam, ad quod necessarium erat, ut Deus coleretur, nec vane iuraretur, festa seruarẽtur, filij parentibus obedirent, nemo proximum occideret, nec alienam mulierem, substantiam, ac honorem surriperet. Sine his enim uitam degere non possumus.
C En diuinam in nos bonitatẽ, eas enim leges nobis posuit, quæ nobis proficuæ sunt, quas nos ipsi statuere debemus, sine quibus uitam ducere non possumus. Recte ergo Ioannes ait: Mandata eius grauia non sunt.

Qua in re, priusquam ad alia progrediamur, apparet præceptum confessionis sacramentalis a Christo institutum conuenientissimum Ecclesiæ fuisse, ac vitæ hominum utilissimum, quia sine illo uita politica difficile agi posset: cum enim potestas publica pauca uideat, & puniat peccata, præclarè cum Christiana republica actum est, dũ aliud tribunal constitutum est, quo plurima coerceantur peccata, & plurimis malis remedium adhibetur. Hoc autem confessio præstat, scateret autem respublica vitijs ea sublata. Expert hoc sunt hæretici tollentes auricularem confessionem. Vnde refert Dominicus Soto in 4. distinct. 18. Soto.
quæst. 1. articu. 1. Ex inclita Germaniæ urbe Norimberga fuisse legationem missam ad Carolum V. Imperatorem, qua petebant, lege Cæsarea institui auricularem confessionem, tanquam omnino necessariam ad reipublicæ conseruationem. Hi tanquam hæretici eam negabant a Christo præceptam, sed necessariam eam ducebant.

Sed cum non solum necessitas, uerũ Ma. 11
B & suauitas maxima in reliquis Dei mãdatis appareat, ut iugum suaue lex eius dicatur, hoc unum confessionis præceptum durũ ac difficile apparet in natura corrupta. Cum enim homo natura sua cupidissimus honoris, ac æstimationis sit, cogitur hoc præcepto occultissima, ac turpissima peccata alteri homini confiteri, & aliquando ei, a quo pręcipue vellet in honore, & æstimatione haberi: hoc autem uidetur seipsum inhonorare, ac deturpare cum peccata manifestat præcipue cum ipse ostendat nullam sibi esse excusationem, & eius dictis fides adhibeatur. Quando enim quispiam a potestate publica punitur, potest ille delictum negare, atq; adeo possumus in du- C
bium uocare, an falsum testimoniũ aduersus eum dictum sit: sed in confessione omnino creditur ijs, qui testimoniũ aduersus se ferũt, nullo cogente tormento. Ex hoc autem prouenit, ut confusione, ac uerecundia ita quis suffundatur, ut aliquando peccata reticeat, in confessione grandi sacrilegio. Et nõ raro accidit, hoc ab imperitis admitti sacrilegiũ, dum aliqua reticent, quæ ipsis grauissima peccata apparent, cum nulla sint, ut motus infidelitatis, & turpia quædã, quę a pueris fiunt, cum nondum plena ratione vtantur. Alij autẽ grauissima peccata reticent, leuia uero confitentur, imitatores Saulis, qui pepercit Agag, & pin- 1. Re. 15
guioribus de Amalec, cęteris demolitis.

Hoc

A Hoc vero sacrilegium sæpenumero accidere solet circa peccata inhonesta. Qua rõne. Sodoma muta interpretatur, quia mutos reddit Sodomitas. A quibus, si interroges, qua ratione plenam peccatorum confessionem non faciant, respondent, verecundia sese impediti.

Sed ab his nunc ego interrogo, quæ nam ex duobus præeligenda verecũdia est, vel ea, quam nunc sustinebunt, si cõfessario delicta aperiant, vel ea, quã in iudicio uniuersali patientia, cum vniuerso mundo eorũ peccata manifesta erũt. His etenim, qui plene non confitentur,
Ose.13 illud plane accidet, qđ Oseas ait. Colligata est iniqtas Ephraim absconditum peccatum eius, dolores parturientia ve-
B niẽt ei. Appositissima similitudine rem hãc explicuit spiritus diuinus: ait enim, sicut adulterã, aut quæuis fœmina, quę ex illicito concubitu concepit, celat fœ-
Simile tum, ut illius iniqtas non appareat, dies tamen partus superueniens ostẽdit maximis cum doloribus illius iniqtatem, ita abscondit nunc peccator peccatum suũ ligat illud, ac inuoluit, ne appareat, sed dies iudicij adueniens illud manifestabit cum summo peccatoris dedecore hoc significat Propheta cum ait. Dolores parturientia uenient ei, qui scilicet ostendant illius delictum. Tunc imple-
Naũ 3. bitur illud Nahum. Reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam in gentib.
C nuditatem tuam, & regnis ignominiã
Iob 20 tuam. Vt illud Iob. Reuelabunt cęli iniqtatem eius, & terra consurget aduersus eum, apertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris Dei. Tũc exhilabitur peccator ab uniuerso mundo. Tam uidebunt iusti, & super eum ridebant, & dicent, ecce homo, qui nõ po-
Psa.51 suit Deum adiutorinm suum, ut Psaltes ait. An non illa summa confessio? quis ut eam euadat non in secreto dicat peccata sua uni homini? Sed ais. Si plenam cõfessionem delictorum fecero, securus sum, quod in iudicio peccata mea mani-
Ps.51. festa nõ erunt? Audi de hac re Psaltem: Beati quorũ remissæ sunt iniqtates, & quorum tecta sunt peccata. Tecta ergo peccata sunt, quę in confessione remittuntur. Et ideo Petrus ait. Charitas ope- A
rit multitudinem peccatorum. Et Pro- 1.Pe.4
pheta rursum ait. Proiecisti post tergũ Esa.38
tuum oĩa peccata mea. Licet aliqui putent iustorum peccata in iudicio reuelãda nõ esse, certius tamen est, quod manifestanda sint, sed nihilominus operta dicuntur, quia non ad iustorum confusionem, sed ad gloriam potius, sunt reuelãda. Sed quo pacto id fieri possit, ignotas
forsan exemplo res patebit. Conficitur Simile
nunc regina præclara vestis, quæ casu aliquo disrupta est, & ideo indecora apparet: ne autem uestis tanta perdatur, resumit eam sartor, & in rupturæ loco aureos filios apponit, margaritis, ac lapillis circũpositis, quo remedio adhibito,
pulchrior uestis apparet, & dicior reddi- B
ta est, quã fuerat prius, & rupturam non casu factam, sed consulto putas, ut tantę ibi apponerentur diuitiæ. Ita omnino peccatum ruptura est animæ, qua indecora apparet. Sed uera pęnitentia in rupturæ loco apponit diuinã grãm, virtutes, Christi merita, quibus sic anima ornatur, vt etiam peccatum cooperetur in bonũ diligenti Deum, dũ eiusocca sione magis splẽdet diuina gratia in homine. Huic etiã adde, nunc iudicia hominũ diuersa esse a Dei iudicio: at in altero seculo iudicium Dei omnibus apparebit, & illud regula omnium erit, vt ipsi impij dicant. Ergo errauimus. Cũ ergo Deus pęnitentẽ glorificet, ab omnibus glorifica-
bitur. Et nunc etiam quo pacto id faciẽ- C
dum sit, aliqua ratione colligimus, dum nouimus plura sanctorum peccata, propter quæ tamen non eos vilipendimus. Sed rursum ais, manifesta ratione ostẽdis bonam esse redemptionem pudoris ꝑ pudore, sed nihilominus præsens pudor me detinet, durumq; apparet, quod me sic deijciam, & eo vsque humiliter, vt grauissima detegam scelera. Respondeo. Primum omnium agnosce in hac re diuinum, ac cęlestem medicum, & optimam peccatorum medicinam, quam ille parauit. Quando uides, medicum radicem infirmitatis agnouisse, et eam tollere dicis, optimus hic medicus est, & præclara illius medicamenta. Venite cę-
lo

A lo medicus magnus, quia magnus in terra iacebat ægrotus, vt Augustinus ait. Non est opus ualētibus medico, sed male hītibus, ait ipse. Sed qui male habēt? Plane peccatores. Quę eorum ęgritudo est. Plane peccata. Quę horū radix est? certe superbia. Initium oīs peccati superbia est, ut Sapiens ait. Attende ergo præclarā medicinam humilitatem, qua hominis edomaretur superbia, ut sic a radice curaret. Nihil uero æquale inueniri potuit ad hominis humilitatem ac cōfessio, quod ipsemet accedas ad pedes alterius hominis, & scelera tua aperias, & ostendas vilissimum te esse cogitationibus, ac operib. tuis. Vnde Ambrosius ait. Humilis confessio maximum est testimonium humilitatis animæ, & quod seipsam deiecerit, ac oīa Dei causa reliquerit. Augustinus tredecim libros scriptos reliquit confessionum, diuinos plane, ac testes maximæ humilitatis.

Augu. Mat. 9. Ecc. 10 Ambr. B Augu.

Sed ais, cur in lege gratiæ, ac dulcedinis durum impositum est præceptum? Sane non adeo noua confessio est, ut aliquid ei simile in lege præceptum nō sic. Etenim pro peccatorum diuersitate diuersa offerri sacrificia debebant, & ideo qui sacrificium offerebat, oblatione cōfitebatur quodammodo peccatū suum. Quam confessionē eo quod Dauid non fecerit, male se habuit, ut ipse ait. Qm̄ tacui inueterauerūt ossa mea, perijt omnino, quia confessus non sum, sed quomodo tacuit, qui confiteri non tenebat? Sane, quia secundum legem tenebatur pro peccatis tales offerre hostias, quod non fecit, ut peccatū celaret, & hoc suit silentium, ac perditio eius. Hoc idem silentium in legem naturę perdidit Adamum, & Cain, à quibus confessionē peccatorum exterius sibi factum Deus uoluit, ipsi uero peccata celauerunt, ac excusauerunt, ideoque misere puniti sunt. Si enim Adamus humiliter peccatum suum Deo confessus fuisset, forsan illud nō solum Deus remittere, sed & in innocentiæ statum eum restitueret: quia uero illud confessus nō est, in miserum statū deductus, a paradiso exclusus fuit. Hoc certe innuit Gregorius 22. Moral. cap. 9. in illa verba. Si abscondi, sicut hō peccatum meum, ait. n. Ad hoc quippe requisitus fuerat, ut peccatū, quod transgrediendo commiserant, confitendo delerēt: sed dum defendere peccatum moliuntur, peccatum addiderunt, vt culpa eorum attrocior fieret discussa quam perpetrata. Quoniam Adam in Euam culpam reiecit, dicens ipsi à Deo datā, quasi Deus in culpa fuisset, quod ei Euam tribuerit in sociam. A superbo ergo peccatore semper humilem confessionem Deus petit, & merito, ut a radice peccatum curetur. A

Ps. 31. C Grego.

Sed ais. Medicina quidē optima est, sed aspera, ac dura. Nūc ostendi a nobis oportet, lenem, ac blandam eā esse. Cuius dulcedo primum ostenditur in ipsa institutione sacramēti, cum insufflauit Christus in discipulos, ostendens cōfessionem esse fidelium respirationē ac leuamen, quia hoc instituto sacramento cōcessus homini est amicus omnino fidelis, cui tuto ac fidenter uniuersa secreta cordis aperire possit, nec unquam timeat ac reuelāda. Sententia fuit Philosophorum, maximum hominis leuamē esse amicum fidelem, cui omnia sua secure dicere posset, à quo consilium accipere posse. Vñ Sapiēs. Amico fideli nulla est comparatio. Cum hunc inueneris respirare potes, & omnium malorū remedium, aut certe leuamen inuenisti. Hic uero fidelis amicus, qui omnino securus esset, cui fidentissime cor aperire possemus, non fuit in mundo ante huius sacramenti institutionem, quia licet in vniuersum secreta nobis ab amicis cō missa seruanda sint, sed aliquoties reuelandā sunt, unde nō omnia dici oportet amicis, si enim periculū reipublicæ immineret, aut tertiæ personæ, secretū mihi commissum reuelare debeo. As uero hoc instituto sacramento, fidelis tibi datur amicus, cui omnia secreta tua dictis qui iure diuino secretum seruare tenetur: nec ullo modo illud reuelare potest, etiam si intercederet salus totius mūdi, non corporea solum, sed & spiritualis, etiam si obsecreti obseruantiam Ecclesia perire deberet. Nec ulla relicta est in terra

B Eccl. 6. C

A terra poteſtas, quæ aliud præcipere poſſet. Nec uero ſolum hoc Deus prouidit, ſed & ſingulari ſua prouidentia voluit, vt ſacerdotes in ſigillo ſecreti ſeruando excellerent, & qui in alijs tanquam homines infirmi ſunt, in hac re D j videntur, & ſuum munus recte præſtiterunt, Deo pro nobis optime diſponente. Hoc ergo certũ tibi, ac indubitatum ſit, quod peccatum in confeſſione a te dictum, ſiue ſit proditionis republicæ, ſiue hæreſis, uel quoduis aliud dici, aut reuelari nullo modo poteſt, etiam ſi ex illius reuelatione ſalus mundi penderet. Et maximum ſecretum, en fideliſsimum amicum, cui tuto te committere potes. Quo releuatur maxime verecundia pœnitentis, dum nouit ſoli vni hominum peccatum ſuum manifeſtum eſſe.

B Sed ais, leuatur quidem aſperitas huius præcepti ſecreto tanto, ſed nihilominus durum mihi eſt, quod homo iſte nouerit peccatum meum. Hinc attendant parentes, ac domini, ne omnino cogant ſuos vni confiteri, ne forte verecundia occupati tali confeſſario non audeant confiteri integre. Sed iam oſtendamus, ut huic obiectioni faciamus ſatis, quo pacto præceptum hoc graue non ſit nec vllo modo ſit durum, quod homo hic nouerit peccata mea. Hoc plane tibi durum apparet, quod exiſtimationem, ac honorem amittere te credis apud hominem iſtum, cui confiteris: quod ſi manifeſta ratione tibi oſtẽderem, nihil

C honoris, aut exiſtimationis tuæ perdere apud hominem hunc, leue immo ſuauiſſimum tibi redderetur præceptum hoc. Sed hoc tibi oſtendam, & amplius aliquid, quo dulciſſimum reddatur hoc mandatum, quod non ſolum honorem, ac æſtimationem non amittas, verum augeas, ac multiplices coram hoc confeſſario, cui turpiſſima peccata dicis, & eo pluris ab eo ducaris, quo grauiora confitearis crimina, & cum volueris ab aliquo diligi ſingulari affectu, plurimi duci ac in honore haberi præcipuo, confeſſionem generalem totius vitę cum eo facias, uniuerſa crimina tua ei aperias, ſic enim illud, quod dixi, conſequeris.

Sed ais paradoxa uidetur, quod ingẽtia crimina ego huic dicam, & propterea ab illo in honore habear. Mirabile profecto, id eſt, ſed vt illud credas, primum audi Deum ipſum id aſſerentem Eccleſiaſtici 4. Pro anima tua ne confundaris dicere verum, eſt enim confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam, & gratiam. Mirabile profecto eſt confuſionem eſſe adducentem gloriam, honorem, ac gratiam, & beneuolentiam, ſed ea eſt confuſio eius, qui pro anima ſua dicit uerum in confeſsione. Sed quo pacto id fieri poſſit, interrogas? Primum dico, a natura inſitum homini eſt, ut auditis parum, viſis multum moueatur. Si nunc audias in quodam bello cecidiſſe millia millium hominum nihil commoueris: ſi autem corã te occidatur homo vnus, horres multum, quia hoc viſu, illud auditu tenes. Ita cum multa, ac ingentia crimina mihi confiteris, illa ego ſolo auditu teneo: at uero pœnitentiam, dolorem ac humilitatem tuam oculis perſpicio, & ideo magis iſta me mouent, ut te magni ducam, quam illa, ut te deſpiciam. Secundum uero adiungam, quo plene dubitationi tuæ fiet ſatis. Adeo eximia res iſta eſt, adeoque mirabilis, quod pœnitens nihil exiſtimationis amittat, immo illam amplius augeat, ut id altiori cauſę tribuendũ ſit. Sed quænam illa eſt? Credo equidem diuinum hoc eſse opus diuinam prouidentiam, ac quaſi miraculum a Deo, qui id efficit, ut uerus pœnitens coram confeſſario nihil honoris amittat, immo augeat, quod ſi Deus id velit, poteſt, quia non eſt ei impoſſibile omne verbum, & omnia quæcunque uoluit, fecit in cælo & in terra. Sed qua ratione Deus id vult, & qua item probabimus Deum id uelle efficere? Sane vt impleat ille verbum ſuum, quo dixit: Omnis, qui ſe humiliat, exaltabitur: Quæ verba ſingulari ac præcipua ratione in confeſſione locum habent in qua propter Deum homo ſe humiliat maxime, dicens de ſe abiectiſsima, & ideo tunc exaltari oportet a Deo in corde confeſſarij, vt pluris ducatur ab eo,

[Margin, right column: A (beside line 1); B (beside "dam bello"); C (beside "diuinam prouidentiam"); Luc. 1. (beside "velit, poteſt"); Pſ. 134 (beside "omne verbum"); Lu. 14. (beside "xit: Omnis")]

A eo, fiatq; in corde ministri Dei, quod in corde Dei fit. Coram Deo manifestũ tibi est, nihil te honoris amittere, quod peccata confitearis grauissima, imo manifestum est, ob eam causam a Deo in honore haberi. Id ipsum vult Deus in corde confessarij efficit, humiliri, ac deijcis, te cum confiteris, & eo plus te humilias, quo grauiora delicta dicis, dum tu mittis manum tuam, ac curas te deijcere, Deus te exaltat, quis obsecro tandem præualebit? cuius opus stabit Dei, an tuum? Tandem superabit Deus, exaltatus relinqueris, non deiectus. Hoc vero Dei opus colligere poteris ex alijs eius operibus, quibus hanc veritaté com

B probauit, qui se humiliat exaltabitur. Attende quid cum Christo Domino factum sit, humiliatur ille assumpta humana natura in utero virginis clausus. Exaltatur a Patre, ornatur natura illa immensis gratijs, & virgine, ac tali virgine ei in matrem concessa. Natus humiliat se positus in præsepio, sed a patre exaltatur missis pastoribus ac regibus, qui eum adorent. In circuncisione deijcitur sed nomine Iesu decoratr. In baptismo se humiliat, sed paterno testimonio filius eius declaratur. In passione noui ssi

Phil. 2. mum se virorũ exhibet, sed a patre exaltatur, cum sol obscuratur, & petræ scisse sunt, et velum templi diuisum: Humiliauit semetipsum usq; ad mortem, mortem autem crucis, propter quod Deus

C exaltauit illũ hoc ipsum in uita sanctorum omnium uidere est, illi enim sese humiliauerunt, ac deiecerunt, Deus uero exaltauit illos. Id ipsum tecum fit in cõfessione, humilias te, exaltat te Deus et quo plus te deijcis grauiora confessus peccata, eo plus exaltaris a Deo tum coram ipso tum etiam coram confessario.

Quia uero nimium Deo place humilitas, non hæc solum humili confitenti Deus tribuit, ut exaltetur, uerum & alia multa, inter quæ illud silentio prætereũdum non est, quod propter eam, quam exhibes, humilitatem, concedit Deus in sacramẽto hoc miram animi pacem, ac quieté, qua in pace in idipsum dormiat homo, ac requiescat. Iniqua conscientia inquieta est, ac timida. Vnde Sapiens: A

Cum sit timida nequitia, semper psumit Sap. 17 sæua perturbata cõscientia, ex quo illud efficitur, quod Isaias ait Nõ est pax impijs. Dicit Dominus, sed cor impij quasi Isa. 57. mare feruẽs, quod quiescere non potest quia perpetuo uerme corroditur. Exhibeat nunc peccator plura bona opera non quiescit eius cor. Doleat de peccato, ac conteratur, adhuc non plene quiescit. Si uero cõfiteatur, tunc securus redditur, tunc impletur illud Pauli. Iustificati ergo per gratiam ipsius pacem habeamus ad Deum, & huius ratio est, qa Ro. 5. nouit homo, sacramentum hoc supplere defectus pænitentis, & deinde uoluit Deus priuilegium hoc concedere huic sacramento propter humilitatem confitẽtis, sunt habeat hoc signũ sensibi'e diuinæ gratiæ, quod mentem securam, ac B pacatam reddat, quia licet certa omnino non sit de remissione peccati, tamen coniectura magna illam tenet & ideo quiescit mirum in modum. Impleturque illud Psalmi. Auditui meo dabis gaudiũ, Ps. 56. & lætitiam, & exultabunt ossa humiliata. Auditui enim datur hoc gaudium, cum absolutionem sacerdotis percipit, Tunc ẽt illud Psalmi impletur, Quantũ Ps. 102 distat Ortus ab Occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras. Cum enim scriptum sit, humilé spiritu suscipiet gloria, Pro. 29 mirum non est si humiliatio in confessione peccatori hæc a Deus gloria tribuatur, testimonium conscientiæ, quam Paulus dicit gloriam nostram, hæc est C gloria nostra, testimonium conscientiæ 1. Co. 1. nostræ.

Origenes in illud Psal. 37. Quoniam iniquitatem meam annunciabo, cogitabo pro peccato meo, ait. Pronunciationẽ, iniquitatis confessionẽ esse diximus Orig. sæpe. Sicut enim qui intus habent escã indigestam, aut humorem malum, donec uomuerint, non reuelantur, sic qui celat peccatum, donec confessione illud annunciet, & uomat, non quiescit, cum Simile uero illud cõfitetur, quiescit. Addit Origenes, lex ista dura non est, quod si esset sustineri oportebat: Dura non est, cum Deus aliud non exigat, quam id, quod

tum

A tum præstas,ut vulnus corporis cures, quod medico ostendi oportet. Nec lex conferretur dura, qua caueretur,ut omnis delinquens absolueretur, si culpam fateretur suam cum dolore. Quod si dura lex esse,subeunda nihilominus foret q enim grauissimo ęgrotat morbo,graui indiget medicina, grauis simum autē peccati mortalis morbum esse, nos ipsi confitemur, dicentes in confessione: Quia peccaui nimis,licet ergo graue sit medicamen,suscipiendum est, Et insuper,quid graue ab homine exigi potest, quod non præstet. postquam internum commeritus est,ut illum euadat? Quid graue appellari potest,in quod infernus B commutetur? Peccaui, ait Iob: quid
Iob 7. faciam tibi o custos hominum?quasi dicat,satisfactionem taxa, quod volueris
Mic.6. pete,dum a peccato liber sim. Et Micheas. Nunquid dabo primo genitum meum pro scelere meo,fructum ventris mei ꝑ peccato animę meę? Omnia ergo minima sunt,quę a nobis exigi possunt, ut a peccato simus liberi.

Ex literis annuis societatis accepimus anno 1584.hoc,quod nunc dicam, accidisse. quidam cum plures annos grauia in confessione fecerat reticeret,per quietem se uidisse narrabat,ardētem in se distringi gladium ad a pectum horribilē, se uero perterrefactum sustulisse clamorem, Deoque,ut sibi ignosceret, supplicasse,promissione facta integre confiten C di. Tunc gladius in uaginam reconditus est,nec uspiam amplius apparuit. Visi fidem fecit accurata uitæ confessio,& e concepta formidine examinatio tanta, ut tanquam mox expiraturo sacramēta nouissima sint adhibita. Sed ut in confessione pestem uomuit,momento conualuit. Hoc uero in Hispania accidit,in ciuitate Toleti. Hoc discrimen quod ille uidit,omnibus imminet, qui non recte
Psal.7. confiten ur,ad quos omnes Psaltes ait, Nisi cōuersi fueritis,gladium suum uibrabit,arcum suum tetendit, & parauit illum,& in eo parauit uasa mortis,sagittas suas ardentibus effecit. Ergo omnes integram confessionem faciant, ne pereant,&c.

CONCIO.

De Missæ diuinissimo sacrificio,& quomodo sit audiendum sacrum.

THEMA.

Sacrificate sacrificium iustitiæ,& sperate in Domino. Psal.4.



Orum omniū,quæ in ecclesia sunt,altissimū,ac pretiosissimū Missa est,in qua diuinissimum Eucharistiæ sacramē B tum conficitur,& Deo in sacrificium offertur. Et ad hoc ordinant uniuersa,quę in Ecclesia sunt,tam sacra,quam omnes cultus,& ceremonię. Hinc Pau. Et Moi Heb.3 ses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus Christus uero tāquā filius in domo sua,quę domus sumus nos. Sicut ergo uniuersa domus dispositio respicit dnm domus,ad cuius obsequium cūcta ordinantur, ita omnis Ecclesiastica Hierarchia respicit Christū,q̄ in hoc sacro continetur,& sacrificio offertur. Et ad hoc ordinantur reliqua sacramenta,quia finis omniam Christus,sicut & legis. Et prẹterea,cum finis uniuersorū, quæ in Ecclesia agūtur,sit, animas Deo vnire,quod fit in hoc sacramento unitatis,dicēte Domino: In me manet,& ego in eo,manifeste colligitur,finem omniū C hic esse. Et tandem missa est compen- Ioan.6 dium,& summa totius Christianæ religionis,& totius uitæ Christi repræsentatio,ut qui eum in terris cōuersantem uidere non potuimus,in missa eius effigiē videamus. Vnde ipse ait. Hæc quotiescū que feceritis,in mei memoriam facietis, Nec alicui mirum uideri debet, quod diximus,missam optimum eorū esse, quæ in Ecclesia sunt,id enim,uel aliquid nisi ius manifestis uerbis Zacharias predixit: Quid enim bonū eius est,& qd pul- Zac.9. chrum eius,nisi frumentum electorū,& vinum germinans uirgines: Illa dictio, eius,si ad Ecclesia,de qua loquitur, referatur,id significat,quod dicimus, hoc frumen-

A frumentum electorum esse bonū,& pulchrum Ecclesiæ. Si vero ad Deum referas,ut Græca habēt,aliquid maius significant,non solum optimum eorum,quæ in Ecclesia sunt,Eucharistiam esse, sed optimum ipsius Dei.

Sed id maximè dolendum, quod res tanta parum nobis utilis reddatur in curia nostra. Si pater negotiatori filio decē millia auri talenta daret, ut negotiaretur, parua adhibita diligentia,maximum reportaret lucrum. Attende diuitias,quas tibi pater in missa dat, ut similis sis homini negotiatori, quærēti bonas margaritas,plurima tibi acquiras: dat tibi Christum Dominum. Et qui proprio filio nō Ro. 8. pepercit,sed pro nobis omnib. tradidit il B lū,quomodo nō cū illo omnia nobis donauit? Donat ergo tibi filium,& omnia illius merita satisfactionē,& inuestigabiles eius diuitias,vt eorū particeps fias. Ecce,quę quotidie in missa accipias. Sed quæ lucra reportasti? Es ne de illis,de quibus Paul. ait Quoniā diuites factis estis 1. Co. 1 in illo in omni gratia? Si ditissimus non es, procul dubio negligētia tua id factū est, inscius, negotiandi es, cum enim habeas infinitos thesauros expositos negotiationi, multum illis lucrari posses, si curam adhiberes. Sed ais, quomodo ergo negotiabor, & quo pacto tāto sacrificio vtar in maximum profectum?

Conci. Trid. Et Concilio Tridentino sessione sexta plurima eorum,quæ dicenda sunt,de cerpemus. In missa duo sunt pręcipua, sacrificium,quod Deo offertur,& communio, qua Christi corpus percipitur. Relictus enim nobis Christus est in hoc C sacramento, tum in animarū nostrarū cibum, tum in iuge Ecclesię sacrificium Sicut agnus Paschalis offerebatur tanquam sacrificium, & certis ceremonijs manducabatur ut sacramentum. Christus tanquam sacramentum prodest sumentibus,tanquam sacrificium his,pro quibus offertur.

Sed nunc de sacrificio agendum nobis est. Quid ergo est sacrificium? Lato Psa. 50 uocabulo omnia bona opera sacrificia Heb. 13 dicuntur ideo Psal. ait. Sacrificium Deo spiritus cōtribulatus. Et Paulus. Beneficētiæ,& cōmunionis nolite obliuisci,ta A lib. enim hostijs promeretur Deus. Hostias, dicit bona opera. Sic etiam lato uocabulo omnes iusti sacerdotes dicuntur. Et ideo in Apoc. aiunt. Fecisti nos Deo Ap. 22. nostro regnū,& sacerdotes. Tamen propriè sacrificiū est, sacrum aliquod facere cū oblatione in ordine ad Deum. Ita D.Th. D. Tho. 2. 2. quæst. 85. artic. 3. & q. 86. artic. 1. Et sacerdos est ille, qui deputatur ad hæc sacrificia Deo offerenda, Vnde Heb. 5 Paulus. Omnis pontifex ex hominibus assumptus,pro hominibus constituitur in his,q̄ sunt ad Deū. In lege naturæ,& scripta plura fuerunt sacrificia. In lege noua hoc vnum est sacrificium,pro omnibus sufficiens, & omnia continens, quod iuge sacrificium appellatur à Daniele. Et de eo Malachias ait. Repudiatis veterib. sacrificijs, non iō fine sacrificio ero. Magnū est nomen meū in gentib. dicit Dominus,& in omni loco sacrificatur,& offertur nomini meo oblatio munda. Quæ uerba oēs sancti,& Cōcilium Tridentinum de missa explicāt. Cum enim naturale præceptum sit, aliquid Deo offerre pluribus rationibus, ac nominibus, etiam in lege gratiæ offerendum erat sacrificium, & omniū maximam,& quod omnium cōsummatio. De quo præclare uaticinatus est Dauid, cū ait: Et erit firmamentum in terra in summis montium, quo loco Hebręa habent,& erit placenta tritici,vel memorabile triticum in capitibus sacerdotum, in huius loci explicationem multa diximus 2. tom. Concionum, in festo corporis Christi.
Dan. 8 Mal. 1. B Psa. 71

Sed inquiris,quodnā munus hoc est, qđ Deo in missa offertur,& quorsum offertur,& qūo a me offerri debet,cū Missę intersum? Cū id explicatum fuerit,patebit,quo pacto audienda missa a fidelibus sit,ut plurimū fructum percipiant, C Vt id explicemus,attendenda est doctrina August. 10. de Ciuitate. cap. 20. Quotidianum uoluit esse hoc excellentissimum sacrificium,quod est omnium sa- Augu. crificiorum consummatio, & quod omnia sacrificia antiqua significauerunt, sicut multis literis unā rem significamus,

& quod

A & quod oïa continet uirtute. Vnde hoc vnicum sacrificium est sacrificium laudis, gratiarũ actionis, expiatoriũ, & satisfactorium pro peccatis, & impetratoriũ in omni necessitate spirituali, & temporalis pro uiuis, & defunctis. Ita tradit Concilium Tridentinum, sessione 6. c. 1 & 2. canone 3. Sed quomodo ista peragẽda sunt ab eo, qui sacrum audit, sicut ea peragit sacerdos celebrans, nobis sigillatim explicandum est.

Primo debetur Deo sacrificium laudis, quia in se infinite bonus est, eumq; debemus profiteri Deum nostrum, optimum, potentissimum, ac omnino perfectum: nos uero creaturas, ac opera manuum ipsius. Sicut regi debetur tributũ, B quia rex est. Hinc Psalt. Deus meus es tu, & cõfitebor tibi, Deus meus es tu, & exaltabo te. Tributũ laudis, & subiectionis, omnino, debitum Deo est. Qui ergo missæ adest, primum audiat, quæ uoce clara sacerdos dicit, eo enim sic dicũtur, ut a circunstantibus audiantur attente, ac deuote. Quibus auditis, cum sacerdos submissa uoce loquitur, cogitet, quod licet sacerdos præcipue offerat illud sacrificium, ipse tamen etiam offert illud. Ideo enim sacerdos ait. Orate fratres p me, ut meum, ac uestrũ sacrificium acceptabile fiat, &c. Et in Canone ait. Vel q tibi offerunt. Ad eum modum, quo plures scripturam aliquam faciũt, & superior illam primum confirmat, deinde reliqui: vel sicut cum plures legati simul C legationem deferunt, & uno loquẽte, reliqui consentiunt. Ita se habet sacerdos, & missa audientes. Primum ergo offerre debes Patri Christum in laudis sacrificium. Quomodo uero id tibi agendũ sit, ostendam. Memorare Dei tui, & dic animæ tuæ, quis es Deus tuus? Considera, quod rex uniuersæ terræ sit, infinite bonus ac potens. Gaude uero, & delectare in Deo tuo, qa ita bonus, & perfectus est, & ei congratulare, quia infinita possidet bona. Hic actus est præcipuus charitatis actus, & summi meriti, & similis beatorum charitati, qui plus de diuina gloria gaudent, quã de propria, & ideo diuinam bonitatem, ac gloriam decantant, non propriam, dicunt enim: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dñs Deus. Et di- A
gnus est agnus, qui occisus est, accipere Esa. 6. Apoc.
virtutem, & diuinitatem, & honorẽ, & gloriam. Sit tibi laborum tuorum solatium, quod Deus tuus sine ullo labore est. Delectare ergo in Domino, & dabit Psal. 36.
tibi petitiones cordis tui. vt Psal. ait. Ex charitate enim hoc procedit, & ideo sancti multis uerbis amplificabant Dei laudes. Magnus Dominus, & laudabilis ni- Psal. 47.
mis, & uniuersas creaturas uocabant, ut Deum benedicerent. Benedicite omnia opera Dñi Domino. Cũ uero Dei maie- Dan. 3.
statem, ac bonitatem inspexeris, oculos ad te conuerte, & attende, te illius esse facturam opus manuum ipsius, qui ideo teneris ei subdi, & te subditum profiteri. B
Et tunc Deo tuo diç. Agnosco te Deũ meum infinite bonum, & me opus tuũ, & ideo indignitatis tuæ, ac excellentiæ manifestationem offero tibi filium unigenitum, qui dignum munus est maiestate tanta, nihil. n. dignius offerri poterat. Reliqua sacrificia laudis, non plane Deum laudabant, minora erant multis partibus dignitate eius, cui offerrebant. At uero sacrificium hoc nihilo minus est eo, cui offertur, æqualis. n. est genitus genitori, çqualis est diuinç maiestati, cui offertur. Et ideo non potest non acceptum esse, imo propter se acceptum, & reliqua propter illud, & hoc reliqua respiciebant tanquam figura, & ideo acceptabantur a Deo.

Secũdo debetur Deo sacrificium gratiarũ actionis pro innumeris ab eo acce- C
ptis beneficijs. Sicut enim cũ ab aliquo multa beneficia accepisti, urgeris cura ei offerendi munus aliquod, quo uidearis non ingratus benefactori, ita cũ a Deo innumera bona recipiamus, sollicitos nos esse oportet, quomodo ei gratum aliquod munus offeramus, sic Psaltes Psal. 115
afficiebatur, cum diceret. Quid retribuã Domino pro omnib. quç retribuit mihi. Et Micheas dicens: Quid dignum offe- Mic. 6.
rã Domino? Animus gratus, & memor beneficiorum Deo placet, ac ab eo magna recipit. Animus uero ingratus, & acceptorum immemor odibilis est Deo

A frumentum electorum esse bonū,& pulchrum Ecclesiæ. Si vero ad Deum referas,ut Græca habēt,aliquid maius significant,non solum optimum eorum,quæ in Ecclesia sunt,Eucharistiam esse, sed optimum ipsius Dei.

Sed id maximè dolendum, quod res tanta parum nobis utilis reddatur in curia nostra. Si pater negotiatori filio decē millia auri talenta daret, ut negotiaret, parua adhibita diligentia,maximum reportaret lucrum. Attende diuitias,quas tibi pater in missa dat, ut similis sis homini negotiatori, quærēti bonas margaritas,plurima tibi acqras: dat tibi Christum Dominum. Et qui proprio filio nō Ro. 8. pepercit,sed pro nobis omnib. tradidit illū,quomodo nō cū illo omnia nobis do B nauit? Donat ergo tibi filium,& omnia illius merita satisfactionē,& inuestigabiles eius diuitias,vt eorū particeps fias. Ecce,quę quotidie in missa accipias. Sed quæ lucra reportasti? Es ne de illis,de q bus Paul.ait Quoniā diuites facti estis 1. Co. 1 in illo in omni gratia? Si ditissimus non es, proculdubio negligētia tua id factū est,inscius,negotiandi es,cum enim habeas infinitos thesauros expositos negotiationi,multum illis lucrari posses,si curam adhiberes. Sed ais, quomodo ergo negotiabor, & quo pacto tāto sacrificio vtar in maximum profectum?

Conci. Trid. Et Concilio Tridentino sessione sexta plurima eorum,quæ dicenda sunt,decerpemus. In missa duo sunt pręcipua, sacrificium,quod Deo offertur,& communio, qua Christi corpus percipitur. Relictus enim nobis Christus est in hoc C sacramento, tum in animarū nostrarū cibum,tum in iuge Ecclesię sacrificium Sicut agnus Paschalis offerebatur tanquam sacrificium, & certis ceremonijs manducabatur ut sacramentum. Christus tanquam sacramentum prodest sumentibus,tanquam sacrificium his,pro quibus offertur.

Sed nunc de sacrificio agendum nobis est. Quid ergo est sacrificium? Lato Psal. 50 uocabulo omnia bona opera sacrificia Heb. 13 dicuntur ideo Psal. ait. Sacrificium Deo spiritus cōtribulatus. Et Paulus. Beneficētiæ, & cōmunionis nolite obliuisci,ta A lib. enim hostijs promeretur Deus. Hostias, dicit bona opera. Sic etiam lato uocabulo omnes iusti sacerdotes dicuntur. Et ideo in Apoc. aiunt. Fecisti nos Deo Ap. 12. nostro regnū,& sacerdotes. Tamen proprie sacrificiū est, sacrum aliquod facere cū oblatione in ordine ad Deum. Ita D.Tho. 2.2. quæst. 85. artic. 3. & q. 86. ar D.Th. tic. 1. Et sacerdos est ille, qui deputatur ad hæc sacrificia Deo offerenda, Vnde Heb. 5 Paulus. Omnis pontifex ex hominibus assumptus,pro hominibus constituitur in his,q̄ sunt ad Deū. In lege naturæ,& scripta plura fuerunt sacrificia. In lege noua hoc vnum est sacrificium,pro omnibus sufficiens, & omnia continens, quod iuge sacrificium appellatur à Daniele. Et de eo Malachias ait. Repudia- Dan. 8 tis veterib. sacrificijs,non iō sine sacrifi- Mal. 1. cio ero. Magnū est nomen meū in gentib. dicit Dominus,& in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo obla B tio munda. Quæ uerba oēs sancti,& Concilium Tridentinum de missa explicāt. Cum enim naturale præceptum sit, aliquid Deo offerre pluribus rationibus, ac nominibus,etiam in lege gratiæ offerendum erat sacrificium, & omnium maximam,& quod omnium cōsummatio. De quo præclare uaticinatus est Dauid, cū ait: Et erit firmamentum in terra in Psa. 71 summis montium,quo loco Hebręa habent,& erit placenta tritici,vel memorabile triticum in capitibus sacerdotum, in huius loci explicationem multa diximus 2. tom. Concionum, in festo corporis Christi.

Sed inquiris,quodnā munus hoc est, qd Deo in missa offertur,& quorsum offertur,& qūo a me offerri debet,cū Mis- C sę intersum? cū id explicatum fuerit,patebit,quo pacto audienda missa a fidelibus sit,ut plurimū fructum percipiant, Vt id explicemus,attendenda est doctrina August. 10. de Ciuitate. cap. 20. Quo Augu. tidianum uoluit esse hoc excellentissimum sacrificium,quod est omnium sacrificiorum consummatio, & quod omnia sacrificia antiqua significauerunt, sicut multis literis unā rem significamus,

& quod

A & quod oĩa continet uirtute. Vnde hoc vnicum sacrificium est sacrificium laudis, gratiarũ actionis, expiatoriũ, & satisfactorium pro peccatis, & impetratoriũ in omni necessitate spirituali, & temporalis pro uiuis, & defunctis. Ita tradit Concilium Tridentinum, sessione 6. c. 1 & 2. canone 3. Sed quomodo ista peragẽda sunt ab eo, qui sacrum audit, sicut ea peragit sacerdos celebrans, nobis sigillatim explicandum est.

Primo debetur Deo sacrificium laudis, quia in se infinite bonus est, cumq; debemus profiteri Deum nostrum, optimum, potentissimum, ac omnino perfectum: nos uero creaturas, ac opera manuum ipsius. Sicut regi debetur tributũ, B quia rex est. Hinc Psalt. Deus meus es tu, & cõfitebor tibi, Deus meus es tu, & exaltabo te. Tributũ laudis, & subiectionis, omnino, debitum Deo est. Qui ergo missæ adest, primum audiat, quæ uoce clara sacerdos dicit, eo enim sic dicũtur, ut a circunstantibus audiantur attente, ac deuote. Quibus auditis, cum sacerdos submissa uoce loquitur, cogitet, quod licet sacerdos præcipue offerat illud sacrificium, ipse tamen etiam offert illud. Ideo enim sacerdos ait. Orate fratres ꝑ meum, ac uestrũ sacrificium acceptabile fiat, &c. Et in Canone ait. Vel q tibi offerunt. Ad eum modum, quo plures scripturam aliquam faciũt, & superior illam primum confirmat, deinde reliqui: vel sicut cum plures legati simul C legationem deferunt, & uno loquẽte, reliqui consentiunt. Ita se habet sacerdos, & missa audientes. Primum ergo offerre debes Patri Christum in laudis sacrificium. Quomodo uero id tibi agendũ sit, ostendam. Memorare Dei tui, & dic animæ tuæ, quis es Deus tuus? Considera, quod rex uniuersæ terræ sit, infinite bonus ac potens. Gaude uero, & delectare in Deo tuo, q. a ita bonus, & perfectus est, & ei congratulare, quia infinita possidet bona. Hic actus est præcipuus charitatis actus, & summi meriti, & similis beatorum charitati, qui plus de diuina gloria gaudent, quã de propria, & ideo diuinam bonitatem, ac gloriam decantant, non propriam, dicunt enim: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dñs Deus. Et dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & honorẽ, & gloriam. Sit tibi laborum tuorum solatium, quod Deus tuus sine ullo labore est. Delectare ergo in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. vt Psal. ait. Ex charitate enim hoc procedit, & ideo sancti multis uerbis amplificabant Dei laudes. Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & uniuersas creaturas uocabant, ut Deum benedicerent. Benedicite omnia opera Dñi Domino. Cũ uero Dei maiestatem, ac bonitatem inspexeris, oculos ad te conuerte, & attende, te illius esse facturam opus manuum ipsius, qui ideo teneris ei subdi, & te subditum profiteri. Et tunc Deo tuo dic. Agnosco te Deũ meum infinite bonum, & me opus tuũ, & ideo indignitatis tuæ, ac excellentiæ manifestationem offero tibi filium unigenitum, qui dignum munus est maiestate tanta, nihil. n. dignius offerri poterat. Reliqua sacrificia laudis, non plane Deum laudabant, minora erant multis partibus dignitate eius, cui offerrebant. At uero sacrificium hoc nihilo minus est eo, cui offertur, æqualis. n. est genitus genitori, ęqualis est diuinę maiestati, cui offertur. Et ideo non potest non acceptum esse, imo propter se acceptum, & reliqua propter istud, & hoc reliqua respiciebant tanquam figura, & ideo acceptabantur a Deo.

Secũdo debetur Deo sacrificium gratiarũ actionis pro innumeris ab eo acceptis beneficijs. Sicut enim cũ ab aliquo multa beneficia accepisti, urgeris cura ei offerendi munus aliquod, quo uidearis non ingratus benefactori, ita cũ a Deo innumera bona recipiamus, sollicitos nos esse oportet, quomodo ei gratum aliquod munus offeramus, sic Psaltes afficiebatur, cum diceret. Quid retribuã Domino pro omnib. quę retribuit mihi. Et Micheas dicens: Quid dignum offerã Domino? Animus gratus, & memor beneficiorum Deo placet, ac ab eo magna recipit. Animus uero ingratus, & acceptorum immemor odibilis est Deo

Marginalia (right): A — Esa. 6. — Apoc. — Ps. 36. — Ps. 47. — Dan. 3. — B — C — Ps. 115 — Mic. 6.

A & hominibus,& exiccat fontem miseri-
cordiæ. Cauendum ergo tibi est, ne
de illis sis,de quib. Dauid ait. Patres no-
Ps.105 stri ī Aegypto nō intellexerūt mirabilia
tua,nō fuerūt memores multitudinis mi-
sericordiæ tuæ. Sed potius dic cum Psal.
Ps.102 Benedic aīa mea Domino, & omnia,q̄
intra me sunt,nomini sancto eius. Be-
nedic aīa mea Domino, & noli obliui-
sci oēs retributiones eius. Attēdēs ergo
innumera Dei tui beneficia, a quib. om-
Ge.32. nino superatus es,dic cū Iacob: Minor
sum cūctis miserationib. tuis. Modus.n.
gratificandi esse solet,cū qs superari se
agnoscit a beneficiorum magnitudine.
Mic.6. Quod si cū Michea interroges. Quid di-
To.12. gnū offerā Domino? & cū Tobia: Quid
B dignū esse poterit beneficijs eius? Dabo
tibi aliqd dignū,q̄ tanti pretij sit,ut mi-
nus non sit,quam omnia quæ a Deo re-
cepisti,etiam si inter illa numeres filium
tibi datum. Sed quid hoc erit? Certe ipse
filius,qui in altari est,ut eum offeras pa-
tri in sacrificium gratiarū actionis. Hoc
uero sacrificium sic tibi offerendum est,
ut nunc ostēdam. Postquam primum,q̄
superius dixi peregisti, postquam qui sit
Deus in se,considerasti, & in sacrificiū
laudis Christū obtulisti. Considera, qs
tibi Deus tuus fuerit,& uidebis,quod il-
le q̄ sibi,& in se infinitus est,tibi, quoq;
infinite bonus est & innumera ī te cōtu-
lit beneficia,memorare, quod te de nihi-
lo cōdiderit,quod hominē fecerit, quod
in Ecclesia constituerit,cum plurimi ex-
C tra illam nati sint, quādo tu natus es,qd
sacramēta dederit,quod peccata remise-
rit, quod innumera alia bona fortunæ
corporis & gratię tibi dederit,& gratias
pro omnibus redde, agnoscens ab eius
bonitate ea emanasse. Et statim dic. Pa-
ter æterne,pro uniuersis his muneribus
offero tibi filium tuum, qui tanti est pre-
tij,ut æquet uniuersa beneficia tua, etiā
si inter illa numeres teipsum mihi datū.
Tertio debetur Deo nostro sacrifi-
cium placationis, & expiationis pro
peccatis, & eorum pœnis. Lex fuit
inuiolata, quam Paulus ostendit: Si-
ne sāguinis effusione nō fit remissio. Re-
mittebat olim Deus peccata, & eorum

pœnas, & propitius erat hominibus A
cum ei sacrificia offerebantur, sed non
propter sacrificia illa, quid enim erat in
eis, quod Deo placere posset? fides er-
go mediatoris, & virtus sacrificij Chri-
sti, quod illa figurabant, efficiebat, vt
grata essent Deo. Hinc infert Paulus:
Si sanguis hircorū,& uitulorū, & cinis
vitulæ aspersus inquinatos sāctificat ad
emundationem carnis multo magis san-
guis Christi,qui semetipsum obtulit im-
maculatum Deo, emundabit conscien-
tias nostras ab operib. mortuis. Nunc er-
go ad nostra ueniamus. Quādo quisquā
grauiter læsit alium, curat, si eius ami-
citiam desiderat,& peccati ueniam,ali-
quid ei gratum offerre, quo læsus in- B
iuriam remittat,& offensori reconcilie-
tur. Sic Iacob dixit: Placabo eum mu- Ge.32.
neribus. Ita cum nos in Deum graui-
ter peccauerimus, ut ei reconciliemur,
indigemus sacrificio. Christus uero sa-
crificium est expiationis. Hoc enim fa- Aug.
cto (ait Augustin.) solent serui delinquē-
tes ueniam cōsequi si charissimos filios
dominis obijciant,quib. ira mitigatur.
Sic orabat Ps. Respice in faciem Christi Ps.83.
tui. Hoc ergo sacrificio missæ auferun-
tur pœnæ peccatorum,etiam ex opere
operato,& uenialia remittuntur, etiam
quoad culpam. Et demum auferuntur
peccata mortalia,non quidem ex opera-
to, ut al. qui putauerunt, sed per mo-
dum impetrationis, quia impetrat a
Deo conuersionem peccatoris, multo Conc.
magis quam alia oratio. Hinc Conci- Trid.
lium Tridentinum cap. 2. ait. Huius C
oblatione placatus Dominus gratiā, &
donum pœnitentiæ concedens,crimina
etiam,& peccata ingentia remittit. Et
ideo in tuam,& aliorum conuersionem
impetrandam,utilissimum est,missæ sa-
crificium offerri. Cum uero missæ
ades, ut hoc pro peccatis sacrificium
offeras; id agere debes, ut postquam
secundum,quod superius diximus, fe-
ceris,postquam uidisti, qualis Deus ti-
bi fuerit, attende tertio loco, qualis
tu Deo fueris. Et in memoriam re-
uoca peccata tua innumera in genere,
& effunde super ea lachrymas cordis
dū-

A dolens, quod Deũ offenderis. Et statim vt Deum placare possis, placa eum munere dato ingenti, offer illi Christũ, eius merita, ac satisfactionẽ: plus illi Patri placuit, quam tu displicere potueris, & uniuersus mũdus. Dic ergo Patri. Indignus ergo venia sum, peccaui sup numerum arenæ maris. Sed ecce filiũ tuũ, quem mihi dedisti, tibi offero, qui plus tibi placuit, quam ego displicuerim, maiora eius merita, quam peccata mea, maior longe illius obedientia, inobediẽtia mea, eius humilitas quã superbia mea, pro malis meis eius bona suscipe, quæ mea sunt, quia mihi ille donat. Ecce uerum sacrificium, quod delere potest vniuersa peccata, quia plus illud placet, quã omnia illa displiceant.

B Quarto demũ offerẽdus nobis Christus in sacrificium impetratorium omnium bonorum spiritualium, & corporalium, quia ille pretium est omniũ, quę à Patre obtinere contendimus: solet, q beneficiũ aliquod ab alio impetrare desiderat, muneribus datis eius uoluntatẽ lenire, ac disponere, sic ergo Patris aeterni uoluntatem cura tibi cõciliare Christo oblata, ut nihil tibi neget eorum, quę petis. Sed obsecro, qui gratis, & sine vllo pretio innumera bona concedere solet, qui pro minimis maxima donat, quid tibi negabit Christum offerenti? Obtulit Abraham filium, & continere se nõ potuit, quin diceret. Benedicens benedicã tibi, & multiplicabo, semẽ tuũ sicut stellas cęli; quid negabit offerenti Christũ?

C Quid amplius Ecclesiæ dari potuit, ut confidẽter uniuersa peteret, q̃ Christus, quem offerat in eorum pretium, quæ petit? Non.n. peti à Deo potest res, quę maioris pretij sit, quã id, quod ei offeres. Solet subditus principi offerre munus, & plurima ab eo recepit: Obtulit Regina Sabà Salomoni ptiosa, sed recipit multo plura. Plura à Patre recipere non possumus, q̃ sit id, quod ei offerimus, cũ filium sacrificamus, quid ergo ab eo non accipiemus? Sed quõ sic a nobis offerendus Christus sit, uideamus. Postquã tria superius dicta perfeceris, memor esto necessitatum totius mũdi: Primũ memor esto Ecclesiæ Catholicę. Sicut.n. natura magistra partes corporis sui oblitæ ad totius defensionem se exponunt periculo: ita gratia docet primũ attendere necessitatibus Ecclesiæ, & ideo sacerdos primum ait in Canone. In principio ecclesia tua sãcta. Et Pau. ait. Obsecro igitur primum oĩum fieri obsecrationes, orõnes, petitiones, gratiarum actiones per omnibus hominibus, pro regibus, et his, qui in sublimitate cõstituti sunt. Et ideo secundo loco orandũ est pro praelatis, & maioribus, ut eis satisfaciamus p cura, q̃ in nos hẽnt. Deinde pro amicis: Orate pro inuicẽ, ut soluemini, ait Iac. Deinde pro inimicis, sicut Xp̃s ait: Orate pro sequentibus vos, quæ est gratissima Deo orõ, qua eius venacis voluntatem, vt tibi reliqua concedat, sicut etiam Xp̃s fecit in cruce. Demum pro animabus purgatorij: & tandem pro te ipso, vt tibi bona spũalia, & temporalia, quæ vtilia sunt, concedãtur. Et uniuersa ista à Deo pete offerens ei Xp̃m in pretium.

Sed forsan ais, quomodo unicũ sacrificium ad tanta extendi potest obtinẽda, & quo pacto toties offerri poterit? Certè si id, quod offertur, Deus non esset, recte dubitares: sed cum infinita sit oblatio, sicut haurire aquã ex fluuio, uel mari potes, sine eius diminutione, sic immẽsitas huius sacrificij tanta est, ut non solum exhauriri nõ possit, aut vacuari, sed nec parum imminui. Ipse enim est propitiatio pro pc̃tis nostris, non solũ autẽ pro nostris, sed pro totius mũdi. Vir fuit insigni pietate præditus, qui dicere solebat uideor mihi, nihil esse, q peto, cum Missæ sacrificium offero, tãta.n. res est, quæ Deo offertur, ut nihil reputandum sit omne, quod a Deo petitur. Finge te adfuisse cruci Xp̃i, quando sanguinem fundebat pro mundo, quãdo latro exauditus est, si tunc sanguine Xp̃i collecto, propter illum dona à Deo peteres, quã obsecro fiducia obtinendi postulares. Hac fiducia in Missa tibi petendum est. idem.n. sacrificium ibi offertur: idẽ sanguis, eadem merita Deo proponuntur.

Exempla quam plurima memoriæ tradita sunt Sanctis, & Doctoribus, q exẽplibus

Margin notes: 1. Ti. 2. — Iaco. 5. — Mat. 5. — 1. Io. 2.

A bus facile ostenditur, innumera a Deo concessa benefici a his, qui Missæ sacrificio deuote intersunt. Sed unum in Hispanorum historia propositum non reticebo. Erat comes castellæ Garsias Fernandez filius insignis, comicis Ferdinandi Gonçalez in oppido, qui nuncupatur Santisteuan de Gormaz. Venit contra eum in pugnam Rex Cordubę nomine Almancor cum ingēti Maurorum exercitu. Decreuit uero comes castellæ in crastinum pugnam inire cum Mauris. Summo ergo mane comes cum suis sacro audito in pugnam prodiere. Sed inter nobiles milites, quidam erat, qui dicebatur Pascual Viuas, cui rāra inerat à
B multis annis affectio ad Missæ sacrificium, ut cum semel in ecclesiam intrasset, ab ea non exiret, donec omnes Missas, quas in illa celebrabantur, audiret. Hic ergo solus armis circundatus in ecclesia, quę diuo Martino sacra erat, mansit, donec octo Missę celebratę sūt, is.n. numerus sacerdotū religiosorum in ea erat domo, Minister uero eius ante ecclesię ianuam erat tenens domini sui equū, lanceam, & scutum, & incusabat dominum, quod ad pugnam non prodiret. Reportata insignis victoria a Mauris est, sed oibus uisum est, solum Pascualem Viuas eam obtinuisse, quia ille uexillū Maurorum prostrauit, & antesignanū eorum occidit, & plurimos alios, ita vt ei soli uictoria tribueretur, cū ille in ec-
C clesia fuisset, nec pugnasset, pugnauit vero eius loco Angelus Dei in eius figura. Parta victoria comes castellæ accersiri iussit Pascualem Viuas, vt ei gratias referret pro obtenta victoria. Ille vero in ecclesia erat, nec præ pudore ad comitē uenire uolebat. Adductus tādem est, apparuerūt.q. in armis eius, & equo ictus, & vulnera, quę uisa fuerāt in eo, q eius personam susceperat in prælio. Ex quo omnibus manifestum factū est, propter viri illius singularem deuotionē ad Missæ sacrificium angelum loco illius pugnasse, ac hostes profligasse, quia tūc penitus deuicti Mauri fuere, cum octaua Missa finita fuit. Sicut ergo audiente illo sacrū angelus eius personā suscepit,

& melius pugnauit, quam ille pugnasset, ita audiente te deuote sacrum, angelus nego tia tua geret, melius quam tu. A

In literis annuis Societatis Iesu anni 1583. ex Fraciç prouincia literis fuit mādatum, quod in Biturica infantulus erat tenerrimus in matris hæreticæ brachijs vbera sugens, qui clara uoce clamauit: Missam, Missam, eamque rem admirata mater hęretica, puerum ad catholicorum templum detulit, & concioni, quæ habebatur interfuit, & mox reiecta hæresi, fidem catholicam suscepit. Multi profecto pueri contra segnes, & otiantes parentes hoc modo clamitare possent, Missam, Missam, quæ contēptui nunc habetur, quia frequens est, B cum id summa Dei misericordia nobis concedatur, ut omnibus ad manum adsit.

Diximus de Missæ sacrificio, restat dicendū de communione, & Eucharistiæ perceptione, quæ ad Missam pertinet. De sacramentali quidem duas seorsum conciones statim proponemus, in quibus ostendemus, qua præparatione, & qua frequentia ad Eucharistiæ sacramentum sit accedendum. Nunc ergo dicamus de spirituali communione, quę semper pergenda est, dum Missę adsumus, estque ultimum eorum, quæ ad Missæ tractatum pertinet. De qua Concilium Tridentinum Sessione 6. cap. 8. có. Trid. ait illi spiritualiter communicant, qui voto cęlestem illum panem edentes fide viua, quæ per dilectionem operatur, C fructum eius, & utilitatem sentiunt. Quemadmodum cum in emporio uides multa pretiosa, quę concupiscis, & ais intra te, quis nunc plures haberet diuitias, ut illa, & illa sibi coemeret, ita cum in Missa uideas Christū dominum Qui est totus desiderabilis, in Cant. 5 quo omnes thesauri sunt. Dicere debes, ò Domine, quis te nunc suscipere posset intra se, non quidem re suscipio, quoniam paratus non sum, nec dignus hospite tanto, at suscipio te desiderio, ueni tu in animam meam donis nouis mihi concessis, iam quod non datur, ut in corpus uenias. Quia Domine nō sum

dignus

A dignus, vt intres sub tectum meũ, sed in die die verbo, & sanabitur anima mea. Traditur in Euãgelico dupliciter Christum bona sua hominib. cõmunicasse, aliquando namque in domum diuertebat eorum, quibus misericordiam præstabat, vt in domum Zachæi, & Archisynagogi. Aliquando licet non adueniret præcipiebat, ac uerbo salutem conferebat, vt accidit Regulo Centurioni, & Chananeæ. Ita non solum X p̃s communicat bona sua ijs, qui voto eum participant (licet his magis præster p̄p opus operatum) sed etiam ij, qui voto eũ suscipiunt, quia magni meriti actus ille est. Sicut.n. optimum est Eucharistiam sumere, ita & illam desiderare, quia eiusdem speciei est actus, & eius desideriũ.

B Ex quibus primum collige, qua deuotione, ac reuerẽtia ad Missam accedere debeas, nec breui temporis interuallo peragenda tibi esse, quæ ibi acturus es, cum vniuersi mundi remedium exorandum sit, feria, et longa oratio necessaria est, ut hes grauissimæ obtineatur. Hinc etiam colliges, an vana colloquia miscẽda sint, dum Missa dicitur, an uana conspecienda. Attende Christi zelum, quo flagello facto vendentes de templo eiecit, qua ergo reuerentia volet in nostro tẽplo cõuersari? Domus mea domus orationis est. Cogita ergo o hõ cum ad Missam accedis, innumeros cum Sacerdote Angelos prodire, ut Chrysostom. ait. 3. libro de Sacerdotio, & in conspectu Angelorum tibi cum eis psallendum. Attẽde Christum ad manus sacerdotis venire, q eum suscipit a Patre nomine oĩum qui adstant: tibi ergo Christi ibi datur, tuus est, ut tãquam diuitijs tuis negotiari possis, offer ergo eum tanquam tuum Patri in sacrificium laudis, gratiarum actionis, propitiationis, & obtentionis, vt bona innumera recipias, & voto, ac desiderio eum suscipere desideria, sic enim ex vana Missa ditissimus euades, & omni dono cælesti, & gratia replebe ris, &c.

Chrys.

C

CONCIO I.

De præparatione, quæ ante Eucharistiæ sumptionem adhibenda est, & de gratiarum actione post communionem.

THEMA.

Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat. 1. Corinth. 11.

A

Rectè nos Paulus monet, sicut & admonuerat Sapiens: cũ sederis, ut comedas cum principe, diligenter attende, quæ apposita sunt ante faciem tuam. Quib. uerbis primum nos admonet Sapiẽs, ut in principum conuiuijs moderati, ac temperati simus. Sed Augustinus mystice hæc verba exponit tract. 47. in Ioãnem, & 48. vbi sic habet: Quæ mensa est potentis, nisi vnde sumitur corpus, & sanguis eius; qui animam suam posuit pro nobis? Et quid est ad eam sedere, nisi humiliter accedere? Et quid est considerare, & intelligere, quę apponuntur tibi, nisi digne tantam gratiam cogitare? Et quid est sic mittere manum sciens, quia talia te oportet præparare, (hæc uerba desumit Aug. ex Septuagesima translatione) nisi quod iam dixi, quia pro uobis Christus animam suam posuit, sic & nos debemus animas pro fratribus ponere? Vt hæc recte intelligatur, opus est gratia, quam Mariæ precibus nobis concedi postulemus: Aue Maria.

Pro. 23.

B

Aug.

C

Chrysostomus in homilia ad populum Antiochenum ait, si Christus nos attendere, & non infinitam suã bonitatẽ, iam a nobis abstulisset diuina sacramenta: dignosque nos ac pœna efficimus, & sacramẽtis indignas, dum ea suscipientes minus digne, & illa, & Christum traducimus, & q̃rum in nobis est, fama priuamus. Quoniam ille de sacramentis suis mirabilia dixit, & effectus maximo promisit, quos tamen mundus non uidet non propter sacramentorum exiguam uim, sed propter nostram in eis sumendis negligentiam. Si nunc ad hanc ciuitatem medicus aduentas-

Chrys.

Simile

A set, qui diceret potentissimas ab ipso cõfectas medicinas deferri, quib. nulla nõ ægritudo sanatur aliqui uero infirmi eis susceptis nihil proficerent, qa non debite eis vtuntur, ut medicus præcipit, sed bis noxijs comestis medicinarum uirtus impedit, iure, ac merito medicus de ægrotantib. hisce conquereret, diceretq; eos infamare tũ ipsum, tum illius præclara medicamenta, quorũ uis non cernit, quia ipsi eis vtũtur male. Magnus de cælo uenit medicus, qa magnus in terra iacebat ægrotus, ut Augustinus ait. Medicamina illius sacramenta sunt, in qb. sui sanguinis virtutem reliquit, & in Eucharistia ipsummet sanguinẽ. De his sacra- Augu.

B mentis, et præcipue de Eucharistia mirabiles prædicauit effectus, hos uũt sępius non experimur, non ob medicinæ debilẽ vim, sed qa inordinate eam sumimus nec cõuenienter suscipimus. An nõ merito Christus dicere poterit, ꝑpter uos nomen meũ blasphematur? Quid enim dicat Ethnicus, uidẽs medicamina hæc ea nõ efficere, quę Christus dixit, nisi impostorẽ eum fuisse, ac seduxisse turbas? Huius rei exemplum præcipuum in Eucharistia uidere licet, de qua tanta Christus dixit, ut omnibus sint admiratione. Audi dicentem, sicut misit me uiuens Pater, et ego viuo propter Patrẽ, et q manducat me, uiuet propter me. Quibus uerbis uitam suscipientis corpus ipsius confert cum uita diuina, quam ille a Ioã. 9.

C Patre suscipit. Addit vero: Qui manducat meam carnem, & in me manet, & ego in eo. Vbi quæso cernitur hæc diuina uita in suscipientib. Eucharistiam? Aut ergo Christus uera non dixit, aut tu nõ accedis, ut par est, primum esse non potest, ergo secundum. Videamus ergo, quo pacto accedendum, ut Christi promissio nobis non sit inanis.

Ad huius expositionẽ notandũ est, q̃ licet sacramẽta mutuo se in aliquib. excedant, sed absolute, ac simpliciter Eucharistia reliqua oĩa excedit, qa in ea est Xp̃s realiter, in reliqs sola uirtute ac repręsentatione. Ex quo sequit in hoc sacramẽto copiosius gratiã participari, quia sicut ignis quo propinquior est, eo magis calefacit, & oĩs causa approximata efficit amplius, ita Xp̃s, qui in hoc sacramẽto propinquior nobis est, ampliorẽ gratiã tribuit. Reliqua sacramẽta gratiã tribuũt, sicut stellæ lumẽ, q̃ a sole recipiunt E charistia tanq̃ Sol. Et iõ de hoc sacramento maxima Christus dixit. Et sicut bona gloriæ, quę deriuantur in animam ex unione illius cum Deo superãt oẽm cogitationem, ita bona gratiæ, quæ procedũt in animam ex unione eius cũ Christo in hoc sacramẽto excedunt hominis ingenium. Inde Ecclesia in Missa ait: Vt quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctũ filii tui corpus, & sanguinẽ sumpserimus, oĩ bñdictione cęlesti & gratia repleamur. Hoc ãt in eo efficit, qui debite accedat, q se prius ꝓbat. B

Ex quibus sequitur prior rõ, præparationis nostrę ad tm̃ suscipiendum sacramentum. Si enim ſm dignitatem hospitis suscipiendi in domo, solet domus ꝑparari, ac conuiuiũ parari, quæ cura, ac pręparatio licet maxima sit, non erit minima, si cum hospite tanto confortatur. Prępparauerat innumeras diuitias Dauid in ędificium domus Domini, in qua sola arca reponenda erat, Christi figura vmbra, & ait. Grãde opus est, neq. n. homini præparatur habitatio sed Deo. Cõsumpsit deinde Salomon immensos thesauros in eius ædificatione, & plures annos in ea posuit, & ligna pretiosa detulit, & ad fines terræ misit, ut aurum electum ei deferretur ad templi ornatũ, & postquam templum confecit, quod fuit præcipuum orbis terræ prodigium, minimum quid fecisse putauit. Vñ dixit: S. enim cælũ, & cæli cælorum te capere nõ possunt, quanto magis domus hęc, q̃ ædificaui. Qui ergo non Dei arcam, sed Christum Deum, in quo plenitudo diuinitatis habitat corporaliter, suscepturus est, qui illius templũ futurus, an non ornandus, ac ꝑparandus? Accidit aliqñ ut rex habitu mutato in diuersoriũ nocte veniat, nec plane agnoscat, si tñ liberaliter suscipiat, benigneq. tractet, diuitẽ cũ relinquit, a quo est in hospitiũ susceptus Si uero vulgariter tractet, nec humane, ac comiter suscipiat, minima relicta pecunia 1. Pa. 9 C 3. Re. 8 Simile

A cunia diſcedit. Ità omnino ſe Deus nobiſcũ gerit, mutato habitu in hoc ſacro ad nos diuertit, quem ſi uulgari ſuſcipiamus diſpoſitione, minimã grãm, cõfert: ſi vero magna, maximã confert. Si.n. ad regiã liberalitatẽ, ac dignitatẽ pertinet, vt digne ſuſceptus magna bona conferat, quõ id ad Dei magnificentiã nõ pertinebit? An non de illo Moyſes ait: Date magnificentiã Deo noſtro. Et Pſ. Magnificauit Dñs facere cũ eis, magnificauit Dñs facere nobiſcum? Si ergo ſemel magna diſpoſitione Euchariſtiam ſuſciperes, diues in omnem uitã inde procederes, oĩ benedictione, ac grã repletus.

De. 32. Pſ. 125

Secũda ratio huius preparationis ſit, quia ſummũ Chriſtiani opus in hac uita eſt Euchariſtiæ ſuſceptio, qua Deum precipue glorificam⁹, & nobis maximã vtilitatem acquirimus. Quod ſi nos admonet Sapiens. In oĩb. operib. tuis præexcellens eſto. Præcipue id nobis obſeruãdum eſt in eo opere, quod oĩum ſummum eſt. Chriſtianę religionis pręcipua opera ſacra ſunt, & inter ea Euchariſtia excedit, bonum.n. noſtrum in eo ſitum eſt, ſi Chriſto ut uiti, uniamur, & eius bona participemus: quod in hoc ſacro efficitur: ad illud ergo recte ſuſcipiendum maxime nos præparari oportet. Hæc inter alia diuerſitas eſt inter ſacramenta, & alia pia opera, quod ex alijs pijs operibus ſolum colligimus fructũ ſm mẽſurã diſpoſitionis, ac diligentiæ nſæ, & iñ in eis. Qui parce ſeminat, parce, & metet, & q ſeminat in benedictionib. de benedictionib. & metet, ut Paul. ait. At in ſacramentis ultra eam gratiam, quę homini confert̃ iuxta auenturã diſpoſitionis, alia confert̃ gratia ex ui ſacramenti, q̃ dr̃ ex opere operato. Si recitaſti, aut ie iunaſti, attenditur gratia, deuotio, intentio, quib. illud opus præſtitiſti, & gratia tibi iuxta illa conceditur. Si uero ſacrũ ſuſcepiſti, ultra eam gratiã, quæ tibi datur iuxta diſpoſitionem tuam, alia amplior tibi conceditur ex ui ſacramenti. Cur uero ſacris hoc ſit cõceſſum priuilegiũ, diximus in 3. tom. nſarũ cõcionũ, i cõcione de cõi Abbatis, in fine. Deinde in ſuſceptione Euchariſtiæ concurrunt

B Ecc. 33

2. Co. 9

C

opera ſũma uirtutũ, fidei quidẽ, dum tm̃ credimus myſteriũ. Spei vero, qa eo ſuſcipit, ut q mãducat hunc panẽ, uiuat in æternũ. Charitatis, q a ad eã ptinet optare unionẽ cum Xp̃o, q̃ in hoc ſacro fit. Hic dulces amplexus, & colloquia cum ſponſo, dũ nõ per interpretẽ loquuntur, ſed os ad os, hic aĩa Dei poſſeſſionẽ capit, hic ſecreta ad inuicem ſibi loquuntur Deus & aĩa: dũ illa mala ſua medico dicit, ille doctrina cęleſti eam imbuit: hic unitur aĩa tanq̃ palmes uiti Xp̃o, hic ei⁹ bona, ac merita participat. Hic opa humilitatis adſunt, dum ait, Dñe non ſum dignus, hic oratio, & oblatio Chriſti ad patrem. Hic denique totam ſe effundit anima in Deum. Communio ergo ſupremum cum ſit Chriſtiani opus ſumma cura, ac diligentia peragi oportet.

Sed interrogas, quo pacto digne accedam ad hoc ſacrm̃? Diximus aliquid ſuperiore cõcione, de neceſſaria diſpoſitione, q̃ ſignificat Pau. cum ait. Probet aũt ſeipſum homo. Ea uero eſt ſine conſciẽtia peccati mortalis accedere. Qui abſq; hac preparatione accedit, maximum admittit ſacrilegium, quod adeo graue eſt, vt a Thoma, ac Doctoribus in dubium reuocetur, utrum ſit ſummũ ſacrilegiorũ, ac peccatorũ, qm̃ uerbis ſic excedentib. ſancti de hoc peccato loquuti ſunt, vt eorum ſnĩa id comprobare uideatur. De huiuſcemodi peccatis ait Heli filijs ſuis. Si peccauerit uir in uirũ, placari eĩ põt Deus, ſi aũt ĩ Deũ peccauerit uir, q s orabit pro eo? Quaſi dicat, quædam ſũt peccata, q̃ ſolum in Deum cõmitti dñr, quia contra eius mãdata ſunt, alia uero non ſolũ contra Dei mãdata, ſed & contra Dei perſonam exercent̃, de quib. d ſficile uenia obtineri poteſt, q s.n. orabit pro eis? Licet.n. irremisſibiliã nõ ſint, ſed proxime accedũt ad irremisſibile peccatum. Qui aũt indigne cõicat, reus efficit̃ corporis, & ſanguinis dñi, contra humanitatẽ ergo Chriſti peccat. De tyranno Dionyſio inter eius facinora crudelia memorię proditũ ẽ, aliqñ ligaſſe hoĩem viuum mortuo, donec mortuus uiuum occideret fœditate, ac putredine ſua. Xp̃s iã torqueri non põt, ſed ſi torqueri poſſet,

B

1. Re. 2

C

Simil

A sed hæc (enim) tum torqueretur, dum ipse viuus alligatur peccatori mortuo. Putabant Philistei festũ se agere Arcæ Dei, dũ illã prope Dagon collocabant, sed ea de causa ita iratus Deus est, ut Dagõ deiecerit, & de loco deturbauerit, & plurimos Philisteos percusserit, & oẽs penitus deleret, nisi sibi cõsuluissent arca dimissa. Sed o dñe, qua de causa sic irasceris cum tibi honos exibetur, & festum tibi agitur? Plane dicet, non ego Deus sum, qui iuxta Dagon statuendus sum. Sic qui in mortali accedit ad Eucharistiam, iuxta peccatum Deum collocat, recteq; audiet. Væ homini illi, per quẽ filius hominis tradet. Vt q.d. n. in domũ tuam Christũ ducis, nũ vt a prope peccata, & abominationes videat. Magnũ est malum, peccatum lethale committere, illud vero in confessione reticere, maius est sacrilegiũ, sed sic ad Eucharistiã accedere, adeo ingens est piaculũ, ut pro dignitate explicari nõ valeat. Recte his dicemus, quod Ioannes de celesti mẽsa ait. Foris canes, q.n. conuentio lucis ad tenebras, Christi ad Belial? Si vltio diuina deseuit in Balthasar, q̃a vasa sancta in cõuiuiæ profanum intulit, q̃tum meret supplicii, q Deũ ipsũ in locum pctõ fædatum, iniecit? Recte & potiori iure huic dicemus, q Oziæ dictũ est. Egredere de sãctuario, ne cõtẽpseris, q nõ reputabit tibi in g̃la. Rõ huius est, ait Chry. q̃a sicut debitè cõicare est summus religionis actus, ita indebite accedere est ex sūmis sacrilegij. Olim, vt Paul. ait, pp huiusmodi peccata plures infirmabant, & alij e uita decebãt, nunc ãt plura mala corporis, & animæ ea de causa multi incurrunt, Ideo proba te ipsum confessione integra delictorum, leuate in mari æneo pænitentiæ, antequam templum ingrediari, Eucharistiam suscepturus.

1.Re.5

Ma.16

B

Ap.21

Dan.5.

2. Par. 26.

Chry.

C

1.Co.11

Sed si is uellem equidem ampliorem præparationẽ, hãc.n. iam præstit. Recte plane dicis, sicut.n. distat cœlum a terra sic distat vna cõio ab altera, & fructus vnius a fructu alterius, De gratia, q̃ confertur pp opus operantis manifestũ est, sed & idẽ est de g̃ra, quæ confert in hoc sacramento ex opere operato, q̃ maior datur cum maior est dispositio recipientis. Et huius ratio est, q̃a oẽ agẽs agit ipa tiẽte disposito, & sm eius dispositionẽ magis, vel minus agit: id ipsũ uero in sacramẽtis accidit, q experiẽtia manifesta cõprobat, videmus.n. in frequentãtibus hoc diuinũ sacramentũ diuersum admodũ fructũ, atq; profectũ, q ex parte sacramenti esse nequit, q idẽ est, sed ex dispositione suscipientis. Quidã.n. sic ad Eucharistiã accidũt, ut de eis dicere possis illud Esaiæ. Qui sũt isti, q ut nubes volant? Alij aut tepidi, ac imperfecti sunt, quod plane mirabile est. Nec.n. mirandũ, q is, qui a Deo recedit, tepidus, ac infirmus sit, quid.n. mirandũ, qd recedens ab igne frigescat? Quod recedens a gratiæ fonte immundus sit, quid mirum sit sine Deo, qui a Deo recedit? At vero illud stupendum est, q qui ad sacramẽta accidit frequenter, et quotidie, infirmus sit, ubi.n. tot cõionũ fructus perit? Quo comedit homo, nec satiatur bibit, nec inebriatur? Plane minor hominis dispositio in causa est. Videndũ ergo nobis est quo pacto homo disponi plenius possit, vt fructum plurimum referat.

A

Isa.60

B

Sciẽdum ergo est, quod ut homo copiosius disponatur, dispositio illius totã debet occupare mẽtem. Sim. vniuersa, q̃ homo est, ac habet, parua sunt Deo tanto, nihil auferri debet. Et cum totus Christus ad me adueniat, caro, sanguis, aĩa, ac diuinitas, meritaq; illius, totus homo exire debet obuiam illi in corpore, aĩa, ac potentijs, cum omni sapientia, ac potentia, sicut uniuersa ciuitas, exire solet obuiam regi uenienti. Quod si negotium grauissimum totũ occupat hoiem, quid mirum si hoc nũc exigamus ab homine? Fiat ergo homo holocaustũ Deo suo, totum se tradens ei, dicatq; aĩa cum Sponsa. Dilectus meus mihi & ego illi. Adquid.n. uolo sapientiam, ac scientiã meã, ad quid effectus uniuersos, nisi ut Deo occurram? Veni dilecte mi, oĩa poma noua, & uetera seruaui tibi.

C

Cant.2

Cant.7

Primum ergo domum cordis mũdet ab oĩ inquinamento peccati, non mortalis solũ, sed & uenialis, sicut mundari solet oĩno uas, ut pretiosissimo unguento

A to impleat. Vt id nobis innueret, uoluit inuolui sindone munda, poni in sepulchro nouo, & quia in utero futurus Mariæ erat, uoluit eam oĩ labe carere, quia
Psal. 5. non Deus uolens iniquitatem tu es. Vt hanc plenam mundiciem ostenderet, pedes discipulorum lauit, de quib. testimo
Ioã. 13 niũ perhibuerat, Vos mundi estis pp sermonem, quem loquutus sum uobis. Venialia. n. peccata obstant feruori charitatis, quo suscipiendus Chrs est. Et licet plura sint remedia aduers⁹ venialia peccata, tñ sicut cõfessio unicũ est remediũ contra mortalia; ita efficacissimũ est aduersus uenialia. Ideo conueniens est præmittere confessionẽ uenialium ante cõmunionem, qua illa tolluntur, & gratia confert, quæ disponit ad Eucharistiam.

B Sed qm̃ parum est tanto hospiti, si domus solum mundetur, nisi ẽt ornet, ne sit in nobis munda quidem domus, sed uacua, curandum est, ut ornetur domus mẽtis. Si. n. virgines intraturæ ad Assue
Esth. 2 rum tanto studio se ornabant, & lõgum tempus in hac re ponebãt, multo magis ornari oportet animã, quæ Deum suscēptura est. Sed quis nam hic ornatus?

Plane ad ea, q̃ dicemus, tps exigit, qđ tibi in hac re ponendũ est, & certe a die, qui communionem præcedit, præparatio incipere deberet: sed saltem eo die parare se homo debet. Sicut ergo si nũc diceretur, rex in hãc intrat ciuitatem, omnis homo ei obuiam procederet, ita eo
Ma. 25 die, quo sumenda tibi Eucharistia est, dictum tibi puta: Ecce spõsus venit, exite
C obuiam ei. Totus ergo homo procedat in occursum eius, pparate in occursum Dei tui. Imaginatio procedere debet attentione, intellectus intentione, ac ponderatione tanti beneficij, uoluntas affectione ac desiderio Christi, memoria recordatione passionis Chri, corpus mũditia, ieiunio, & ornatu humili, ac modesto. Iã singula uideamus. Primũ imaginatio procedere debet attentione singu-
Basil. lari ad opus tantum. Recte Basilius interrogatione quinta ait, illud nosse conuenit nos, cum nullius alterius mandati cuiusquam, tum nec charitatis quidem aduersus Deũ, & proximũ obseruationem posse præstari, si huc illucq; temere
A mentẽ passi fuerimus aberrare. Quasi dicat, nullo uirtutis opus recte peragem⁹, si uagã reliquerimus imaginationẽ. Et ratio est manifesta, quia ĩ spiritu & ueritate opera uirtutis præstari oportet, in spiritu & ueritate oportet adorare Deum: tunc uero spũ fiunt, cum ea efficit homo interior, sicut exterior, ut aĩa genuflectat sicut, & corpus, ut mens oret, sicut lingua. Sic olim refert Plutarchus, sacrificã
Pluta. ti uir aderat, dicens, hoc age. In omni ergo ope curanda est attentio ne opus sit ceremonia duntaxat. Attende, qua attentione attẽdas graui negotio, uel cũ Regẽ alloqueris, uel etiam cum ludis, & inde perspicuum fiet, q̃ attẽtionem adhibere
B oportet, cũ sacram sinaxim es suscepturus. Hæc autem attẽtio ea esse debet, vt obliuioni tradas uniuersa alia negotia, ẽt pia. Si enim Bernardus oraturus solũ cum ad ianuam cubiculi orationis ueniebat, aiebat curis suis expectate me hic foras, donec exeã. Si Moyses, ut cũ Deo ageret, populum reliquit ad montis radices, si Abrahã adoraturus dixit pueris. Expectate hic cum asino, donec reuerta
Gen. 2. mur: quid mirum, quod eo die, quo Eucharistiam percepturus accedis, omnia alia negotia relinquas in alterum diem, & soli illi attendas, illudque agas?

Secundo intellectus dirigat intentionem, q̃ in opere præcipua est, ut philosophia docet, oculi ergo tui semp ad dñm.
C Ea autẽ in Eucharistiæ perceptione esse debet, q̃ Christus in eius institutione habuit: hęc aũt fuit, ut nos secũ uniret, unde dixit: In me manet, & ego ĩ illo, & ut
Ioan. 6 uiueremus uita ipsi⁹, vñ dixit: Qui manducat me, uiuet propter me. Vita significat opa plura pcedentia ab esse uno: sicut ergo uita naturalis est, uidere, audire ambulare, & similia pcedentia ab unione aĩæ cũ corpore, ita uita diuina est collectio diuinorũ operum pcedentium a Dei gr̃a, sapientia. i. diuina, potẽtia diuina, dilectio diuina. Cum ergo ait. Viuet propter me, significat: sic ego ero in illo, & ille in me, ut uiuat uita diuina, et hẽat diuinã lucem, ac sapientiam, amorem diuinũ, humores diuinos, gaudia diuina, iudi-

A iudicia de rebus diuina. Sicut.n. sūt q̃dã regiones, quæ produ*cu*nt uiros fortes, in genuos, optimo ingenio præditos, ita q frequenter hoc suscipit sacrameatū, frui tur nouis gratiæ influentijs, mutatur in eo rerum gustus, affectus noui generantur, experiētiaq; comprobant illud Pau.
Gala.2 Viuo, iam nō ego, uiuit uero in me Christus. Interroga ergo te ipsum, ad quid ad Eucharistiam accedis? Et responde, ut vnum cum Christo sim, ut ei⁹ uita uiuá, vt eius habeam opera. Et tandē hęc omnia in gloriā Dei refert, ut hęc optes, vt Deo melius inseruias, ut in maiorē Dei gloriam omnia cedant.

Deinde intellectus expendere, ac ponderare debet opus illud dicens, procedo
B nunc, vt suscipiā in me maiestatem Dei mei infinitā, eum a quo pendet remediū aīæ meę, cui ille sic intēdit, ut propter ea
Ma.26 vitam dederit. Hanc ponderati*o*nem petit Christus dicens: Hæc quotięscunque feceritis, in mei memoriam facietis. Et hoc est dijudicare corpus dñi contra illud, de quo Pau. Non dijudicans corpus
Co.11 Domini, quasi dicat, expendere debuit, hunc panem diuersum esse ab alio pane vulgari, & sic aliter ad eum accedere. Et ideò in Cathechismo dr: Primam illam pręparationem adhibeant, ut discernāt mensam à mensa, cęlestem hunc panem a cōi. Sicut.n. alia reuerentia regi debeť, q̃ vulgari homini, ita huic cœlesti pani. Modum uero huius ponderationis do-
C cet Cathechismus dicens. Hoc facimus, cum certo credimus, pręsens esse uerum corpus, & sanguinem dñi, quem in cęlo Angeli adorant, ad cuius nutum cęli cōtremiscunt, & pauēt, cuius gloria plenū est cœlum & terra. Simul uero attēdere homo debet in dignitatem, ac uilitatem propriam. Duæ sunt hæ abyssi immensę, Dei.n. dignitas infinita, hominis.m iseria maxima ē. Vt ergo has abyssus uideamus, tempus aliquod nobis insumēdum est in eorum consideratione.

Tertiò uoluntas occurrere debet, quæ præcipua in hoc opere est, & optare dēt Angelicam puritatē ad tm̃ suscipiēdum
Ps.118 Deum, ac dicere cum Ps. Cōcupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas ī omni tempore. Desiderare homo debet mille corda, vt Deū plus diligat, fontes lachrymarū, ut eū lætificet, affect⁹, ut eū excipiat. Deniq; ad uoluntatem spectat gaudiū magnum de tanti hospitis aduē-
tu, iuxta illud Psal. Lætetur Israel in eo, Ps.149
qui fecit eum, et filiæ Sion exultent in rege suo. Ad quam exultationem nos admonet Propheta: Exulta & lauda habi Isa.12.
tatio Sion, quia magnus in medio tui sāctus Israel. An non gaudeat paupercula mulier audiēs, uirtutis uenit ad te ex Indis thesauris abundans? Gaudete in Do Phil.4.
mino semper, iterū dico gaudete, dñs.n. Ro.12.
prope est. Maximum etiā ingenerat gaudium, ut simus spe gaudentes, qd futurę gloriæ nobis pignus datur, quia. Qui Ioan.6
manducat hunc panem, uiuet in ęternū. B

Deinde uolūtas pparari debet desiderio maximo suscipiēdi Christū & illius bona, quia in eo recipit oīum malorū remedium, qui.n. in cęlo fons est oīum bonorum, in terra similiter fons est omniū
gratiarū. Vnde ai: Qui me inuenerit, in Pro.12
ueniet uitam, & hauriet salutem a Do- Ioan.7
mino. Et iterū. Si quis sitit, ueniat ad me & bibat. Multa certe sūt mala corporis, sed plura sunt aīæ mala, sed corpori nō est unica medicina, qa nihil est in mūdo ꝙ tatam uim contineat: sed aīę unica est medicina Chrs, q oīa cōtinēs, & oium vim habens: & iō contra oīa mala est, & oē bonū pstat, quia author bonorū omniū est, & propulsator malorum oīum, Iō eius figura Manna oēm cōtinebat sa
porē. Sicut ergo aīa cū una sit, toti corpo C
ri, & eius partib. assistit, et sicut Deus toti mundo, & cuilibet eius parti adest, ita Christus. Et quemadmodū Sol innumera bona gignit, ita & Sol iustitiæ in hoc mūdo paruo efficit, quā plurima bona. Hęc bona optare aīa debet, & ea dispositione accedere, ut ea suscipiat. Aliqn.n. eo affectu accedit homo ad Eucharistiā ut inde ei bonū æternū proueniat. Sicut Zachęo accidit, qui uno ingressu Christi in eius domū saluatus est. Super oīa verò occurrat uoluntas amore ardens, ut spōsum excipiat, & merito: cū.n. ille ad uenit infinita charitate qua mirabilem adinuentionem huius sacramenti excogita-

A gitauit, ut nobis vniretur maxima charitate excipiendus eſt, dicendumq; illud quod de Iob dicitur: Quis det de carnibus eius, ut ſaturemur. De qua re plura diximus in 2. tom. noſtrarum Concionum concione 1. de Euchariſtia.

Quarto memoria occurrere debet recordationis paſſionis Chriſti, cuius memoriale ſacrm hoc eſt, vñ Chriſtus ait. Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis. Memoriaĕt reducat in mentem hoīs indignitatem, vt ſic humilis accedat atendatq; oēm adhibitam diligentiam nihil eſſe: & ideo oret Dñm, ut ipſe ſibi ornamenta e celis deferat in domum ſuā, ſicut rex deferre ſolet cum uiā agit, & in pauperē diuertit domum.

B Orandum ergo eſt cum Pſ. Dñe inclina

Pſ. 143 cælos tuos, & deſcĕde. Hanc autem humilitatem optimam eſſe diſpoſitionem ad Deū ſuſcipiendum ipſe oſtendit per

Iſa. 66. Iſaiam. Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper pauperculum? Ille autē huiuſmodi eſt, q nouit indignitatē ſuā, & nihil eſſe oīa, q̄ egit. Hoc adiecit Salomō ad uniuerſa opera templi, quo ea reddidit illuſtriora; quod illa reputauit minima, ut Deo habitaculum eſſet. Tu ergo ſimiliter fac, dicque. Quis es o tu Domine, & quis ego, ut accedam ad te? tu ſanctus ſanctorum, ego vero primus peccatorum, quo pacto uilis vermis accedet ad infinitam maieſtatē? Stellæ nō ſunt mundę in conſpectu tuo, columnæ cæli contremiſcunt, poteſtates tremunt

C altiſſimi Seraphini alas complicāt ſuas, & uiles ſibi vermes apparent coram te. Magnus Baptiſta indignum ſe cēſet, ut ſoluat corrigiam calceamētī tui. Petrus ait: Exi a me Domine quia homo peccator ſum, quid ego agam? Si panes propoſitionis non manducat niſi purus, & ſāctificatur, qūo māducabo ego te panem Angelorum, cum adeo longe ē ſanctitate ſim? Si beſtia tāgens montem lapidatur, ego qui beſtia fuit, qūo ad te accedā? Agnum tui figuram nullus edebat, niſi pane azymo, lactucis amaris pſtinctus & calceatus: vbi nā mihi panis ſine fermento malitiæ, & neq̄tiæ, ubi amara cōtritio, puritas pedum, et affectuū? Video ego agnum puriſſimum igne charitatis A aſſum, quo in crucē mei cauſa uenit, eadem ignitus charitate ego accedere deberem, paratus eius cauſa ſanguinē fundere, & in crucem tolli. Ab hac mēſa pįectus fuit, qui caruit veſte nuptiali, quæ charitas eſt. Et quia alieno igne obtulerunt Nadab, & Abiu ſacrificium, non hoc cæleſti igne perierūt, qd faciā miſer q hunc ignem non uideo in me? Quia tetigit Oza arcā percuſſus eſt, qa Bethſamitæ eam curioſius inſpexerunt, perierunt, qūo ago nō timebo tm̄ exceptutus Deū? Quod ſi timore cōcutiendus ſum attendens magnitudinem tuam, qūo tremere non poſſum, ſi attendam peccata mea? Memoria recolo, aliqn̄ pluris me duxiſse vile ſtercus q̄ te, lex uitæ meę deſideria mea erant, obedientiam pręſtiteram prauis affectionibus. Ego ſum inſipiens ille, qui dixi id corde meo. Nō eſt B Deus, quia ita vitā duxi meā, ac ſi Deus non eſset, quia nec amore tuo ducebar, ut tibi obſequerer, nec iuſtitia tua vt timerē, nec propter legem tuā a malo diſceſſim, nec propter promiſſiones inclinaui cor ad faciēdas iuſtificationes tuas, nec propter beneficia gratias egi, nec qa preſens aderas, peccare deſtiti: ſed malū corā te fecit, omnia, quæ deſiderauerunt oculi mei, non negaui eis, nec prohibui cor meum, quin omni uoluptate frueretur, non ſemel, ſed millies te vendidi vt Iudas, quomodo ergo nunc oſculum tibi dabo? Sępius poſt Euchariſtiam ſuſceptam peccaui in te, quo id cōmiſi, quod C milites, qui tibi genuflectabāt, & poſtea feriebant. O amator animarum ſanctarum, qui paſcis inter lilia, quo pacto in animam ingredieris plenam ſpinis, & tribulis? Ferculum tuum ex Libani lignis confici debet, columnæ eius argenteæ, reclinatorium aureum, aſcēſus eius purpureus, ſed nihil horū in me uideo. Sepulchro nouo condi uoluiſti, nūc autem quid in me nouum eſt, ubi ſepeliatis, cum fuerim ſepulchrum patens omni iniquitati?

De tua ergo miſericordia fidens accedo. Tu dixiſti. Tu autem fornicatus es cum amatorib. multis, tamen reuertere ad me:

A ad me: Tu dixisti. Venite ad me omnes, qui laboratis. Et non est opus ualentib. medico, sed male habentib. & non ueni uocare iustos, sed peccatores. De te scriptum est: Hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Nec alterius nunc ingenij es quam tunc, & ideo eos uocas nūc ex cœlo, quos tūc in terra uocasti, & hac vocatione illectus uenio ut infirmus ad medicum, vt sanet, oneratus vt leuer. Si peccator tibi cibus est optimus, & ī Pharisæi conuiuio pcipuum ferculū fuit mulier peccatrix, ecce simile ferculum, simi lis cibus homo peccator. Nec.n. illud opus remedij Magdalenæ fuit ultimū mi B sericordiæ tuę opus, simile in me exerce; licet.n. lachrimæ meæ tot non sint, quæ sufficiant pedibus tuis abluendis, sed tā tus est à te fusus sanguis, ut satis sit oib. mundi peccatis abluendis. Ne indigneris Dñe, ꝙ talis ad te accedam, quando non indigne tulisti, ꝙ patiens fluxū sanguinis accesserit ad te ac tetigerit, & qd omnes infirmi ad te accesserit, quia virtus de te exibat, & sanabat oēs. Ad te accedebant omnia monstra mundi, dæmoniaci, leprosi, cæci, claudi, nec ulli opem negasti, sed omnibus accurristi, quia nō minus misericors es quam potens. Acce do ergo, & ego inter hæc mōstra ad fontem, gratiæ, ac misericordiæ, ut eā susci- C piam. Nō fugiam ut Adam, quia nudus sum, qa tu me cooperies, nec uia cęcus, quia tu illuminabis, nec quia cecidi, qa tu me eriges, & quo miser. or sū, eo magis gloria misericordiæ tuæ in me illucescet, sicut in cęco à natiuitate pro gloria Dei, ut manifestentur opera Dei in illo. Te quoq; oro pater cælestis, ne indigne feras, quod ad mensam accedam tuam. Si enim Dauid ad mensam recipit suā claudum Isboseth, quia filius Ionathæ erat, honorans in filio patrem, ita tu propter Christum patrem nostrum nos excipias in mensa tua, ille enim pater fuit futuri sæculi, qui plurimis dolorib. nos genuit in lecto crucis.

Quinto debet corpus præparari, primum ieiunio sicut pręcipitur in Concilio Carthaginensi, & habetur in capite sacramenta altaris, de consecratione, di stinct. 1. Et August. ad Ianuarium (& refertur in cap. Liquido, dist. 2.) ait, consuetudinem istam rationi cōsentaneum esse vt cum Christus in nos ingredi debet primus ingrediatur: Putat vero August. hoc a tempore Apostolorum institutū, quod colligit ex illis Pauli uerbis: cætera, cum venero, disponam, quib. verbis ostendit, aliqua se ordinaturū circa Eucharistiæ sumptionem, inter quę hoc vnum est. Ieiunium hoc seruari debet a media nocte pręcedenti, ut dicitur in c. nihil, 7. q. 1. Alia à confessore discenda, ut continentia coniugatorum, ut habetur in cap. Omnis homo, eadem distinctione, cum eam abstinentiam consulat Paulus ad orationem, & petierit Abimelech ad panes propositionis edendos. Cultus & ornatus corporis sit humilis, & deuotè, ac reuerenter accedendum tā quam ad Dei mensam. B

Restat, ut de gratiarum actione dicamus. Ad quam peragendam quęrendus est locus quietus, ne sensus uagentur: vnde Christus. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuū, & clauso ostio ora patrem tuum. Duo sunt, quę ostendunt, hanc sui collectionem ab homine præstandam post Eucharistię sumptionem. Primum reuerentia in Christum, irreuerentia enim esset, Deum domum tuam ducere, & cōtinuo exire, ac domo recedere. Attende quid tu diceres de eo, qui ita se tecum haberet. Si cum Christus diuertit in Zachęi domum, ipse egrederetur, an nō stultum diceres? Cum C ergo te colligis, ut cum Deo alloquaris, ei assistis, si alia cogitas, cum deseris, & ei terga uertis.

Secundū est utilitas nostra, quæ tunc maxime acquiri potest cum Deum in te inhabitantem habes. Quis nam est, qui in curia expectasset tempus, quo regem alloqui posset, ut beneficia peteret, & cum hora ei designaretur, aliò properaret? Et quis est, qui multo labore curasset aduentum magni medici in domum & cum adest, ille decedat? Si ergo per horam te colligere potes, uel per dimidiam, parumve minus Deo adstare te oportet. Tunc Deum prope habes, ut audiat

Margin notes: A Augu. (beside "stinct. 1. Et August."); 1. Co. 2 (beside "quod colligit ex illis Pauli uerbis"); Conc. Carth. (beside "lio Carthaginensi").

A audiat te, inuoca eum dum prope eſt, tunc illum deuinxiſti eo, quo deuinciri modo poteſt, quia ei te inhabitaculum tradidiſti. Cum durant ſpecies ſacramenti; in te Chriſtus eſt, & ideo te puta locum ſacramenti, qui vulgo Cuſtodia dicitur, ſicut vero irreuerentia eſſet, ſi il la huc illucque vagaretur, ita decens ne quaquam eſt, ut Chriſto ſumpto ſtatim diſcedas, & alia ages.

Cum te collegeris, attende, quid ſuſci peris, in bucella accepiſti Deum deorũ, in te contines eum, qui beatos facit ſanctos in gloria, quem Maria in utero con cepit, qui fons vitæ eſt. Dic ergo, tantus ne in me theſaurus eſt? inſomnium ne B an ueritas eſt, quod Deum contineo? ſed quo pacto inſomnium erit, quod fides eſt certa? Poſſibile ne eſt, ait Salomon, quod habitet Deus cum hominibus? Ex huius rei ponderatione innumeri affectus in anima ingenerari debẽt, qui ſunt amplexus, & oſcula, quibus ſponſa ſponſo feſtum agit. Quis det te fratrem meũ, vt deoſculer te Primus affectus admiratio ſit, quod bonum tantum ad me uenerit. Quid eſt homo, ꝙ memor es eius, aut filius hominis, quoniam uiſitas eum? vnde hoc mihi, vt veniat Dominus ad me? Exultet ergo ſpiritus meus in Deo ſalutari meo ſicut exultauit Ioannes in utero. Ea dilectione me Domine proſecutus es, vt non quieueris, donec in medio mei eſſes iuxta cor meum? Hinc C prorumpat in ſecundum affectum, in gratiarum actionem. Si enim ingratitudo ingrata Deo, & hominibus eſt, eo plus ſit ingrata, quo beneficium ſuſceptum maius eſt. Cum uero beneficium hoc ſummum ſit, cauenda nobis ingratitudo eſt. Pars magna huius actionis gratiarum erit, agnoſcere ſeſe imparem tanto beneficio, ac dicere, minor ſum cunctis miſerationibus tuis, nec pares gratias referre poſſum, licet vitam millies fundam. Magnus es tu, & faciens mirabi ia, Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo Domine, Benedictio, claritas, & gratiarum actio ſedenti in throno. Aliquando anima cum Deo loquetur, quæ diximus, aliquando ſecum dicens: Benedic anima mea Domino, & omnia q̃ intra A me ſunt nomini ſancto eius. Licet alia obliuiſcari, ſed tm̃ beneficium obliuioni ne tradideris. Aliquando cum ſanctis loquens petat, vt ipſi Deo gratias referant pro eo beneficio. Benedicite Angeli Domini Domino, Benedicite oẽs ſancti Domino. Et quia hæc imperia ſunt, pete à Chriſto, ut ipſe gratias referat, ſicut fecit: Cũ eleuatis oculis in cœlum, & patri gratias agens fregit panem & dixit accipite, & comedite, Hoc eſt corpus meum. Deinde deuincta anima tanto munere offerat ſe Deo ſuo: primũ ſe totam offerat, cum Deum totum receperit, dicatq; Domine, quid me uis facere? Deinde offerat Deo morum correctionem, ſingulariter in eo, in quo magis Deo diſplicet. Deinde miſericordias B poſtulet, afferens cor miſerũ, ut illud ditet, nec enim otioſe uenit in domũ tuã, ſed ut magna præſtet, &c.

CONCIO

De diuiniſſimo Euchariſtiæ ſacramento, quomodo frequenter ſit ſumendũ.

THEMA.

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Luc. 11.



Vm Diaboli munus, ac officium ſit uniuerſa à nobis C bona auferre, curat canales, per quas ea nobis proueniunt, tollere. Vt Bettuliam Holofernes caperet, dixerunt ad Iudit. 7 eum filij Amon & Moab, Vt ſine congreſſione pugnæ poſſis ſupare Iſrael, pone cuſtodes fontiũ, ut nõ hauriant aquã ex eis, & ſine gladio interficies eos. Ita omnino nouit dæmõ nobis fontes eſſe, ex quib. aquæ gratiam haurimus, de quibus Iſaias dixit: Haurietis aquas in gau Iſa. 12. dio de fontib. Saluatoris, quib. aquæ hauſtis robur aduerſus eum recipimus, & iõ nullum non lapidem mouet, ut ad hos fontes non accedamus. Præcipue tamen ad Euchariſtiã, in qua recipimus Xp̃m

gratiæ

A gratiæ fontē,& iō uberius. Et ex qua,ut Chryſ.ait,recedimus quaſi leones igne ſpirātes aduerſus dæmones. Hac de cauſa aduerſus hoc ſacrm iacula plurima direxit dæmon. Qđ adeo uerū eſt, ut ēt ante eius inſtitutionē aduerſus illud pugnare cœperit ipſe enim fuit qui hoc audito ſacramento Iudęos impulit,ut dicerēt. Durus eſt hic ſermo & qui poterit ſuſtinere illum? quomodo poteſt hic nobis carnē ſuā dare ad manducandum? Deinde uero aduerſus hoc diuiniſſimū ſacramentum plures adinuenit hæreſes vt illud de mundo tolleret pręcipue noſtris temporibus. Et demum in mundi fine cū venerit homo ille peccati, filius perditionis,qui dr Antichriſtus contra hoc ſacramentum præcipue militabit,ut illud de mundo auferat, ut ipſe liberius dominetur. Sic.n.Daniel ait. Tulit iuge ſacrificium, & deiecit locum ſanctificationis eius. Robur autem datū eſt ei contra iuge ſacrificium propter peccata.

Ioan.6

B

Dan. 8

Eodem modo curat, ſi non uniuerſo mundo,tibi tamē ſuadere, ut ad Eucharistiam non accedas, ſic enim illam à te tollit, quo facto impedit cibi in ciuitatē ingreſſum,vt uel fame capiatur urbs, ut dicere poſſit cum Pſa. Aruit cor meum, qa oblitus ſum comedere panem meū, Quas obſecro vires in pugnā miles habeat, qui per menſem cibum non guſtauit? Quō cor tuum nō marceſcet, ſi cibo illud non reficis? at caro Chriſti uere eſt cibus. Simul etiam cū te ab hac diuina menſa arcet, impedit ingreſſum regis in ciuitatē ab inimicis vallatam uenientis, vt eam tueatur. Accidit aliquādo, ut ciuitas ab hoſtibus ualletur, cumq; ciues in diſcrimine ſint,nuncium ad regem mittūt,quo certior fiat periculi, ut veniat cito,& eos liberet,q, ſi ille ueniat cū exercitu maximo,& ciuitatem ſuā intrat, ciues ſecuros ſe credūt. In diſcrimine omnis homo uerſat in hac vita, ab hoſtib. vallatus eſt intus,& exterius. Recte Auguſt.ait. Hæc tormenta animi nō ſentit in Eccleſia,qui non proficit. Qui vero proficere in virtute curat, ſentit hoſtiū vires,tentationum impulſus,uidet ſe circundatum,& clamat cum Ezechia: Do

Pſ.101

C

Simile

Augu.

mine uim patior,reſpōde pro me. Et cū Pſa. Eripe me de inimicis meis fortiſſimis,& ne quando dicat inimicus meus, prævalui aduerſus eum. Sed quid Deus hic clamoribus reſpondet? Certe illud Pſ. Propter miſeriam inopum,& gemitum pauperū nunc exſurgam,dicit Dominus. Ego ſurgo,eoque, ut tibi auxilio ſim periclitanti. Dicunt iuſti illud, quod olim Iſrael dixit,cum exercitū ualidum hoſtium videret. Afferamus ad nos de Silo arcā fœderis Domini, & veniat in mediū noſtri,ut ſaluet nos de manu inimicorum noſtrorum. Dicit vero Deus, ego ueniam,& ingrediar in te,& habitabo in medio tui,ut nullū paueas hoſte. Olim Dauidi ſerui ſui dixerūt. Mane in ciuitate: Tu ſolus pro decē millib. computaris. Sed multo rectius id Xpo Dño nos dicere poſſumus. Mane in nobis habita in nobis,tu enim ſolus formidabilis eris dæmonibus, tu plus in nobis boni efficies,& plura mala fugabis q mille alia remedia. Si forte ò homo recte communicaſti,cum intra te habes,qui p decem millibus cōputatur,rex intrauit ciuitatem ſuam,& Dñs exercituum in eā venit,ut defendat ab inimicis,ſecurus eris. Si vero dæmon impedit aduentū huius arcæ in caſtra, ingreſſum Chriſti in te,nouit facilè te ſuperandum, ideo omnibus vijs curat,ne ad Euchariſtiam accedas,& ad hoc plures adhibet conſiliarios,plures timores,ac innumera obijcit impedimenta,ut ad hoc cōuiuium uocatus non accedas.

A

Iſa.38.

Pſa.30

Pſa.12

Pſa.11

1.Re.4

2.Reg. 18.

B

Vt vero nouerimus,quomodo digne accedamus,notādum ex Diuo Thoma, & omnium ſanctorū doctrina. Triplex eſt dignitas,& deuotio,qua ad hoc ſacramentum homo diſponi poſſit. Prima, qua homo à peccato mortali receſſit per pœnitētiam,ac firmiter ſtatuit illud nullo modo admittere. Sicut fecit,qui dixit, Iuraui,& ſtatui,cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ. Et iniquitatē odio habui,& abominatus ſum, legē autem tuam dilexi. Secunda adhuc perfectior,qua homo firmiter decreui,,nec veniale peccatū admittere,licet ei vita eripienda ſit, & uniuerſus euertendus mundus. Tertia demum

D.Th.i p.p.82.

C

Pſ.118

A mum, qua homo se diuino ob equio oino tradit, ac decreuit in oib. diuinam q̃ rere uolũtatem, ac gloriam, & perfectiora, ac meliora in oib. sequi. Hæc uero, q̃ diximus, sunt, q̃ deuotionis nomine digna censentur, licet spiritua'is dulcedo absit. Cum. n. deuotio sit firmum decretum Deo inhærēdi, his tribus modis ei inhæremus firmiter. Prima dignitas, ac deuotio omnino necessaria ẽ, ut ad hoc sacramentum digne accedamus. Duæ reliquæ optimæ sunt, sed non omnino necessariæ, ut declarat Conc. Trid. exponens illud Pauli: Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, &c.

Conci. Trid.

Hinc fit, ut grauissimum sit peccatũ ad Eucharistiam accedere cum cõsciẽtia mortalis peccati. Vnde Pau. Quicũque manducauerit panem, & biberit sã guinem domini indigne, reus erit corporis, & sanguinis Dñi. Quo loco Glossa ait. i. ac si Christum occideret, punietur. Et Hieronymus in epistola ad Sacerdotes. Dic quisquis fueris, qui sacramenta sumis, qualiter cum eis labijs filiũ Dei oscularis, quib. osculatus es labia meretricis? O Iuda filiũ hominis osculo tradis? Aug. ait. Non minus peccant, qui Christum tradunt peccatoribus membris, quam qui Christũ tradiderunt crucifigẽtibus Iudęis. Traiciunt n. hi Christum in peccati lecum, qui est in potestate dæmonũ, sicut Iudas tradidit ipsum manibus iniquis Iudeorum. Bernardus ait. Est, ac si proijceres in lutum filium hominis, plus n. abhorret ille spirituales sordes, quam corporeas. Amb. ait. Grauissimum hoc crimen est, & quod Deus in hac uita infirmitatibus, & morte plectit. Et licet medici alias proferant causas infirmitatum plurium, quę æstiuo tẽpore plurimum urgent, ratio tamen esse solet, quia plurimi in Paschate male cõmunicauerũt. Hoc uero est, quod Paul. ait, Ideo inter uos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Christus ergo susceptus iustis uita est, malis mors. Et huius rei rationem Chrysost. reddit, dicens, sacramentum hoc cibus spũalis est. Sicut uero corporalis cibus dum uẽtrem inuenit aduersis humoribus occu

1. Co. 11 B Glos. Hiero. Aug. Bern. Ambr. C 1. Co. 11 Chrys.

patum, amplius lædit sumentem, ita hic spiritualis cibus, si aliquem reperit malignitate corruptum, magis eũ perdet, non sui natura, sed accipientis uitio. Attende ô peccator, quem recipis, hostẽ n. vindicem in domum recipis, iudiciũ tibi manducas & bibis. Si ergo recte communicare vis, conscientiam munda tuã ab operibus mortuis. Ideo Aaron, & filijs eius præcipitur, ne accedãt ad altare oblaturi thymiama, nisi prius manus lauent. Et in Leuitico dicitur. Si quis de semine Aaron maculam habuerit, nõ offerat Deo panes, nec ad ministerium accedat. Ideo etiam prius discipulorũ pedes lauit, quam Eucharistiam concederet. Cum enim illotis manibus communes panes manducare non uenisset, hoc sacramento non nisi lotis pedib. dedit, idest, purgatis affectibus, quos quia Iudas non habuit purgatos, post buccellã introiuit in eum Satanas, & laqueo suspensus in infernum descẽdit. Et huius rei significãdæ gratia aliud supplicium pertimescendum Deus ostendit, cũ Ozã percussit, quia extẽdit manum suam ad arcam Dei, & tenuit eam, quoniam calcitrabant boues, & declinauerunt eam. Iratusque est Dñs indignatione contra Ozam, percussit eum super temeritate, qui mortuus est ibi iuxta arcam Dei. Sed iure dubitari potest, cur Deus tanta indignatione in Ozã fuerit indignatus, qui bonum aliquid egisse uidetur, tenere. s. arcam, ne caderet in terram. Certe peccatum Ozæ hoc fuit, quod Deus in lege præceperat, arcam deferri humeris leuitarum, non uero a iumentis insipiẽtibus, quæ arcam non discernebant, nec dijudicabant ab alijs operibus, & ideo fieri, de causa eam deijceret in terram. Oza uerò imposuit arcam in plaustro nouo, quod boues deferebant contra Dei præceptum. Inconueniens vero, quod inde sequi poterat, manifestum factum est, cum boues calcitrauerunt, & arcam in terrã deijciebant, & ideo tunc diuina ultio deseuit in Ozam. Quo facto nobis significatũ est, a iustis, qui ratione utuntur Christum Dominum suscipiendum, ac portandum, non à peccatori-

A Leu. 21 Ioã. 13. Ma. 15 B 2. Re. 6 C Nu. 1. 7. & 10 & De. 31. & Ios. 3.

A catoribus,qui iumenta ſunt in ſipientia, quod ſi aliter fiat indignationem Domini in eum uenturam,qui id commiſerit.

Iam uero ad iuſtoꝛ orationem cõuertamus. His,qui ſunt ſine cõſcientia peccati mortalis,utilis ſimũ eſt,hoc frequentare ſacramẽtum. Hæc eſt doctrina omnium ſanctorum, Eccleſiæ,Conciliorũ, & ipſius Euangelij ſecundum ſanctoru expoſitionem. Vnde oppoſitum eſt mala doctrina. Probatur hoc. Primo ex nomine, quod huic tribuit ſacramẽto ſcriptura,dum illud dicit panẽ: De quo plu
Pſ.101 res ſancti intelligunt illud Pſalmi: Percuſſus ſum ut fœnum, quia oblitus ſum
Pſ.103 comedere panem meũ. Et illud. Panis cor hoīs confirmet, quod huius ſacr̃m
Prou.9 proprium eſt. Et ſapientia clamat: Venite comedite panem meum, bibite vinũ,
B quod miſcui uobis. Et illius figura fuit manna,quod quotidie a Deo dabat̃, qđ
Exo.16 panis etiam dr̃: Ecce ego pluã uobis panes de cęlo,quia fiebat ex eo tortula qua
Pſ. 77. ſi panis oleati: Et in pſalmo. Panem An
Iſa.30. gelorum manducauit homo. Et Iſai. Pa
Ge.16. nis frugum terræ erit uberrimus Et illius figura fuit panis Deo oblat⁹ p Mel
1.Reg. chiſedech? Et panis ſubcineritius Eliæ
16. datus. Et panes propoſitiouis,de quib. ĩ
Ex.40. Exod. Et ipſe Dñs dicit ſe panem uitæ,
Ioan.6 & hic eſt panis, qui de cęlo deſcendit. Sicut ergo panis eſt cibus quotidianus, & alimentũ,frequenter ſumendum eſt, ne corporis uires deficiãt, ita hoc ſacr̃m, ꝗ panis eſt,& cibus animarum,frequẽter
C ſuſcipi debet, ne ſi ieiuni ſimus,deficiamus in uia. In idem facit illud quod ini-
Luc.11 tio cõcionis propoſuimus ex Luca. Panem noſtrũ quotidianum da nobis ho-
Aug. die,quod Aug. ad Probam, Cyprianus, Ambroſius, Hieronym⁹ de hoc diuiniſſimo ſacramento intelligunt. Petitur vero quotidie,& id ſignificat hodie,ſic in-
Ambr. telligit Ambroſius lib. 5. de ſacramẽtis,
Mat.6. cap.4. ubi ait. Quotidie ſi accipis,quotidie tibi hodie eſt. Quotidie ergo utiliter ſumitur, quod docet dominus quotidie petere. Et ideo apud Matthæũ dicitur, panem noſtrum ſubſtantialẽ. Quo loco Gręcè habetur,ton epiuſion,ille vero articulus ton, emphaſim habet, ac ideo

ſignificat panem illum excellentiſſimũ. A

Secundo idem probatur ex uſu naſcẽtis Eccleſiæ, quæ eſt regula certiſſima ſpiritus Dei. Et ideo cum Ioannes dixiſſet. Probate ſpũs ſi ex Deo ſint. Subiungit optimam regulam probandi ſpiritus dicens: Vos,quod audiſtis ab initio,in vobis permaneat. Si uobis permanſerit, 1.Io.2
quod audiſtis ab initio,& uos in filio,et patre manebitis. Et poſtea addit. Hæc ſcripſi uobis,de his,qui ſeducũt vos. Cy Cyrill.
ril. in c.26. Eſaię,in illa uerba, Spiritum ſalutis. Et Anacletus Papa in epiſt. colligunt ex his verbis Ioannis,optimã regulam probandi ſpiritus eſſe, ſi q̃ in Eccleſia ab initio,& a principio docta, & geſta ſunt,teneamus. Et qui aliam regulã tradunt ſeductores ſunt ĩnĩa Ioannis: Idipſum docet Paulus,tractans,quomo Phil.3.
do probandus ſit ſpiritus ſcripturæ, vel ſermonis,non permittens aliter ſentire, B
quam vt ab initio traditum eſt. Idipſum nos Propheta monet cum ait. State ſu- Hier.6
per uias veſtras,& interrogate de ſemitis antiquis, & ambulate in eis,& bene vobis erit. Nũc ergo interrogemus has ſemitas antiquas Eccleſiæ, & quid initio Eccleſiæ traditum,& obſeruatũ fuerit,ut illud nos faciamus. Audi Lucam, qui in Actib. ait. Erant perſeuerantes in Act. 2.
doctrina Apoſtolorũ, & cõicatione fractionis panis. Quę verba ſancti de quotidiana Eucharistiæ perceptione exponunt: Quam conſuetudinem poſtea ſeruatam multis annis oſtendit Anacletus Anacl.
Papa,de conſecr. diſt. 2. cap. Peracta cõ- C
ſecratione cẽs communicent, quotquot noluerint eccleſiaſticis carere liminib. Sic enim & Apoſtoli ſtatuerunt, & ſancta Romana tenet Eccleſia. Et Hieron. Hiero.
in apologia contra Iouinianum,ſuis tẽporibus ſeruari hanc conſuetudinem dicit. Scio,inquit,Romanæ Eccleſiæ hanc eſſe conſuetudinẽ, ut fideles ſemper corpus Christi accipiant. Et in epiſt. ad Lucian. aſſerit,conſuetudinem quotidie cõmunicandi in Romanorum eccleſijs,& ĩ Hiſpania ſeruari. Et iſte antiqſſimus uſus vſque hodie ſeruatur in antiquiſſima Eccleſia Aethyopiæ, ĩ imperio preſbyteri Ioannis, vt quicunque miſſæ interſunt,

A r sunt communicent, ut in historia tra ditur & nos a grauissimis testibus acce pimus. Nec uero unquam Ecclesia quo tidianam communionem prohibuit, i mo prohibentes prohibuit, ut patet de consecratione distinctione 2. Non pro habeat dispensator manducare pingues terræ in mensa Domini.

Eadem doctrina probatur ex omniũ sanctorũ consensu. Beatus Ignatius epi stola decima ad Ephesios ait. Festinate ergo frequẽter ad Eucharistiã, & Dei glo riam accedere, quando.n. hoc ipsum agi tur, expelluntur potestas Sathanæ, qui act⁹ suos cõuertit in sagittas ignitas ad peccatum. Beatus Chrysostomus homi lia quinta in epistolam Pauli ad Timo theũ ait. Hoc est, quod uniuersa pertur bat, quia non munditia animi uerum in teruallo temporis longioris meritum pu tas, summamq; arbitraris reuerẽtiam, B si non sæpe cæleste illam adeas mẽsam. Ignotas, q̃m idignẽ accedere, ẽt si semel tm fiat, supplicio tradet: dignè vero, etiã si sæpe accedas, salutem inde coinqres? Non est audaciæ sæpe accedere ad di uinam mensam, sed indigne accedere. Nec intelligimus miseri, quod hi, qui Christum crucifixerunt, semel tantum id fecerunt, & qui Christum prodidit, semel tantum prodidit. Quid igi hanc rem temporis lege metiris? Tempestiuũ accedendi tempus munditia cõscientiæ facit. Et idem homilia 28. super Corin. 11. ait. Non est expectanda solẽnitas, vt accedas ad hoc sacramentũ, sed semper est solemnitas, cum adest cordis mundi tia, q̃ si habueritis, semp celebrare potes C solemnitatem, semper accedere, id.n. so lum tẽpus præscribit Paulus, cũ ait. Pro bet ãt seipsũ hõ, & sic de pane illo edat. Beatus Cyprianus sermone sexto in o rationem Dñi cam, & in sermone de cæ na Domini mirificis verbis commẽdat quotidianam communionem. Beatus Hilarius, ut refertur de consecratione, distinctione secunda ait. Si non sunt tanta peccata, ut excommunicetur quis non se debet a medicina corporis Do mini separare. Et timendum est, ne diu abstractus a corpore Christi, alie-

Ignat.

Chrys.

Cypri.

nus rem inet à salute, qui peccare quie- A uerit, communicare non desinat. Bea tus Ambrosius libro quinto de sacramẽ Ambr. tis, capit. quarto ait. Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis? Ac cipe quotidie, quod quotidie tibi pro sit. Sic uiue ut merearis, quotidie acci pere. Qui non meretur quotidie acci pere, nõ meretur post annum accipere. A ug. Augustinus tractatu. 26. in Ioãnem ait, Securus accede, panis est, nõ uenenum. Grego. Gregorius libro septimo Registri episto la 31. ad Matilen. ait. Inter cætera ar ma, quę contra principem mundi Deo fauente contuli, quod potissimum est, ut corpus Domini frequenter acciperes. Berna. indicaui. Beatus Bernardus ait. Qui vul nus habet medicinam requirit, vulnus habemus, dum sub peccato sumus, me dicina est sacramentum, quotidie acci pe, quotidie curaberis Diuus Thomas, D.Th. tertia parte quęstio. 80. art. 10. ait. Quia B tamen amor præfertur timori per se lo quendo commendabilius esse uidetur, quod aliquis frequẽtius summat, quam tardius.

Sed in omnium fine uerba Concilij Conci. Tridentini referamus, quod sic ait. O Trid. ptaret quidem sancta Synodus, ut sin guli fideles singulis missis astantes com municarent, non solum spirituali affe ctu, sed etiam sacramentali Eucharistię perceptione, quo ad eos sacrificij huius fructus uberior perueniret, &c. Mani festis authoritatibus veritatem istam comprobauimus. Nunc rationibus il lam confirmamur, quarum prior sit. Ea ratione necessarius est frequens cibi cor C poralis usus, ut quod calore naturali de perit de humido, cibo reparetur, ne mors incurratur. Eadem ratione cum calor concupiscentiæ, & alia externa de uotionem, & gratiam nobis quasi con sumant, necessarius animæ est cib. iste sequens, ne anima prorsus alienetur à Deo. Vnde monet Innocẽtius Papa, ca Innoc. uendum est, ne si nimiũ hujus sacramẽ ti sumptio differatur, in mortis spiritua lis periculum incidatur. Cum.n. ut ex di ctis sanctorum patet, sit hoc sacramẽtũ medicina peccat, frequenter accipi de- bet.

A bet, curat enim a peccato præterito, præsenti, & futuro: A preterito quidem, q a eius reliquias, & pœnam aufert: a præsenti, quoniam a uenialibus purgat, & aliquando a mortali, si attritus quis accedat, sine conscientia peccati mortalis, quod tamen admisit; a futuris præseruando propter robur, quod animæ tribuit, est enim panis cor hominis confirmans. Vnde postquam in oratione Dominica hunc panem petimus, tanquam illius effectum petimus cõtinuo: Dimitte nobis debita nostra, et ne nos inducas in tẽtationẽ. Frequenter ergo suscipi debet, ut hos percipiamus effectus. Nec solum hos habet mirabiles effectus, sed

B & plures alios, quia est lignum illud uitæ, de quo Apocalypsis ultimo dicitur:

Ap.22. Et ostendit mihi fluuiũ aquæ uiuæ splẽdidum tanquam crystallum procedẽtẽ de sede Dei, & agni, & i medio plateę eius, & ex utraque parte fluminis lignum vitę, afferẽs fructus duodecim, per singulos mẽses, reddẽs fructũ suũ, & folia ligni ad sanitatẽ gẽtiũ. Ex utraq; fluminis parte hoc lignũ esse dicit, q miraculum in solo Christo Domino effectũ est, qui in cęlo, & in terra est, fructus huius ligni vitæ duodecim sunt, quia innumeri, de quibus multa Richardus in 5. distin. 11. Vere lignũ uitę est, sicut lignũ aliud fuit lignũ mortis. Sed si nunc quispiã inueniret uiã in paradisũ terrestrẽ, ut homines possent illuc accedere, & comedere de li

C gno illo uitę, q est i medio paradisi, qua auiditate, uniuersi hoies currerẽt, ut ligno illo fruerẽt, quo mortẽ uitarẽt. En o hoies aliud lignũ uitæ multo prestãtius q illud, hoc enim confert uitã diuinã, & æternã, non animæ solum, sed & corpori, ergo ad hoc auide, & frequenter currite, accedite, comedite, fructus eius dulcis erit gutturi uestro. In omnibus sacramẽtis uirtus, et odor Christi est, & de omni

Can. 1 bus spõsa ait. Curremus in odorẽ unguẽtorum tuorũ. In hoc uero diuinissimo sacramẽto ipse Christus est, & ideo uirtus eius copiosior, curramus ergo ad illud.

II Secunda ratio, quæ idipsum manifeste ostendit, experientia est, quæ in omnibus plurimum ualet & in mechanicis expertis credimus. Procedant ergo nũc in publicum duo hoies, ex quibus alter frequenter accedit ad hoc sacramentum, alter uero post annum, & interrogemus ab eis qũo quisque se habeat. Dicat, qui hoc sacrm non frequentat, an ppra Deũ magis timeat, ac reuereatur, & cum post annum accedit, qua reuerẽtia ac dispositione accedat sine dubio qui minus Deũ timent qui plura peccata perpetrant, qui enim accedunt post annum, minus parati sunt. Qui uero hoc sacramentum frequenter suscipiunt, plus Deum timent, & a peccato recedunt, & deuotius ad illud accedunt. Caue ergo, ne similis Adæ sis, qui cum potuit, de ligno uitæ non comedit: cum uero uoluit, non po-

B tuit. Sed ais, frigidus, & indeuotus sum:

Gerso. Qui propterea ad hoc sacramentum nõ accedit, ait Gerson, similis ei est, qui ait, ad ignem non accedo, quia frigidus sum ad medicum non me confero, quia æger sum. Sacramenta medicinæ sunt, etiam si infirmus sis, accede, Christus ignis est etiam si frigidus sis, dum in lethali peccato non sis, accede, nam reuerentia, ac deuotio in hoc sacramento sæpe dantur, & innumera bona, ac fructus, quos nemo scit, nisi qui accipit, in profectu uirtutum uictoria passionum, & similibus. Restat ergo, ut inuitatus ad has epulas, non recuses, ne a regno excludaris cum illis inuitatis, de quibus Luc. 14.

Hic est panis pinguis, qui præbet delitias regibus. Genesis 49. hic est panis fru C

Iud. 5. gum terræ uberrimus, de quo Propheta. Hic est panis primitiarum, Agnus Pa- 1.R.14 schalis, cuius sanguine liberamur. Hic est hædus, quem Manue obtulit Domino super terram. Est fauus mellis Ionathæ, quo illuminatus est, & inimicos superauit. Comedite ergo amici & inebriamini charissimi, & percipietis fructũ uitæ. Si. n. fimbria Christi, umbra Petri, semicintia Pauli, & sudaria Leui contactu sanitates perficiebant, quanto magis Christi corpus. Si ergo sitis, accede ad fontem pietatis. Si esuris, accipe panem uitæ, qui implet bonis esurientẽ. Si cęcus, & debilis es, huiusmodi ad cœnam inuitantur: Luc. 14. Si instabilis

es, en

A es, en panẽ, qui cor hominis confirmat. Si tristis, en vinum, quod lætificat cor. Si ab inimicis vallatus, ecce paratã men sam aduersus eos, qui tribulant te, ecce panẽ Gedeonis, qui irruit in castra Madiã. Si peregrinatis a Domino, in huius cibi fortitudine, peruenie sq; vsq; ad mõtem Dei Oreb. Sed interrogas, qua frequentia vtar hoc cælesti cibo? Pro caloris diuersitate plus cibi unus hõ capit quã alter, ita pro diuersitate charitatis di uersimode accedendum est ad hoc sacra mẽtum. In deuotis clericis, qui quotidie celebrant, & nulla adhibita præparatio ne, ac gratiarũ actione, consulerem ego abstinentiam ad hoc cibo. Ad quos Ma

Mal. 2. lachia: Offertis panẽ pollutũ super men sã meã. Panis angelorum in se polui nõ põt, sed quantum est ex parte nostra eã

B polluimus, cũ irreuerẽter tractamus. An nõ propheta ait. Et coinquinabar teme-

Ez. 22. dio eorum, dicit dominus? Abstine ergo ò sacerdos, & disce diuina diuinè tracta re. Reliquis uero dico. Hi, q uita religio sam agunt, et si sæculares sint, qui orõni ac examini, alijsq; pijs operibus uacãt, octauo quoq; die accedant ad hoc sacra mẽtũ. Reliq vero de plebe singulis men sibus. Nullus sanctorũ ac Doctorũ fuit, qui consuluerit, am plius abstinere.

CONCIO.

C In supplicatione publica ad pluuiam petendam.

THEMA.

Ecce nubecula parua quasi uestigiũ hominis ascendebat de mari, qui ait. Ascende, & dic Achab, iunge currum tuum, & descende, ne occupet te pluuia. Et facta est pluuia grandis. 3. Reg. 18.

3. Reg. 18. CLauserat cælũ verbo suo Elias, ut nec ros, nec pluuia descẽderet sup terrã. Mirabilis sanè hois potestas, &

Iaco. 5. orõnis uis, vt Iacobus expẽ dit, & inferius dicemus. Orauit rursum Elias, & facta est pluuia grãdis. Huius aũt signũ fuit nubecula parua ascendẽs de mari. Siti siccitate laborabat terra, A priusquã Xps in eam descẽderet, oĩa ari ditate, & defectu gratiæ peribant. Sed nubecula parua ascendit de mari, quando Maria ascendit sicut virgultum. Nubes illa est, quæ pluit iustũ, in qua arcus cęli uisus est signum pacis, illa ascenden te pluuia uoluntaria segregata hæreditati Dei ascendit copiosa, quia gratia mundo reddita est. Et qui dicebat. Ani- Ps. 142 ma mea sicut terra sine, aqua tibi, iã di- Ps. 64. cit visitasti terrã, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eã, in stillicidijs eius lætabitur germinans. Hac gratię aqua nũc indigemus plusquam tẽporali pluuia. Vtraq; vero p Mariã nobis cõce dẽda est, cuius orõ clauis est cæli, illudq; aperit. Ad eam suppliciter accedamus.

Vt rectè philosophemur in his, q̃ ad B hanc terræ siccitatem pertinent, inquirẽ dũ est, quis eius causa sit, quoniam Deus eius est author. Deinde sciendum, qbus de causis eam immittat, his etenim cognitis, facile erit remediũ illius nosse. Primũ nosse oportet, quis eius cã sit, vt ad eum accedamus. Huius uero rei memorabile exemplum habemus in celebrata illa ciuitate Athenarum, quod Eu- Euc. cumenius grauis, & Gręcus autor memorię prodidit sup Acta Aplorum scribens. Ait. n. ante plura sæcula in ea ciuitate pestem maximã grassatam fuisse, q̃ eam misere uastabat. Ciues uero in discrimine positi ad Iouis simulacrũ ac- C cedentes plura obtulere sacrificia, uota, ac orationes, ut a peste eos eriperet, sed non ad Iupiter fecit. Postea ad Saturnũ, Neptunum, Mercuriũ, alios q; deos con fugerunt, nec tamen eis opem tulerunt, sed in dies pestis crescebat. Cumque res hæc uersaretur, a tractaretur in Curia, dixit Sapiens vir. Absq; dubio hi dij à nobis cogniti non immittunt pestem hãc, qñ nobis orati eã non auferunt, alius ignotus à nobis Deus est, qui eã immittit, quiq; eã tollere põt, & a nobis orandus est: erigamus ergo huic ignoto Deo arã, & ei eã sacrificia, uota ac orationes ei offeram, & liberabit nos. Placuit oibus sapientis cõsilium, & aram erexere ignoto Deo, qui Deus uerus erat, & i

Ara uota ac sacrificia offerrentes liberati sunt à peste, & integra ualetudo ciuitati
Act. 17 restituta est. Hãc arã post plures annos ostendit Pau. prædicans Athenis, & dixit, hic ignotus Deus est, quẽ ego uobis annũtio, hic.n.est, q pestem, qui alia flagella immittit, quiq; ea tollere pót, nec alius potens est hæc facere, nisi ille. Multa profectò flagella peccatoris, & multæ & tribulationes iustorum, oportet vero nosse, à quo ista procedant, & in quo eorum remedium sit. Dij quidam sunt in mundo oibus noti, qui tñ à tribulatione nos eripiunt. An non dij sunt nũmi, nobilitas, delitiæ, ac similia, quæ mũdus colit? Sed num ista liberabũt hominem in tẽpore angustię, in infirmitate, tristitia, ac periculis. Vide ad deos patris tui,
B
4. Re. 3 vt te protegãt, aiebat propheta. Et Moy
De. 32. ses: vbi sunt dij eorũ, in qbus habebãt fiduciam, surgant, & opitulentur nobis, & in necessitatibus nos protegant. Nunquid in hac aquæ penuria, accurrere nobis poterit humanũ aliquod auxiliũ? Num pecunia, aut honor? Nequaquam Deus certè noster, qui merito ignotus appellatur, est, qui cõtinet aquas suas, qui nubibus suis mandat, ne pluat super nos, quia eius hæreditas non sumus: ideo ad eum accedere oportet, illum peccati, eiq; placere, ut optata concedat. Deus noster sicut omnium rerũ causa est, ita in oibus operatur semper, & ideo in creaturis oibus illa est, & p illas nobis bona cõfert tanq̃ prima, ac præcipua causa. Et per il
C
las etiam nos flagellat. Et qui in mundi fine armabit omnẽ creaturam ad ultionem inimicorũ, & supremum cũ eis cõferet bellum, nũc armat aliquas creaturas ad ultionem aliquam sumẽdam, & leues pugnas excitat, quę vulgo dicũtur
clemẽs (Escaramucas) sicut refert Clemẽs li. 5. recognitionem audiisse se à Petro Apostolo. Cum ergo siccitas imminet, cum venti perflant dispergãtes nubes, à Deo ista procedere indubium est. Qua ratio
Amo: 4 ne ille ait p Amos. Ego quoq; prohibui à vobis imbrẽ, cum adhuc tres mẽses superessent usq; ad messẽ, & plui sup unã ciuitatẽ, & super alteram ciuitatem non plui, pars una cõpleta est, & pars, sup q̃ non plui, aruit. Et per Isa. Nubibus mẽs
A
mandabo, ne pluant super eã imbrem. Iob 33
Postquam ostendimus a Deo nos flagellari siccitate, sciendũ restat, qua de cã a Deo siccitas immittatur. Si id nosse vis, audi Iob dicẽtem. Semel loquitur Deus & secundo id ipsum nõ repetit. In q̃ verba Gregorius ait. Tribulatæ mentis ingeniũ est, nosse velle, cur flagelletur, & Greg.
singulare sibi factum responsum, de hac re cupit. Sed Iob ait. Semel loquit Deus, id est, omnib. in Scriptura loquutus est, à qua quisq; potest sibi vsurpare responsũ, nec opus est, vt singularis loquat. Videamus ergo in Scriptura, qua rõne pluuiæ prohibitæ sint, vt inde discamus nostra. In 2. li. Regum tribus annis sterilitas fuit in Israel in diebus Dauid, pp sce
B
lus admissum à Saule in occisione Ga- 2. Re. 2
baonitarum contra iuramẽtũ eis factũ a Iosue, & principib. populi. Et ultione Iosue 9
sũpta, satisfactaq; parte stillauerũt aquę super terrã. In 3. Reg. enumeratis peccatis Achab, addit. Et dixit Elias ad Achab 3. Reg.
viuit dñs Deus Israel, in cuius cõspectu 16. & 17
st o, si erit annis his ros, & pluuia, nisi iuxta oris mei verba. Sed dure sonãt hęc verba, quid.n. amplius inimicus dicere posset? Sed nõ ut hostis hęc dicit, ait.n. Viuit dñs, in cuius cõspectu sto. Corã Deo loqr pro Deo, à Deo cõspectu didicit, q̃ pronunciat, qm, vt pctã cessent, pluuiam cohibet pctã ergo siccitatis causa sunt. Vt Ps. dr. Posuit flum na desertum, & Ps. 103
terrã eorũ i salsuginẽ a malitia habitan
C
tiũ in eã. Et Hier. Vsquequo lugebit ter Hie. 12
ra, & herba omnis regionis siccabit pp malitiã habitãtium in ea? Id ipsũ Amos ubi supra dixit, prohibitas aquas pp peccata. Nec huius tm mali causa est, pecca Amo. 4
tum, sed & aliorũ oĩum. Vnde Sapiens. Mors sanguis, cõtẽtio et rõphea, oppssiones, fames, & cõtritio, & flagella sup ini Ecc. 41
quos creata sunt hæc omnia, & pp illos factus est cataclysmum, idest diluuium.

Si ergo ex his, quæ in scriptura tradita sunt, colligere debemus, quę ad nos pertinent, proculdubio aliqua nũc sunt grauia peccata, pp q̃ Deus nubibus suis mandat ne pluãt super nos propter, quæ cœlum factum est æneum, q̃ si tollãtur,

stil-

A stillabit aqua. Id. n. in eadẽ, legimus scriptura, vltione. n. facta in domo Saulis pluuia descẽdit. Cõuersio Israel ad Deũ & interfectis ab Elia sacerdotib. Baal, ascendit nubecula parua, & post eã pluuia magna. Q m cũ Deus supplicio intẽdat cõuersionem nrãm, hac facta supplicium tollit. Tanq pr corripit nos Deus, ac supplicia adhibet, q prius quidem esse ostẽdit humanum exemplum. Cum. n. plures pueri aliquid indignũ perpetrãt, si vides uirum unum ex illis pueris corripere, ac castigare, alios autem derelinquere, ais, ille filius eius erat, ideoque ab eo supplicio affectus est, reliqui alieni erant, iõ eos dereliquit. Hoc ipsum Deũ agere ostendit, ipse per Amos, dicẽs: Tãtummodo uos cognoui ex omnibus cognationib. terræ, idcirco uisitabo super vos omnes iniquitates uestras, quasi dicat, quia uos soli filij mei estis: ideo uos puniam, cum peruerse egeritis, nec impunitos reliquam, ut reliquos, quos in die iudicij in plenitudine peccatorũ puniam. Sed quid hac castigatione Deus intendit? Certe ut ad eum cõuertamur. Et ideo de eis, qui sterilitate, ac aquæ penuria uisa ad eum non reuertuntur, ait Amos: Ego quoq; prohibui a uobis imbrem, cum adhuc tres menses superessent, usq; ad messem. Et non redistis ad me, dicit dñs. Mira certe hoĩs stultitia, q flagellum uidet, flagelli liuorẽ, ac plagã sentit, nec tñ reuertitur ad percutientẽ se, sed in dolore, ac mœrore versatur. De qua re Propheta ait. Væ eis, qm recesserunt a me, vastabunt, quia præuaricati sunt in me, & ego redemi eos, & ipsi loquuti sunt contra me mendacia. Et non clamauerũt ad me in corde suo, sed ululabunt in cubilib. suis, super triticũ, & vinum ruminabant, recesserunt a me. Quę uerba explanat Hiero. & Theod. non me inuocabant, sed ad idola ululabant. Solebant. n. (inquit Theoph.) idolorũ cultores furijs agitati ululare. Sed quia nõ in templis, sed in cubiculis vlulasse propheta dicit, rectè interpretari possumus, cum essent in miseriis, nõ me inuocabant, sed mœsti in cubiculis suis flentes sedebant, & muliebriter eiulabant, quasi Deũ non haberẽt, a quo possent leuari. Et ruminabant super triticum, &c. i. concidebantur super tritico, vino & oleo, vel concidebant se, sicut sacerdotes Baal cultris se concidisse legimus. Quod etiam illi suo modo prę̃stãt, qui nimis anguntur & discidunt corda sua ruminantes, ac considerantes tritici penuriam, nec ad Deum supplici oratione accedunt, & in eo confidunt.

[Left margin: Simile; Amos 3.; B; Amos 4.; Ose. 7.; C; Hiero.; Theodor.; Theophyl.]

Duo ergo sunt, quæ præstare debemus: primum, ut peccata per pœnitentiam tollamus. Sicut. n. tempestas non conquieuit, etiam si plures orarent, donec Ionas agnouit peccatum suum, & vltio de eo sumpta est, eo in mare misso, ita Dei flagellum nõ cessabit, donec agnoscas ò homo peccatum tuum, ac pęniteas. Dic ergo cum Dauid. Ego sum, qui peccaui, ego inique egi, isti, qui oues sunt, quid fecerunt, vertatur obsecro furor tuus in me. Et cum Iona. Propter me orta est tempestas, tollite me, & proijcite in mare. Excitauerunt Ionam socij, excitet quisq; peccatorem sibi proximũ. Præcipuè superiores tollant peccata publica, ne forte, quia id non præstant, dicat Deus, quod olim dixit, suspende coram me principes populi, ut auertatur furor meus. Nec satis est, quod plures orent, nisi peccata tollantur ut flagellũ recedat. Quia unus orans, & unus maledicens, cuius vocem exaudiet Deus? Dicerę; orantib. Deus, quid olim Hierem. dixit: Noli orare pro populo isto, non exaudiã te. Et si steterit Moyses, & Samuel coram me, non exaudiam eos, nõ est anima mea ad populum istum, quia a peccatis minime recedunt. Sicut autẽ occisis sacerdotibus Baal, & populo ad Deum conuerso, oranteque Elia pluuia copiosa descendit: ita sublatis peccatis, & fusa ad Deũ supplici oratione, quod est secundum a nobis præstandum, pluuia concedetur nobis a Deo. De oratione, & eius vi multa diximus in 2. tomo, Dominica V. post pascha, & in rogationib. Et in hoc tomo, in concionib. factis proficiscentib. ad bellum, & reuertentibus ex bello infœliciter gesto quæ inde colligi possunt ad hunc locum.

[Right margin: A; 3. Reg. 18.; Ionę 1; B; 2. Reg. 24.; Ionæ 1.; Nu. 25.; Hiere. 15.; Hiere. 15.; C; 3. Reg. 18.]

A

CONCIO.

In supplicatione publica, quando fideles uerberibus se cædunt.

THEMA.

Quoniam ego flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper, quoniam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo. Psal. 37.



Agna gloria seq Dominū, ait Sapiens, & uere magna, ideo que gloriosum est flagellari, & alia mala pœna suscipere, quia in hac re sequitur Xpm dominū, ei que conformamur, quia nostri causa flagellis cæsus est. Sed ut omnino ei conformemur exterius, & interius, sciamusq; quo pacto gloriosi erimus, cū sequentes recolendū est illud, q de Absalonis pulchritudine Sacra Regum historia memoriæ prodidit, ait.n. Porro sicut Absalō uir nō erat pulcher in oī Israel, & decorus nimis, a uestigio pedis usq; ad uerticē nō erat in eo ulla macula. Et q̄do tōdebat capillū (semel aūt in anno tondebatur, quia grauabat cæsaries) ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis pōdere publico. Mira describit Absalonis pulchritudo, mirus capillorū ipsius decor. Cū uero fallax dicat gratia, et uana pulchritudo, aliquid non uanū a nobis intelligi uoluit diuinus spūs, ea describens. In Absalone ergo Christus dñs exprimitur. De quo Psa. ait. Speciosus forma pre filiis hominum diffusa est grā in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. Vt Deus certe infinita est pulchritudo, sed ut hō tātis ornatus est gratijs, ut oīs pulchritudo creata simul sumpta, si ei cōferatur, appareat quasi stella corā Sole. Inter pulchros ergo pulcherrimus ipse est. Sicut malus inter ligna siluarū, sic dilectus meus inter filios ut sponsa ait. Sed speciale aliquid, ac singulare in capillorū pulchritudine significatur, qui uendebantur ducentis siclis emebantur autem a fœminis, ut illis se ornarent, & hoc semel in anno. Plane sicut capilli superfluum est hominis, ac superabundās, ita in Christi gratia, ac meritis capillos inueniemus, quia grātia capitis in eo est tanq̄ capilli in capite, qua gratificat nos, ac decoros reddit coram Patre media grā a nobis participata, nō solū sibi grā cōcessa est, sed ut illā diffundere possit in alios, tāq̄ caput in mēbra. Cuius modi grā nulli alteri cōcessa est, .n. solus ille Sanctus sanctorū, a quo oī sanctitas participat. Quia plenitudine eius oēs accepimus, & gratiā p gratia.

Capillis ergo Christi ornamur, cum propter illius merita nobis donatur gratia. Et cum eius passiones participātes, illis ornamur, ut Dei oculis grati simus. Ille certe ornabatur Christi capillis, qui aiebat, Adimpleo ea, quæ desunt passionū Xpi in carne mea. Sed qd desse potest passioni Christi, Illud plane, ut nos similia patiamur, ut ei conformemur, ut eam nobis applicemus. Qui ergo uerberibus afficiuntur, qui corpus crucifigunt, capillis Xpi ornantur. Hisce n. passionibus ornatus processit ille corā Patre, ei que ita placuit, ut pp decorem oīs fœditas peccatum obliuioni traderetur. Audi Spōsam. Egredimini, & uidete filiæ Siō Regē Salomonē in diademate, quo coronauit eum mater sua. Queadmodū cū mirum aliquod spectaculū p uiā publicam procedit, dicere soles, egredimini uidere rē pulcherrimam: ita inuitat Spōsa tum aīas fideles, quas filias Sion dicit, tum et celestes spiritus, ut aspiciāt Xpm in passione sua, quia nec Salomō in oī glā sua, ita gloriosus fuit, ac Christus in die desponsationis, in die passionis. In eum nō fideles tm̄, sed & Angeli desiderant conspicere, nec illi solum, uerum, & æterno Patri adeo mirum sui spectaculum, adeq; gratum, ut pp illud obliuioni tradiderit vniuersa hominū peccata. Et ideo Bernardus ait, ea glia processisse in passione sui Christū, qua li procedere solet rex cum desponsatur Passionis quidē vestes, si humanis oculis obijcias, nō eas prætiosas iudicabis, sed abiectas, contra uero gloriosas dicēt uestes aureas, ac sericas. At uero Dei diuersum est iudicium. Quia, quod altum est hominib. abominatio est ante Deum.

Eccl. 23
B
1. Reg. 14.
Pro. 31.
Ps. 44.
C
Cant. 2.
A
Ioan. 1.
Col. 1.
B
Can. 3.
C
Bern.
Lu. 16.

A Deum. Contra quod abiectum, ac humile homini apparet, Deo gloriosum est, quia in pretiosa veste vanitas, in passione pro Deo suscepta virtus splendet, quę diuinum quid est, Sicut ergo Deo infinitè gratũ spectaculum propositum est in Christo passo, ac afflicto, ita nunc per gratum ei exhibebitur spectaculum in his, qui Dei causa se uerberib. afficient, quod si Deo placent, pulchri, ac ornati procedét, ornãtur uero Christi capillis, Christi imitatione, grã, ac meritis ab ipsis participatis. Sicut ergo, qui vnicè diligit Xpm vita illius imagine letat, ac cõmouet, ita Pater uidens afflictos, & dolores, ac flagella suscipientes eius cã, uidet imaginem dilecti filij sui, quod ei iocundum, ac pergratum est spectaculum

B

Sed quoniam exterius Christo conformari satis non est, nisi etiam interius ei conformemur, videndum est, qua mẽte ac corde Christus fuerit in columna, quando flagellatus est, ut simili corde cu rent esse hi qui hunc se uerberare volũt. Mirum, ac stupendum spectaculum propositum hominibus fuit, cum Christus alligatus fuit columnæ, & innumera sustinuit flagella, de quibus plura a nobis dicta sunt in primo, & 5. tomo nostrarũ cõcionum, in concionib de Passione, vnde plura in hunc locũ peti possunt. Sed summum mirabile est, quale tunc fuerit Christi cor, quales illius cogitationes, hoc. n. excedit primũ mirabile. De quo proinde illud accipi põt, quod Psalt. ait: Multa fecisti tu dñe Deus meus mirabilia tua, & cogitationib. tuis non est, qui similis sit tibi, quasi dicat licèt exteriora opera mirabilia sint, sed magis mirãdę sunt interiores tuæ cogitationes, quibus nullus tibi similis inueniri põt. Sed quæ sunt hæ cogitationes adeo mirabiles? Illæ plane, de quib. Isa. ait. dñe Deus meus es tu, & exaltabo te, & confitebor nomini tuo, quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles Amen. Sunt cogitationes infideles, & uanæ, de quibus. Ps. dñs scit cogitationes hoium, quoniã uana sunt. At cogitationes Dei fideles sunt. Sed quæ sunt istæ cogitationes? Hiero. in ea Isa. uerba ait, alia ex posi

C

Psa. 39

Esa. 25

Psa. 93

Hiero.

tione proposita.) Alij uero & melius, & rectius ex persona Prophetæ dici intelligunt, pro Passione dñi Saluatoris grãs Patri referentis, quod fecerit mirabilia, & cogitationes antiquas ueritate compleuerit. Addit ãt Propheta. Amen. i. ita fiat. Cogitationes istę de redimendo humano genere sunt. Vñ cum flagellaret, hęc erat illius cogitatio, sic hoĩum peccata persoluo, sic hominum dilectionem ostendo, sic Patri obedio. Cum ergo flagellis persoluo hoĩum debita, plura sustinebo, quia plurima illi commeriti sunt.

A

Vt ergo similes in nobis inter flagella cogitationes sint, duo pręcipua sunt p̃ oculis habenda. Primum peccata propria, quib. irã meruimus, & quę flagellis vindicamus. Dicamus ergo cũ Ps. veniã delictorũ ego precor, & tu exaudies me dñe Deus meus, qm̃ ego in flagella paratus sum. Ego de me pęnas sumam, & dolorẽ maximũ, & ppetuũ ex eis capio, id. n. significat, cũ ait. Et dolor meus in cõspectu meo semper. Qm̃ iniquitatẽ meã agnosco, & illã cõfitebor. Hebręa hñt, sollicitus ero, & anxius de pc̃tõ meo, cogitando dolebo pp peccatũ meũ. Doleat ergo hõ de peccato, & primum percutiat cor suũ hoc dolore, sicut pcussit Dauid cor suũ pp populi dinumeratione. Dein de percutiat corpus flagellis, sim ens de eo uindictã, q. illi peccati cã fuit. Sic. n. exercet homo iustitiã, & uindictam desumit ut dicere cum Psal. possit. Feci iudicium, & iustitiam, non tradas me calumniantib. me. Quia si nosmetipsos iudicaremus, non utiq. uindicaremur. Si uindictã in nos exerceremus, nõ eã Deus exerceret. Quã ãt Deo sit gloriosa uindicta, q̃ de seipso peccator sumit, explicuimus late in 3. tomo nostrarum concionũ Cõcione prima de Annũciatione B. Marię, ubi multa hic apta de hac re. Secundum non cogitandum semel, sed & recogitandum inter flagella est Christi passio, ipsi usq; dura uerberatio. Qd nos facere monet Pau. dicens: Recogitate eum, qui talem a peccatorib. aduersus semetipsum sustinuit contradictionem, ut nõ fatigemini aĩ uestris deficientes. Videns etenim homo Christum tanta sustinuisse

B

2. Re. 4

C

Ps. 118.

1. Co. 11

Hebr.

A sui causa, optare dēt ei cōformari, & pro eo aliquid pati, cogitet ergo, ac recogitet
Gala. 5 Xpi dolores, & impleat illud Paul. Qui
2. Reg. sunt Christi carnem suā crucifixerunt.
15. Dicatq; cū fideli Ethai. Viuit Dñs, & uiuit Dominus meus rex, quia in quocunque loco fueris, ibi erit seruus tuus. Si. n. uidemus Dñm pro nobis dura sustinentem, cur non eadē sustinere optemus? Si ad oēm locum sequendus est Dauid, cur nō & Chrs? Qd si Christus in eo umna est flagella sustinens dira, cur non ad eūdem usq; locū ueniamus? Et usq; ad crucem ēt dicētes: Et si oportuerit, me mori tecum, nō te negabo: An non ille infidelis seruus, qui ad dura, ac aspera dñm nō sequitur? Et amicus socius mensæ, & nō permanebit in tempore necessitatis, nō
B hic fidelis amicus, amicus. n. uerus omni
Simile tpe diligit. Si cum amico forsan incedēs ab inimicis impetreris, & amicus, ut te incolumen seruet, cum hostibus tuis p̄liatur, & vulnera sustinet, num illum derelinqueres, & aufugeres in medio hostium tuorum relicto? Pugnā ingressus Christus & pro nostra tuenda salute, q cū nō eo pati non vult terga vertit, & certamē detrectat, ut nihil patiatur durum derelicto Christo in medio certamine.
4. Reg. Sicut ergo cum Elias rapiendus erat, sæ
2. pe dixit Elisæo mane hic, quia mihi eundum est in illum, & illum locū. Elisæus
C uero aiebat. Viuit Dñs, & uiuit anima tua, quia non derelinquam te: & in oēm locum cum illo proficiscebatur. Ita qn̄ Christus homini diceret, mane hic, relin ue me solum, uel in oratione, uel in flagellis, aut cruce, dicere homo deberet, non derelinquam te, Si. n. ut nostris mederetur malis, non nos solos ille dereliquit, sed in terram uenit, & ouem errātem quæsiuit, nec stetit, donec ad eū locū pueniret, in quē illa uenerat, & qa i morte illa erat, usq. ad mortē descendit, cur eum solū relinquemus, & nō ibimus in oēm locū in quē ille uenit. Sed quia non
Heb. 12 oēs eo usq. sequi eum debebant, quibus dr. Nondum usq. ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes; iō curemus eum sequi, quantum in nobis fuerit uel in flagellis ei conformari &c.

CONCIO I. A

In oratione, uel supplicatione pulica pro expeditione bellica contra hæreticos, coram diuinissimo Eucharistiæ sacramento.

THEMA.

Arma militiæ nostræ nō carnalia sūt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinē extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, & in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cum completa fuerit nostra obedientia. 2. *Corinth.* 10. B



Cum fideles cām agūt aduersus infideles oēs, pcipue hęreticos, meritos usurpant uerba illa Ps. quę iō titulus sunt inquisitorum hæreticæ prauitatis. Exurge Deus, & iudica Psa. 73 causam tuam. Nunc uero cum causa agitur aduersus hæreticos nostræ tempestatis, eadē ipsa uerba Mariæ dicere possumus. Exurge dñe iudica causam tuam, Qm̄ in his hæreticis impet illud Apoc. Ap. 13. Aperuit os suū in blasphemias ad Deū, C blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius. Quo loco per tabernaculū intellit Methodius, & Athanasius i Euangelio de Deipara sanctissimam uirginē Mariam, confirmante hoc ex illo Psal. Meth. Athan. Sāctificauit tabernaculum suum altissimus. Hoc ergo tabernaculū, quod Deus Psa. 45 singulari ratione sanctificauit hæretici blasphemijs impetūt, incredibiles enim blasphemias Lutherus, & sui in Mariā dicunt, ideo exurgat illa pro se, ut superatis hostibus, impleatur illud. Beatā me Luc. 1. dicent oēs generationes. Aderit illa bellantibus, aderit & nobis de bello dicentibus, & orationes de hac causa fundentibus, eam ergo salutemus. Aue Maria.

Quatuor nobis hodie dicenda sunt, Primum, unde exoriantur, ac pueniant hereses, q utile nobis, ac proficuū erit,

A vt caueamus causas, ne in miserum effe-
ctum veniamus. Secundum de iusta hę-
reticorum punitione, ac pditione, etiā p
publicum bellū. Tertiū, quo pacto hoc
bellum licet armis conficiendū sit, præ-
cipue tñ orationibus, quæ potiores sunt,
ad uictoriā cōsequendā, q̄ arma bellica.
Quartū deniq; quantā uim hēat oratio
corā diuinissimo eucharistię sacramēto.

De primo. Diuersę sunt sagittę in Dei
pharetra aduersus peccatores paratę, sed
quæ duriores, ac ut sic loqui liceat, cru-
deliores sunt, q̄ mortis sagittæ dñi, quas
veneno, ac herba & rebus ardentib. affe
cit: illæ sunt, cū unum peccatū altero pec
cato punit, non quidē inducens ad pec-
catum, id. n. longe a diuina bonitate est,
sed illud permittens, & hominē dereli-
B quēs, ac indurās, ut in noua peccata inci
dat. De hoc supplicio loquit̄ Psal. cū ait:
Ps. 68. Appone iniquitatem super iniquitatem
eorum, & non intrent in iustitiam tuā.
Non ait, appone pœnam super peccatū
eorū, adhibe ultionē, illa. n. sagitta mor-
tis non esset, sed adde peccatū peccato et
Ro. 1. non intrēt iustitiā, ac uiā rectā. De eo-
dē supplicio loquit̄ Pau. dicens: Reuela-
tur ira Dei de cœlo super omnē impieta
tem, & iniustitiam hominum eorum, q
veritatem Dei in iniustitia detinent. Lo
quit̄ ibi Pau. de Philosophis, qb. sui no-
titiā Deus dedit: illi uero supbia elati sūt
nec agnitā ueritatē sequuti sunt, sed po-
C tius prauas animi affectiones, unde ueri
tatem, quasi carcere inclusam tenebant.
Deus uero attendit eorum ingratitudi-
nem, quibus donum tm̄ cōcesserat, & si
mul ueritatē inclusam, q̄ clamat aduer-
sus eum, qui eam detinet, sicut sanguis
Abel aduersus interfectorē, & tanq̄ iu-
stus iudex pfert aduersus hoiem iustissi
mā illam sniam, seruus, qui scit uolunta
Lu. 12. tē dñi, & nō facit, plagis uapulabit mul
tis. Multæ uero plagæ sunt, cum peccata
plura pmittit, & ita factum cū Philoso-
phis Paulus testatur, quos tradidit Deus
in reprobum sensum, ut faciant ea, quæ
non cōueniunt, ubi innumera eorū pec-
cata recenset, quæ sunt plagæ multę, qui
bus uapulat neq; seruus. De hoc suppli-
Hie. 30. cio per Hierem. Dñs ait. Plaga enim ini
mici pcussi te, castigatione crudeli. Et p A
Isaiam. Ipsi autem ad iracūdiam prouo Isa. 63.
cauerunt, & afflixerunt Spiritum san-
ctum eius, & cōuersus est eis in inimicū,
& debellauit eos. Dicet uerò istā castiga
tionē crudelē, & inimici, quia cum adhi
bet Deus ultionē istam, non patrē, sed iu
dicē agit, nō vulnerat ut medeatur, sed
in interitum, sicut inimicus vulnerat ho
stem. De hoc etiam supplicio in Psal. ait
Et non audiuit populus meus uocē meā Ps. 80.
& Israel non intēdit mihi, & dimisi eos
secūdum desideria cordis eorū, ibunt in
adinuentionibus suis. Si ergo uides te ā
Deo derelictum, & desiderijs tuis tradi-
tum, time, Deus enim conuersus est in
inimicum tuum.

Sed cum eo supplicium hoc deuenit, B
vt permittat Deus, hominem infidelem
fieri & fidē amittere, hoc crudelissimum
supplicium est, licet iustissimum. Et hoc
est maximum hominis discrimē. Cū. n.
peccato induratus homo est, si fidē reti-
neat, nouit, se in peccato esse nouit reme
dium, & ubi inueniendum sit: sed quí fi-
dem amisit, qūo remedium quæret, aut
inueniet, cum extra Ecclesiam salus nō
sit, nec medicina. Et ideo non solum cō
fractus est impingens super petram, sed
comminutus petra super eum cadente
quæ eum in tenuissimum puluerem re-
degit. Et hoc supplicio Deus puniuit eos,
qui ueritatē Dei in iniustitia tenuerunt,
vt Paulus ait, eo. n. deuenere, ut ueritate C
agnitam desererent, & idola colerent, &
serpētes, & quadrupedia. Sicut uero hoc
supplicio puniti sunt Philosophi Ethni
ci, ita eodem castigati sunt Iudæi ingra-
tissimi, quib. Deus ueritatis notitiā am-
pliorem dedit, quàm gentibus, qua illi
vsi non sunt, sed plurima peccata perpe
trauerunt, nec audierunt Dei Prophetas
eos corripiētes, & ideo falsos Deus per-
misit Prophetas, quí eos docebant idola
colere. De qua re miris uerbis Deus lo-
quitur per Isaiam. Eo quod populus iste Isa. 29.
appropinquat ore suo, & labijs suis glo
rificat me, cor autem eius longe est a me
& timuerunt me mandato hominum, et
doctrinis, ideo ecce ego addam, vt
admirationem faciam populo huic mi-
raculo

A raculo grandi,& stupẽda, peribit enim sapiẽtia a sapiẽtibus eius, & intellectus prouidentiam eius absc ódetur. Et hinc demum eo dementiæ deuenerunt, vt extinguerent lucem cęli Christum ad eos missum:& ideo in tenebris, & caligine uersant, impletũq; in eis est illud Psalm.
Ps. 68. Obscurentur oculi eorum, ne uideant, & dorsũ eorum sẽper incurua, quia intellectu cæci facti sunt,& uoluntate dura, ac in terrena inclinata. Et ita Iudæis,& gentibus accidit, quod August. ait, tulit
Augu. Deus ab ingratis, quod dederat gratis. Sicut talentum ablatum est ab eo, qui eo
Ma. 25 vsus non fuit, & datum ei, qui lucratus fuit plura, sicut etiam data arma militi in pugnam merito ab eo auferuntur, si in pugnam non uenit.

B Aliena uidimus, nũc ad nostra veniamus, si a gentibus, & Iudæis ablata est ueritatis notitia, quia ea usi non sunt in bonum: quid mirum si permittat nunc Deus uirum Christianum fidem amittere: si eá non utatur, ut par est? An nõ maior lux nobis concessa est? An nõ maior ingratitudo nostra? An nõ ueritatẽ Dei in iniustitia detinemus? Quid ergo mirum, si in hæresim labi permittatur is, q̃ fidei ductum nõ sequitur? Impletũ iam uidemus nostra hac misera tempestate, quod de ea multis retro sæculis Paulus, prædixerat. Iõ immittet illis Deus ope-
1. Th. 2 rationem erroris, vt credant mendacio, Grauissimum profecto supplicium, sed ob grauissimam culpam permissum, q̃
C explicat idẽ Paulus. Eo quod charitatẽ veritatis nõ receperunt, ut salui fierent. Si enim attendas potentiam, ac uim miram ueritatis fidei Christiana, vt hominem à peccato terreat,& arceat, ac uirtutẽ inclinet, uidebis grauissimũ esse culpam eam detinere, & aduersus illã opera facere. Quam longe a mortali esse deberet fidelis, qui credit infernum paratũ æternũ ei, qui peccauerit innumeris tormentis,& igne. Quis peccatum admittere audet, cum nouerit, eo in animam intrante Deum exire alia, vt dicunt, ianua & cum eo bona uniuersa gratię? Qualis vero homo sine Deo erit? Id sentiebat
Ps 34. qui ait: Domine, ne discedas à me: cum enim Deus ab homine discedit, manet A in morte prima culpæ,& prope mortem secundum culpæ,& pœnę æternæ. Quis Deo non inseruiat, cum nouerit mercedem obsequij Deum esse, qs est merces magna nimis? Quis Deum non diligit? cum sciat se ab eo dilectum usq; ad mortem, esseq; Deum bonitatem immẽsã. Quodnam turpius monstrum? quęnam chimera similis homini, qui fide Christianus est, opere uero Ethnicus? Iustissima ergo ratione ille, qui est terribilis in consilijs super filios hominum, permittit plurimos fidem amittere, & amouet cãdelabrum de loco suo. Ideo audiamus omnes fideles Paulum, nos monentem,
Tu aĩt fide stas, noli altum sapere, sed Ro. 11
timẽ. Si. n. naturalibus ramis non peper B
cit, ne forte, nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem,& seueritatẽ Dei: in eos quidem, qui ceciderũt, seueritatem in te autem bonitatem, si permãseris in bonitate, alioquin,& tu excideris. Timendum nobis profecto, ac dicendum, quis non timebit te ò rex gentium. Vidimus, animaduertisse Deũ in Ethnicos, Iudæos, & demum in plurimos Christianos, & id propter peccata, quis nõ timeat, cum se plenum peccatis uideat? Quod si non times: ideo timere te magis oportet, qa noua est in te causa timẽdi, peccata. s.& absq; pauore esse. Dormit Ionas cũ cæteri timent,& Deum inuocant: nec propter vigilantes,& timẽtes orta tẽpestas est, sed propter dormiẽtem. Væ homini illi, qui non timet, non orat, & inuocat C
Deum, cum tantam uideat exortam tẽpestatem in ecclesia: Verbum fecit Deus 1. Re. 3
in Israel, quod qui audierit, tinnient ambe aures eius. Timeat ergo peccator, ne in extremum malorum uenire pmittatur,& fidem amittere timeat iustus, ne à Deo deserat ob innumeras negligẽtias. Longe erant a proditione in Xp̃m Apostoli, quia tñ dixit, unus uestrũ me tradi turus est, oẽs timuerunt. Tñ est malũ diuina derelictio, fidei amissio, & æterna dãnatio, ut si sciremus, unũ dũtaxat futurum, qui hæc incurreret mala, oẽs tremere deberent: qd ergo nõ timeamus, scientes tot dãnados? Hinc Lucas ait, dictum Lu. 13.
fuisse

A fuisse a quibusdam Christo dño, quosdam homines peccatores a Pilato occisos, quia sacrificia offerebant. Ad quos Dominus ait. Putatis, qd hi in Galilæi præ oibus Galilæis peccatores fuerunt, qa talia passi sunt? Non dico vobis, sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes simi ter peribitis. Sicut illi decem & octo, super quos cecidit turris, putatis, quia ipsi debitores fuerint præter omnes hoies habitãtes Hierusalem? Non dico vobis, sed si non pœnitentiam habueritis, oẽs similiter peribitis. Si tu fide stas, tribue id Dei gratiæ, nõ tibi, & time, caue, declina a malo. Ne filius sis Hierosolymæ, quæ vidit Dei ultionẽ in Siloe, & Israel, nec

B timuit, vt Hier. ait, sed similia patrauit
Hier. 3 scelera: vbi obsecro nunc fides Aegypti, & Scythiæ monachorũ eius? Vbi fides Africę, Gręciæ, Germaniæ. Anglię? Qui
Ez. 21. hæc uiderit, an non dicet cum Ezech. O mucro dñi ingredere in vaginam, vsquequo non quiesces? Et iterũ. Ego succendam in te ignem, & comburã omne lignum viride, & omne lignum uiridẽ, & eijciam gladiũ meum de uagina sua, & occidam in te iustum, & impium. Timeamus ergo, & oremus, ac vigilemus.

Sed iam secundum uideamus, qđ initio proposuimus, quid Ecclesiæ agendũ sit aduersus pfidos hæreticos. Certe initio Ecclesiæ pcipuus fortitudinis actus in illa fuit, qui est pati mala pro uirtute, & hac fortitudine ecclesia fundata fuit:

C sed stabilita, ac firmata iam Ecclesia, nõ hic solus fortitudinis actus in illa esse debet, sed alter etiam, qui est occidere, debellareque prælio fidei hostes, quem etiã ecclesia admittit, ac tãquam necessariũ amplectitur. Hæretici. Manichæi nõ admittebant in Ecclesia hunc fortitudinis actum dicentes, contrarium esse Apostolorum Actibus, & doctrinæ. Sed aduersus eos optime Aug. lib. 22. contra Fau-
Augu. stũ. Et veritas Catholica est, in ecclesia relictam esse potestatem temporalẽ, ac humanam ad debellandos, & perdẽdos hæreticos, ut fides firma sit. Et ratio manifesta est, quia Ecclesia ita perfectiora, & meliora amplectitur, ut minus perfecta non excludat. In maiori quidem pretio uoluntariam paupertatem habet, virginitatem, & similia, sed & diuites non A excludit, & uxoratos. Sic ergo licet pręcipuus sit fortitudinis actus, causa uirtutis pati, & hunc primo loco Ecclesia collocat tamen etiam fortitudinem eam nõ respuit, qua hostes Ecclesię debellatur, & iusto bello perduntur. Media ecclesia est inter cælum & infernũ, & ideo utrũque participat, i cęlo misericordia iusta exhibetur, in inferno iustitia uindicatiua exercetur, hæc ergo in ecclesia esse debuit, qua pax conseruatur, & unitas retinetur. Sic enim etiam in cælo factũ bellum perhibetur. Cum. n. Lucifer, & An Ap. 12.
geli eius pacem cæli turbare uellent. Fa B
ctum est prælium magnum in cęlo. Michael, & angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & angeli eius. Si uero in ipso cœlo præ ium commissum est ab angelis, ut pax perpetua esset, quid mirum si in Ecclesia prælium geratr aduersus hæreticos pacis turbatores? Et hoc est, qđ Paulus significat uerbis in Themate ppositis, quib. primum ostendit uim annorũ spũalium ecclesię, dicens: Arma militiæ nr̃æ non carnalia, sed potẽtia Deo ad destructionẽ munitionũ, &c. Postq̃ uero armorũ spũalium uim ostenderat, proponit arma temporalia, ac corporea, quib. ecclesia aliquã vti debuit, dicens. In promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam cũ impleta fuerit uestra obedientia, quasi dicat, licet nũc, ut ecclesiam fundemus, utimur armis spũalibus solum, patientia scilicet, laborum tolerantia, uerbi Dei prędicatione, & miraculis: sed stabilita ecclesia, & completa obedientia fideliũ multorum in ecclesiam conuenientiam, parati sumus ulcisci omnem inobedientiã, & supplicio temporali adhibito omnẽ superbum compescere, qui ecclesiæ inobediens fuerit. Dicit uero Paulus omnẽ inobedientiã, qua non solum potest ecclesia ulcisci infideles inobedientes, sed & in infideles hæreticos, & ethnicos ipsam impugnãtes. Licet enim proprium ecclesiæ sit pacem, ac uitam donare, sed pax ista bello conseruatur, & uita fidelis morte infidelis. Ergo punitio medici-

na

A tia qua salus ecclesiæ cōseruatur. In huius ueritatis ostensionem cum iam passioni approximaret. Rex Christus, duos gladios inter suos voluit esse. Ecce duo
Lu.22. gladij hic, & ait Iesus satis est: quia in ecclesia, quam morte sua fundabat, duo futuri erant gladij, spūalis & materialis.
Augu. De hac re multa Augu. epist. 48. ad Vincentium, & 50. ad Bonifacium. Vbi ostēdit hanc veritatem ex illo Psal. Quare
Psal.2. fremuerunt gētes, & populi meditati sūt inania astiterūt reges terrę & principes conuenerunt in unum aduersus Dñm, & aduersus Christum eius. Quibus verbis describit persequutiones sęuissimas in ecclesiam cōmotas, in uniuerso mundo, & martyrum patientiam, qua eccle-
B sia fundata est. Deinde uero ostēdit post ecclesiæ fundationem, & regum fidem, futurum esse, ut gladio temporali Ecclesia ꝓtegatur: vnde ait. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringet eos. In cuius rei ostensionem apud
Dan. 2 Danielē primum tres pueri in camino ignis proiecti sunt, qui patientia, ac forti animo ignē superauerūt, & regē in suā deduxere sententiam, ut edicto publico præceperit, qui nomen Dei blasphemauerit, dispereat, & domus eius vastetur. Sic ait August. initio mūdus caminum accēdit aduersus fideles, sed postea principes ecclesiam armis, ac potentia defenderūt. Et hac de causa ecclesia ipsa instituit Imperatoriā potestatem, qua ut mi-
C nistro uteretur ad rebelles bello superādos. Hinc est, vt principū fidelium munus sit præcipuum fidem armis tueri, ac ecclesiam propagare, quod præcipue pręstiterūt Hispani reges, qui in Hispania profligatis Mauris, & Indis mirè ecclesiam auxerunt. Idipsum nunc hoc bello præstare curat rex noster, ad quod ꝓinde omnes nobiles, ac præcipui viri proficisci deberēt, hoc enim eorum munus est, non ludo, & comessationibus indulgere, ne forte aliquando exsibilentur, ac confundantur, sicut olim quidam de populo Israelitico exsibilati sunt à Debora, quæ etiam gratia, referens pugnato-
Iud.5. ribus ualidis ait: Cor meum diligit principes Israel, qui propria uolūtate obtulistis uos discrimini, benedicite Domino A
Duces Isachar fuere cū Debora, & Barac uestigia sunt sequuti, qui quasi in pręceps, a cbarathrū se discrimini dedit diuiso contra se Ruben, magnanimorū reperta est contentio. Quare habitas inter duos terminos, ut audias sibilos gregū Galaad trās Iordanim qescebat, & Dā uacabat nauibus. Aser habitabat in littore maris, & in portubus morabat͛. Zabulon uero, & Nepthalin obtulerūt animas suas morti. Præmisit ante verba ista. Surge, surge Debora, & loquere cāticum. i. spū prophetiæ super te eleuare, vt laudes eos, qui fortiter in bello se gesserunt, & irrideas eos, qui pp ignauiam prælio non astiterunt. Idipsum nūc nobis agendū, laudemus uiros gloriosos, q armis se accingūt aduersus fidei hostes, & eos irrideamus, qui nobiles se esse iactāt, ac magnanimos, tñ luxui dediti in domib. suis nunc manēt, nec ad bellum ꝓficiscūtur. Sed quid Debora ait? Viris strenuis ac fortibus ait. Duces Isachar fuere cum Debora, qui quasi in pręceps se dederunt: qa vt ait Rupertus in torrētē Cison descēderunt plequētes hostes Ruper.
in loca decliuia, & aspera, Conuersa vero Debora ad Ruben, Galaad, Dan, & Aser, q timore, & alijs rebus detenti, ad prælium non uenerant, eos irridēs ait. Diuisio contra se Rubē, &c. idest ad Ruben qui se diuisit à Debora, uel qui propter intestinas contentiones, quibus in C
se ipsum diuisus erat, ad bellum non uenerat, & iō magnanimorum illius reperta est contētio, idest, manifestata fuit alijs tribubus ex hoc facto, quare habitas inter duos terminos, idest, iuxta Iordanem, qui diuidebat sortem duarum tribuum a reliquis, ut audiat sibilos gregū idest, balatus, illa enim tribus delectabatur in talibus, quia habebat pecora multa, quorum augmento intendebat, ut dicitur Num. 23. Repetit statim contētionē magnanimorum eius, i. superborū. Sicut in cātilenis usu uenire solet, ut idē sæpius repetatur: Sic etiam Galaad trās Iordanem mansit, uolens ueni re ad prælium tanquam ignauus: Sic & Dā uacabat mercibus exercendis, & intentus lucro

A cro uenire noluit ad prælių. An nos nũc cum Debora surgere non poterimus spiritu, & eos nobiles traducere, ac exsibilare, qui ludo, & uanitatibus vacantes, ad tam iustum bellum non proficiscuntur? Ad quid. n. nobilitas, exépla maiorum, maioricatus, & arma eis relicta sũt, nisi ut fidem armis tueantur, ut ecclesiæ hostes debellent? quod cum non præstent, nobiles dicendi nõ sunt, sed degeneres, & semen nequam. Contra uero hi laudandi, ac magnificádi, qui quasi in præceps, & in barathrum discrimini sese offerunt in bellum proficiscentes.

Sed qm̃ causa fidei communis omnibus exigit, ut omnes huic bello intẽdát, plures uero in illud proficisci non possumus, oratione eos iuuare debemus, qui B bellaturi sunt: & ideo tertium ex his, q̃ initio proposuimus, explicandum nobis est, quomodo potius orationibus, q̃ armis sit bellum fœliciter cõficiendum. De orationis potentia multa à nobis dicta sunt in 2.to. nostrarum Concionũ, Dominica quinta post Pascha. Sed quã vim habeat os, ut hostes uisibiles superetur, ostẽdit plane illud, quod Exo. 27. habet: Pugnabat Amales contra Israel, dixitq. Moyses ad Iosue: Elige viros, & egressus pugna contra Amalec. Cras ego stabo in uertice collis habẽs uirgam C Dei in manu mea. Facit Iosue, ut loqutus erat Moyses. Moyses autem, & Aaron, & Hur ascenderunt super uerticẽ collis, cumque leuaret Moyses manus uincebat Israel, sin autem paululũ remisisset Superabat Amalec, Manus autem Moysi erant graues. Sumentes igitur lapidem posuerunt subtus eum, in quo sedit. Aaron autem & Hur sustentab nt manus eius, & sic superauit Israel. Dixit autẽ Dominus ad Moysen, scribe hoc ob monimẽto in libro. Multa in his uerbis expendẽda sunt. Primũ, mittit Moyses Iosue in bellum, nec ipse in illud pcessit, non solũ quia octogenarius cũ esset, bello aptus non erat, sed ut orans magis præliaretur, quàm armis pugnere poterat. Id uero manifeste ostensum est, q̃ cum manus leuabat, uincebat Israel, cũ deprimebat, superabat Amalec. O Amalec quid pugnas contra Iosue, nõ ab eo, A sed à mõte, in quo orat Moyses, dãnum tibi infertur, ipsum ab oratione deturba, & vicisti. Sustentabát Moysi manus Aaron, & Hur, ita Dei amor, & fratrũ nostrorum, qui in bellum proficiscũtur, & in discrimen eũt, nos sollicitat, ut oremus. Quia uero non tunc solum id accidit, ut oratio Moysi victoriã obtineret, sed sæpe sæpius, ideo in monimentum, & perpetuã recordationem factũ illud scribi dominus uoluit, ut ex eo discere mus orationis uim, ac dicamus cũ Psal. Non. n. in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me, sed dextera tua, & brachium tuum. Hinc homo Dei ad Amasiam ait, si putas in robore exercitus bella consistere, faciet te Dominus superari ab inimicis tuis. Nõ ergo in fortitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo est, & ideo potius oratione, quam armis obtinenda. Omnes ergo, qui orár, in bellum proficiscuntur non hi tantũ, qui pugnaturi sunt. In uniuersa scriptura innumera passim traduntur de victorijs propter orationem concessis. Quin & in Hispaniæ historia innumera de hac re tradita sunt. Psal. 43 1. Par. 25. B

Sed ut hæc oratio potensior sit, diuinissimum Eucharistiæ sacramẽtum nobis ob oculos ponitur. Vt Moyses oraret efficacius, assumpsit Dei uirgã, & lapidem in quo sederet. Quæ nam nobis virga est, & quis lapis? Certe virga virtutis Dei Christus est, de quo Psa. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion. Idem vero Christus lapis est, ab hominibus reprobatus, à Deo autem electus, & honorificatus, petra autẽ erat Christus. Ecce æternæ Pater virgam virtutis tuę, in qua fecisti mirabilia, pp hanc uirgam uniuersa bona hominibus concedis, pp hanc remisisti peccata, cœlum aperuisti, infernum spoliasti, pp hanc nunc victoriam nobis concede. Quia accederes fiducia ad Christum, si in terris uersaretur, ea nunc accedere potes, præsens enim ille est, & idem ipse qui fuit. Et ideo multo melius quàm Eliseus tenens Eliæ pallium dicere potes. Vbi est Deus Eliæ, etiam nunc Viderat Eliseus pallio Eliæ aquas Exo. 17. Ps. 109 C 4. Re. 1

A aquas Iordanis diuisas, raptus ille in cælum erat, & cum pallio Eliæ aquas percuteret, diuisæ non sunt ut prius, ille verò dixit: Vbi est Deus Eliæ, etiam nunc, cum in cęlum raptus est? cum enim eius pallium teneam, eadem per illud efficiẽda sunt, quæ dum Elias aderat, fiebant. Ita verbum diuinum pallium induit dũ humanã naturam assumpsit, habitu inuectus vt homo; Et multo arctiori; uinculo humanitatem sibi copulauit, quã pallium copulatur ei, qui illud induit. Eo autem pallio mirabilia innumera operatus est, dum in terra uersaretur. Assumptus in cœlum est Christus, sed pallium nobis reliquit, humanitatem, scilicet, in
B hoc diuino sacramento. Cum ergo illius retineamus pallium, similia mirabilia experiri debemus, ac expertus est mundus, dum in terris conuersatus fuit, dicereque possumus. Vbi est Deus Eliæ? etiã nunc. Vbi est uirtus Christi, etiam nũc, postquam in cœlum ascendit? Si enim ille nobiscum mansit, si pallium suum nobis reliquit, & nunc eadem operetur, oportet. Si virtus de illo exibat, & sanabat omnes, nunc etiam de illo uirtus exire debet, ut nobis opem ferat. Cum in publicum producitur Christus Dominus in hoc sacramẽto, id agimus, quod olim Israel, cum difficilem cum hostibus pugnam inire uellet, dixitque: Afferamus
1.Re.4 ad nos arcam Dei, & sit in medio nostri & saluet nos de inimicis nostris. Idem
C nunc agimus, ac dicimus; procedat in medio nostri arca diuinorum sacramentorũ, ut percutiat inimicos nostros, & debellet eos, qui debellauit aereas potestates, qui regnum dæmonis euertit. Inter alia propter quæ Israel regem expetiuit, illud fuit pręcipuum. Egredie-
1.Re.8 tur rex noster ante nos, & pugnabit bella nostra. Chrs uere rex noster est, ille gradit ante nos, ut pugnet bella nostra, Quod si omnia bella nostra gerit, hoc præcipuæ suscipiet, quod illius uadeproprium est, de eius enim causa agitur de fide in ipsum recta, de obediẽtia ei exhibenda, aget ille libenter bellum istud, & se uobis ducem præstabit, aderitque militibus nostris exoratus, &c.

CONCIO. II.

In expeditione bellica contra hæreticos in oratione publica coram diuinissimo Eucharistię sacramento.

THEMA.

Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. Psal. 22.



DAtus nobis à Patre Chrs est, ut sit nobis omnia in cælo, cum erit Deus omnia in omnia in omnibus datus & in B
terra, ut sit similiter oĩa factus enim est nobis Pater, Rex, Dux, Spõsus, Pastor, Medicus, Refugium, & Fortitudo reuerẽtibus de bello ad portam, cui dicimus, in umbram tua uiuemus inter gentes. Sic & Maria suo ordine data nobis à Deo est, ut sit nobis omnia, est mater re- C
gina, nutrix, refugij turris, & neniq. dux ad omnia bella nostra, quę ideo dicitur: Terribilis vt castrorum acies ordinata. Cant.6
Deborę olim dixit Barac: Si uenis mecum, uadam, si nolueris uenire mecum non pergã. Id ipsum potiori iure Mariæ Iud.4.
dicere possumus, ueni nobiscum regina nostra, ueni dux, & colũna ignis, & nubis nos protegens, te. n. presente hostes superabuntur. Et nunc gratiam obtine ut aliquid tempori conueniẽs dicamus.

Recẽset in hoc Psalmo regius Psaltes diuinas misericordias sibi concessas, q̃ cum figuræ sint earum, quæ nobis cõceduntur, pręcipua rõne de his loquitur. Ait ergo: Parasti in cõspectu meo men- P sa.67
sam aduersus eos, q tribulant me. Primũ ait, parasti, cui simile est illud, q in alio Ps. ait. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus, utrobiq. ait, parasti, & qd parauerit, non explicat, solum enim ait, parasti in dulcedine tua, & nũc parasti mẽsam. Sed quibus refertam ferculis, non explicat, qa ineffabile est, quod paratur. Sed id aliquo modo explicat, cũ ait in dulcedine tua, id est, secundum infinitam Dei dulcedinem, Eucharistię enim mẽsa ab infinita charitate, ac dulcedine diuina

pro-

A processit. Parasti, ait, mensam. Quia ut
Pro. 9. Sapiens ait. Sapientia ædificauit sibi do
mum, excidit columnas septem, & ppo
suit mensam. Duplicē mēsam posuit hoī
Deus, unam uiatorib. alterā his, qui uiā
pfecerunt, vnā in terra, alteram in cælo.
In utraq; mensa idē est cibus, sed diuer-
sa rōne paratus, idem in utraq; cibus su-
mitur, sed aliter, & aliter aptatus: mēsa
quidē cæli parata nobis est, sed nūc de ea
2.Co.5 dicere non possumus: Parasti in conspe-
ctu meo mensam, nec.n. nūc illam vide
mus, per fidem.n. ambulamus, & non p
spē. Nunc nobis nō est stomachus tātus
ut illā capiat escā; donec eū dilatet De⁹
lumine gloriæ. Mensa illa non est aduer
sus hostes, qui tribulāt nos, ibi.n. hostis
est nullus, tribulatio nulla, est illa men-
B sa regni, pacis, ac quietis, de qua, qui pa-
rat eam ait. Ego dispono vobis regnum
Luc.12 vt edatis, & bibatis supra mensam meā
in regno meo. Mēsa illa pacis est, qa ut
Ps.147. ps. ait. Posuit fines tuos pacem, & adipe
frumenti satiat te. Ibi plena satietas est,
ibi frumenti adeps sine ullo furfure, ibi
pax imperturbata, qa posuit fines tuos
Luc. 14 pacem. Recte pfectò dixit, qui ait. Bea-
1.Io.3. tus, qui manducabit panē in regno Dei.
Ibi ferculum datur manifestū, cibus cla
re vī, quia videbimus Deū sicuti est. In-
effabilis sapor illius cibi est, qa est oīs sa
por, qualis obsecro sapor Dei erit? infini
te beatus De⁹ est eodē sumpto cibo, nos
eundem sumemus, sed non æquali sapo-
re, quia eum cōprehendere non poteri-
C mus, tāta tamen erit dulcedo, ut omnem
Aug. superet cogitatum. Aug. in epist. ad Cy-
rillum ait, cogitasti ad Hieron. scribere,
vt interrogares, quid de gloriæ magnitu
dine ipse sentiret. Cumque eo tempore
Hieron. iam ē uita excessisset, apparuit
Augustino, & ei dixit, cogitasti, ac uolui
sti a me discere gloriæ magnitudinem,
vide an numerare possis stellas cœli, &
arenam maris, & eius guttas, id enim fa
cilius multo est, quam minimi beati glo
riam recensere, est.n. res tanta, ut impos
sibile sit dici, & est adeo diuersa ab om-
nibus, quæ dum uiuerem cogitare po-
tui, ut sit in infinitum diuersa, ac sine cō
paratione maior, & iō nec ego tibi ex-
plicare potero, nec tu ullo modo capere. A
Viatoribus uerò alia est mēsa, in quā
idem proponitur cibus, de quo Psal. ait.
Parasti in conspectu meo mensam ad-
uersus eos, qui tribulant me. Dicit para-
tam in conspectu, quia sacramentum vi
demus, & aduersus inimicos, quia con-
tra omnes uisibiles, & inuisibiles inimi
cos nos confortat. Quam respexisse vī
Ezechielem cum diceret: Conuenite, p- Ez.39.
perate, concurrite undiq; ad uictimam
meam, q̄ ego immolo uobis, uictimam
grandem super montes Israel, ut come-
datis carnem, & bibatis sanguinem car
nes fortiū comedetis, & sanguinē princi
pum terræ bibetis, arietum, agnorū, hir
corum, taurorumque, & altilium, & pin
guium oīum, & saturabimini super mē
sam meam. Caro.n. & sanguis Chri me B
rito dr̄ caro oīum pinguiū, quia omnia
virtute continet, & oīa antiqua sacrifi-
cia ī hoc uno uirtute sunt. Et hinc fit, ut
saturetur is, qui hūc sumit cibum. Hinc
Psaltes: Confiteantur Dño miæ eius, & Psal.10
mirabilia eius filijs hoīum, quia satiauit
animam inanem, animam esurientē sa-
tiauit bonis. Quid vero aliud q̄ Deus
factus satiare poterit, & bonis implere?
O si nunc aperirentur oculi nostri, ut ui
deret, quod sub illis speciebus latet, uide
remus plane diuinam infinitam maie-
statem antequam Seraphim, & potesta-
tes tremūt, & eo uiso beati edemus. Sed
nunc sub cortinis est, ut reges esse solēt
in ecclesia, in regia uero suis manifestus
ostenditur. Hęc mensa nobis uires præ- C
stat aduersus inimicos. Sicut.n Elias fu 3.Reg.
giens Iezabelem ab Angelo cōfortatur 19.
subcinericio pane, quo iā non timet, ita
nos hoc diuino pane suscepto non solū
hostes non timemus, imò eis formidabi
les redimur prodeuntes ab hac mensa si
milles leonib. ignem spirātibus, vt Chry- Chrys.
sost. ait. Hæc est mensa propositionis po 6.
sita contra Aquilonem, idest, contra ini Exo.2.
micos, quia ab Aquilone pandetur om-
ne malum, ut propheta ait. Iere.1.
Sed duplici uia, ac ratione nos iuuat
Christus in Eucharistia contra uniuer-
sos. Primo tanquam sacrificium. Secun
do tanquam sacramentum. Primo reli-
ctus

A ctus nobis est Christus tanquam sacrificium, & unicum Ecclesiæ sacrificiū ad obtinendum a Deo omnem misericordiam, & remedium in omni necessitate, ac periculo, quod pinde Ecclesia appellat sanctum sacrificium, & immaculatā hostiam. Hic est uniuersus Ecclesiæ thesaurus, quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei. Hoc sacrificium oblatio est digna ac æqualis Deo, cui offert, quam reijcere non potest, infinitè enim illi grata est, de qua pronunciare nō potest quod olim de reliquis sacrificiis: Vt
Esa. 1. quo mihi multitudinem uictimarum uestrarum? plenus sum: holocausta arietū & adipem pinguium, et sanguinem uitulorum, & agnorum, & hircorum nolui.

B Quod.n. hic offertur, ex utero Dei processit. Omnis natio, etiam barbara, sacrificia inuenit, vt Deum suum placaret, & ab eo bona obtineret, præcipue uictoriā hostium & ideo plura offerebant sacrificia ante pugnam. In Ecclesia ergo sua reliquit Christus hoc sacrificium, ut Deū placaremus, & ab eo cuncta obtineremus, & pcipue uictoriam aduersus oēs inimicos. Cumq; hoc offerimus, dicere
Ps. 65. possumus iure, qđ Psaltes ait: Holocausta medullata offeram tibi. Solū hoc sacrificium medullam habet, reliqua umbra erāt, atq; figura, hoc ueritas ipsa est. Et quemadmodū Christus est id, quod hic offertur, ita ipse est præcipuus offerens, & cū missa dr, præcipue eam Christus dicit, sacerdos autem dūtaxat minister est.

C Et quemadmodū cum ad Caluarium processit, ipsemet fuit sacrificium, oblatio, hostia, ac offerens, & sacrificās: ita & nunc, sed hac diuersitate qđ illud fuit cruētum, hoc incruētum sacrificiū. Ex quo colligitur, qua reuerentia audiēdum sit sacrū, ea.n. qua assisteres cruci Christi, cum crucifixus fuit, assistere debes missæ, idem enim sacrificium est, ea
Iacob. dem hostia, idemque offerens. Vnde Iacobus Apostolus in missa sua, quam cōposuit ait. Cum sacerdos ex sacristia procedit, dicat lector, uel æditruus alta uoce. Sileat omnis mortalis, ac humana caro, quia egreditur rex Regū, & Dominus Dominantium, & Angelorum chori antecedunt. O quis nunc spiritus Dei plenus esset, ut clamaret, ac uociferaret omnib. qui in Ecclesiā ueniunt? O mortales timete, reueremini Deum procedētem in sacrificium, ut se offerat in oblationem pro uobis, cesset omnis humana cogitatio, omnis inordinatus uisus, ac loquutio, quoniam exercitus Angelorū adest, vt tantum spectaculum uideant. Adsunt Cherubini pleni oculis, & attoniti, adsunt Seraphini ardentes amore, & adest homo tepidus, vana circunspiciens, colloquia miscens oriosa.

Vt ergo oratio, qua à Deo bona petimus, sola non sit, & inefficax, cōceditur nobis hoc sacrificium, quod Deo offeramus. Sed qm magna dona difficilius ob
B tineri solent, ideo gentes, ut prælia procederent, sacrificia offerebant, ut a Deo victoriam obtinerent, quā sciebant a Deo concedi. Nec.n. in multitudine victoria 1. Ma. 3
belli, sed de cœlo fortitudo est. Hinc Sapiens. Vidi, nec velociū esse cursum, nec Eccl. 9.
fortium bellum. Ideo Saul ante præliu sacrificium offert. Et 1. Reg. 7. dr. Con- 1 Re. 13
gregati sunt filij Israel in Masphat, & ascenderunt Satrapæ Philistinorum Israel, dixeruntq; ad Samuelem, ne cesses clamare pro nobis ad Dñm Deum nostrum, ut saluet nos de manu Philistinorum. Tulit aūt Samuel agnum lactantē unū, & obtulit illum holocaustum integrū dño. Et clamauit ad Dñm Samuel pro Israel, & exaudiuit eum dñs. Factū est autem, cū Samuel offerret holocau-
C stum, Philistini inire prælium contra Israel: intonuit autem Dominus fragore magno super Philistim, & exterruit eos, & cæsi sunt a filiis Israel. Tulit autē Samuel lapidē unū, & posuit inter Masphat, & inter Sen, & uocauit nomē loci illius lapis adiutorij, dixitque, huc usque auxiliatus est nobis Dñs. Timentes Israelitæ Philistheos curant orationem Samuelis, & sacrificiū. Ita nunc timens rex, orationes à nobis exigit. Sed ut oratio non sit inanis, accedat holocaustum Samuelis. In holocausto uniuersum animal cremabatur ī Dei honorē, ita Christus in cruce, & missa oblatus consummatus est. Et sic factus omnibus obtem Heb. 5.
peranti-

A perantib. sibi causa salutis æternę. Non solum dr Christus consummatus, i. perfectus, sed etiã consummatus. i. omnino consumptus, & igne charitatis absumptus. Vt offeret holocaustũ Samuel, tulit agnum vnũ, unũ singularem. qs nam Ioã. 1. hic agnus, nisi ille de quo dr: Ecce agnus Dei? vere vincus, & singularis. Quod si nunc non adest Samuel offerens, si indignior Samuele est sacerdos, adest Xp̃s pcipue offerens, dignior Samuele. Si exaudiuit Dñs tunc clamantem Samuelē, cur non exaudiet nos cum Xpo clamantes? Si tunc exterruit Dñs Philisthæos, cur nunc non terrebit hæreticos? Erexit Samuel lapidem, quem appellauit adiutorij. En erectus ibi Chrs in eucharistia est, qui lapis adiutorij merito nũcupat. B De quo iure optimo dr: Hucusq; auxiliatus est nobis Dominus. Vis o homo nosse auxilium tibi certum futurum a Deo tuo? Erectus est tibi lapis Christus, lapis adiutorij, de quo dr: Hucusq; auxiliatos est nobis Dominus, quasi dicat, eo usq; processit amor Dei in nos, auxiliũ Dei, vt hõ fieret, & in cruce esset, ut nobis auxiliũ ferret, quo modo ergo nõ auxiliabitur aduersus hostes? Hũc lapidem adiutorij tollet Antichristus de Ecclesia, ut crudele aduersus eam bellũ faciat. Vnde Daniel: Tulit iuge sacrificiũ, Dan. 9 & deiecit locũ sanctificationis eius. Dũ enim lapis hic adiutorij erectus esset, dũ Missę sacrificiũ in Ecclesia durauerit, nullus aduersus Ecclesiã præualere poterit, nec tanta stragem in Ecclesiam fa-C cere posset, si hoc sacrificiũ in illa esset.

Secundo relictus est Christus in hoc sacramento in cibum, quo alimur. Inuitat nos Deus ad mẽsam suam, ut cibum Deus ipsius sumamus, Deũ ipsum, et uniuersa illius bona. Est hoc sacramentũ continuatio cœnæ illius, qua cum discipulis cænauit ante passionem, de qua di-Ma. 26 cit desiderio desideraui hoc Pasca manducare vobiscum. Nõ alius nũc proponitur cibus, nec alius nos inuitat, nec diuersi sunt effectus. Cogita ergo, cum ad hoc accedis sacramentum cum Christo te cœnare, quod si illa desiderio desiderat se tibi tradere, cur tu desiderio nõ desiderabilis illud sumere? De priscis patribus Paul. ait. Iuxta fidẽ defuncti sunt oẽs, non acceptis repromissionib. De te A He. 11 verò, cũ Christum suscipis, dicam, accipe a te omnes pmissiones, & bona Dei. Audi ergo scripturam te monentẽ. Noli Pro. 20 diligere somnũ, ne te egestas opprimat, aperi oculos tuos, & saturare panib. qui somno indulget, petit famẽ, opatius uero lucratur cibum, quo vitam cõseruet.

Esto ergo homo operarius, cole terram cordis tui, fode ea, noua nouale, spinas tolle, & hoc facto poteris suscipere diuinum illud granum frumẽti, quo susceptio saturetis panibus, sed quibus pa- Lu. 11. nibus? Certe illis tribus panibus, quos amicus amico prębet, hi uero sunt, corpus anima, ac diuinitas Christi, hæc enĩ tria hoc sacramento continentur. Labõ B rans pane lucratur, quibus substantiam recuperat, quam laborando amisit, sed non æqualem substantiã recuperat imo minus aptam ac conueniẽtem. At uero cum laboras, ut ad hoc sacramẽtum accedas, meliorem eo suscepto substantiã recuperas. Imo laboras, ut ad hoc sacramentum accedas, & nihil perdis, sed tecum fers panem ac labore tuos, & eorum fructum. Veniunt in Aegyptum fratres Ioseph, ut frumentum sibi emãt, & reportãt triticum, & nummos in ore saccorum, quos detulerant, vt frumentum emerent. Vniuersam terram fames occupat, nullibi frumentum est nisi in Ecclesia, hic proponitur panis de cœlo, accede, vt comedas, & deferes tecum panem ac nummos Christum & dispositionem tuã, ac meritum illius, accipies C gratiam pro dispositione tua, & merita tibi cumulabis magna: insuper accipies gratiam nouam a sacramẽto diuino ex opere operato, ex omnibus fructum colliges, ex labore, & ex pane. Quare ergo Esa. 55 appenditis argentum, & non in panib. laborem uestrum & non in saturitate? operamini ergo non cibum, q perit, sed qui manet in uitam æternam cuiusmodi cibus hic est, qui illam præstat. Ioã. 6.

Sed inter plura huius sacri mirabilia unum expẽdamus, q nostro proposito, & huic publicę orationi congruit. Est du-

A diuinum hoc sacramẽtum pignus futuræ gloriæ, & pignus etiam omnium bonorum, quæ a Deo petere, & expectare possumus. Hic.n.merito vsurpare possumus illud Pau. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis oib. tradidit illum qũo nõ cum illo omnia nobis donauit? Nec ait donabit in futuro, sed donauit in præterito, quia tanta est huius pignoris uis, & tantam nobis pollicetur spem, ac fortitudinem, ut omnia nos accedisse putare debeamus Christo suscepto. Et hoc ad literam significat Zacharias, cum ait. Quid.n.bonum eius est, & quid pulchrum eius nisi fiumẽtũ electorum, & uisium germinãs uirgines? Propheta uerbis superiorib. dixerat innumera a Deo beneficia Ecclesiæ conferẽda, dicẽs, ponẽ te quasi gladium fortiũ, Dñs exercituum proteget eos, & deuorabunt, & subij cient lapidib. fundæ. Vt vero certa hæc, & indubitata agnoscamus, addit, qa uniuersa Dei bona ei dedit, cum panem, & uinum electorũ dedit, quod si hoc dedit, reliqua sine dubio præstabit. Cum ait bonum, & pulchrũ eius, illud eius est masculini generis, ut ex Græco, & Hebręo constat, referturq. ad Deũ estque sensus. Omnia bona Dei data sunt hoi in fiumẽto electorũ, nihil ergo post donũ rãtum ei negari poterit.

Ro. 8.

Zac. 9.

B

Mira ꝑfecto, & penè incredibilia nobis promittũtur. Primo gloria, & facialis Dei uisio, q̃ oẽm superat cogitatum, adeo ut commentator Auerrois postq̃ dixit legem Iudæorũ legem puerorum, pp innumeras ceremonias, & legẽ Machumeti legẽ porcorũ, pp illius spurcitiam, legem Christi dicit legem stultorũ quia rem impossibilẽ sperat fidelis, qualis est uisio facialis Dei, & stellas calcare, ut ergo rem tantam speres, datur tibi Deus nunc sub uelo, ut eum sine velo sperare possis. Maximum profecto spei Christianæ obiectũ est, adeo ut sicut cui credere non possumus sine speciali Dei adiutorio, ita nec sperare, ut debemus, nisi Deo adiuuante possumus. Sed ut firma sit spes, cõceditur statim quod postea promittitur, & datur nobis in cibum Christi caro, & sanguis in potum,

C

ꝙ si tanta sunt alimenta, quæ nunc hęredibus dantur, qualis erit hæreditas, quę postea dabitur? Hinc Ioannes. Vincẽti dabo manna absconditum, quia licet videat, & gustet beatus Deum, semper dicet, quid est hoc? ita nũc datus nobis calculus candidus Christus, quo diem fęlicẽ numeremus, & qui est Manna abscõditum. Alia omnia, quę homo sperat minora sunt, quam gloria, quod si futuræ gloriæ immensæ pignus sufficiẽs datur in Christo, manifestũ relinquitur esse, ipsum pignus certum reliquorum. Orãdũ nobis est maxima fiducia, hæc enim est, quæ uniuersa impetrat: si enim habueritis fidem, ut granum sinapis, dicetis monti tollere, & iactare, in mare, & fiet. Sicut ergo pignore suscepto certo nosti tibi reddendũ debitũ, ita Christo sumpto certũ habes bonorũ cumulum, quid enim tibi negabit, qui filium dedit.

A

Apo. 2.

B

Quod si certo omnia bona sperare possumus, pręcipue fidendum est, nos exaudiendos in oratione, quam fundimus ꝓ victoria contra hæreticos negantes hoc diuinum sacramentum. Qua in re orare possumus illud Psal: Exurge dñe, iudicã causam tuã memoresio impreperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiẽte sunt tota die. Exurge, qu re obdormis dñe, quã diu sileb s uidens impiam, impudicam meretricem Babylonẽ in sanguine tuorum delectari? & te blasphemare? Si te sponsæ non mouent iniuriæ, moueant tuæ, non solum Ecclesia conculcatur, reliqæ proijciunt, tẽpla prophanant, sed et tu in Eucharistia irrideris, sed tu dñe usquequo? Ne tradas bestijs aĩas confitentiũ tibi, exurge ergo, & libera nos pp nomen tuum, superbia.n.eorum, qui oderunt te, ascendit semper. Sed num obliuiscitur Deus suorum? absit. Audi Isaiam. Dixit Sion dereliquit me dñs, dominus oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego non obliuiscar tui, ecce in manibus meis scripsi te. Tu oblita es mei diebus innumeris, tu dormis, tu Deum dereliquisti. Surgamus ergo nos, nec dormiamus cum Iona, cui dicitur, surge, inuoca

Ma. 17

C

Deum.

A Deum tuum, quia non Deum non inuocamus, hostes præualent in nos. Hinc Ps.
Ps. 80. Si populus meus audisset me, Israel si in vijs meis ambulasset pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem, & super tribulantes eos misissem manum meã. Id audiamus Deum nostrũ, in vijs eius ambulemus, et implebitur illud: Clamabi ad me, et ruã te, & honorificabis me.

Vt uero oratio nostra potentior sit, & Deũ inclinemus, ut nobis adsit aduersus hæreticos, præstemus, quod Ezechias, de
4. Reg. 19. quo sic Regũ tradit historia. Itaq. cum accepisset litteres, & legisset eas ascẽdit in domum Dñi, & expãdit eas corã Domino, & orauit in conspectu eius dicẽs, Dñe Deus Israel, qui sedes sup Cherubim, tu es Deus solus regnũ oĩum terræ
B aperi Dñe oculos tuos, & uide, & exaudi oĩa uerba Senacherib, qui misit, ut exprobaret nobis Deũ uiuentẽ. An nõ simile nunc Deo dicere possumus? Audi Dñe blaspẽmas hæreticorũ uoces, cũ se iactã impudica mulier caput esse Ecclæ cũ dicit te orandũ nõ esse, sanctos nõ venerãdos, reliquias eorũ nõ colẽdas, confessionis sacrũ tollendũ. Eucharistiã nihil esse. Olim cũ eã orationem fudit Ezechias, & blasphemas literas Senacherib. Deo ostendit, misit Dñs per Isaiam nũ-
Isa. 37. ciũ dicens: Cui exprobasti, & quem blasphemasti cõtra quẽ exaltasti uocẽ tuam? Cõtra sanctum Israel? insanasti in me? Ponã circulum in narib. tuis, & chamũ in labiis tuis. Hoc ipsum nunc faciendũ
C speremus, si ut par est, orauerimus.

En ergo mensam paratam aduersus inimicos nostros, dũ nos iuuat ut sacrificium, dum pignus est ut sacramentum quo fiducialiter orare possimus. Sed non ad ista solum hæc mensa proficua est, sed ad multa alia. Ad Iob Dñs ait: Nun
Iob. 38 quid ingressus es profundum maris, aut in nouissimis eius de ambulasti. Vbi Hebrea habent, guttas eius dinumerasti? Mare est hoc diuinissimum sacramẽtũ & fructus, ac effectus illius guttæ sunt, licet plura dixerimus, plurima restãt. Est ergo mensa parata in conspectu nostro aduersus eos, q tribulant nos, non hoĩes solum, uerum & aduersus carnem, mũdum, ac dæmones, qui multo acrius nos
A tribulant. Diuus. Tho. 3. p. q. 79. artic. 6.
D. Th. ait. Duo sunt, quæ nos impugnãt, & uiã in cælum impediunt, primum interior inimicus caro suis prauis affectionib. Secundum exteriores inimici mundus, & dæmon. Contra omnes hos paratur nobis mensa. Ante peccatum, licet caro inclinaretur in sensibilia, sed prius rationem consulebat. Sed peccato inordinata est, & similis reddita effreni equo, & ad sensibilia ducit et cõtra rationis ordinẽ. Adiuuat uero eã mũdus, ac dæmon. Et hac ratione merito intelligitur in be-
Ap. 13. stia illa de mari ascẽdẽte, cui erant capita septem, & draco dedit ei, potestatẽ, & posuit sup capita eius diademata, qa ca ro bestia facta est, & dæmõ tribuit ei potestatẽ. Recte aũt septẽ habet capita, qa septẽ habet inclinationes ad septẽ capi- B
talia vitia, quæ capita sunt, ex quibus innumera oriunt pctã. Licet in gratia sis dices cum paulo. Sentio aliã legem in
Ro. 7. membris meis, captiuantẽ me in legem pctĩ. Regnant caro, captiuas ducit aĩas abstractas, & illectas. Quis ergo liberabit me de corpore mortis huius gfa Dei per Iesũ Christũ De Noe dictũ est. Iste
Gene. 5 liberabit nos ab operib. manuũ nostrarum in terra cui maledixit Dñs. Quia uinum inuenit, quo operarii leuantur, & uires recuperant ad colendam terrã. Sed præcipue ea uerba Christo conueniũt, qui dedit nobis carnem, & sanguinem, ut uires accipiãt, qui aduersus eanem pugnat, quę ubre est terra cui male dixit Dominus. Si ergo o homo labo- C
ras in pugna uitiorum, si terram cordis tui durã sentis accede, ad Eucharistiam
Mat. 16 & reficietis. Venite ad me oẽs q laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Accipe diuinum hoc mel cum Ionatha, & iustum, ac uires recuperabis. Fugis a Iezabele cũ Elia, times eã, ac ministros
1. Reg. 14. illius? fac quod Elias, dormi sub iunipe
3. Reg. 19. ro spinis pleno comede sub cinericium panem, & confortaberis, nec incides in manus Iezabelis. Quid aliud quam carnem significat Iezabel a cuius conspectu iustus fugit, quid ministri illius, nisi prauæ inclinationes, ac animi affectio-

A nes? Si te ista insequuntur, quiesce sub cruce, considera spinis ornatum Chrm, Eucharistiam suscipe frequenter, & liber eris ab eis. Quo pacto sine cibo uires hêbis in pugna? Rectè Ionathas ait:
1. Reg. 14. Turbauit pater meus populum, si enim comedisset, sicut ego, persequeretur hostes suos usque ad internecionem, nunc verò infirmus populus ob cibi defectũ persequi inimicos non ualuit. Voce præconis edixerat Saul, nullus cibum sumat, donec hostes omnino superentur. Hoc ipsum nunc docet, qui ait, non esse frequẽter ad Eucharistiam accedendũ, donec passiones omnino quiescãt. Imo vero suscepta Eucharistia uincẽdæ sũt. Da mihi fortissimum hominem, armis optimis circũdatum, si cibo non utatur per plures dies, an nõ dicet cum Dauid:
Ps. 101 Aruit cor meũ, quia oblitus sum comedere panem meum? B Sicut enim calore naturali consumitur humidum, quod cibo restaurari oportet, ne pereat homo, ita concupiscẽtia uitam spiritualem impugnat et quasi cõsumit, nisi hoc diuino
Iud. 7. cibo restauretur. Hic est panis Gedeonis, qui uoluebat in castra Madiã, ac ea delebat, quo bestia carnis superat, licet capita hẽat septem, similisq; Hidriæ sit, quia hic est uinum sanguinis Chri germinãs uirgines, & ideo carnẽ domans.

Alij uero sunt inimici externi, q nos circundant. Primum dæmones, qui mul- C ti cum sint numero, quasi athomi nos cingunt, secundo mundani homines, q similes sunt regibus terre promissæ, qui in unum conueniebãt aduersus Israel, ne terram obtineret. Aduersus oẽs hos hostes pugnat panis hic Gedeonis irruens in castra Madian. Sicut olim deuictis regibus ait Iosue: Calcate ceruices eorum, nec eos timeatis, sic nunc suis
Ios. 20. Christus ait: Confidite, ego vici mundum. Cum Christum suscipis in Eucharistia, tecum ducis uictorem dæmonum, & mundi, cum illo omnes calcabis hostes. Sed forte ais, uellem quidem ad Eucharistiam accedere, sed oblatratur mihi a socijs. Num uocatus à rege, ut tibi maxima concederet beneficia, ire recusares, quia paruus canis in uia est oblatrans, qui latrare potest, A mordere non potest? Vellem, ais, Deo obsequi, qui cum inter mihi familiares uersor, & uana plura dicuntur, aliqua etiam uana dico, ne mihi detrahatur. O serue, non inutilis solum, uerum, & nequam, uides Dominum offendi tuum, & eius honorem non zelas? Inhonestum tibi ducis, quod bonus habearis? Merito rex Christus ait. Qui erubuerit me coram hominibus, erubescã & ego coram Patre meo. An non hoc stupendam, quod amor meretricis, uel ludi tantus sit in corde tuo, ut ea non deseras, licet noueris tibi mala esse, licet scias ab omnibus oblatrari tibi, & amor Dei ita debilis est, ut uerbum eius causa sustinere non ualeas? Vis uniuersas has superari difficultates? Ad Eucharistiam accede: o cœna grandis? B o conuiuium regale, imo cœleste, arbor vitæ, arca contra diluuium, Manna de cœlo, panis Angelorum, fauus mellis inuentus in ore leonis, sacrificium Melchisedech, adesto nunc nobis. Et huius sacrificij dulcedine placatus Deus ingẽtia nobis crimina remittat, victoriã donet aduersus uisibiles, & inuisibiles inimicos. Hoc pignore accepto fidentes simus, & postulemus in fide non hæsitantes, & concedet Deus, quæ in nomine filij eius dilecti petierimus, &c.

CONCIO C

In supplicatione publica, cum Deo gratiæ referuntur pro uictoria ab hostibus parta.

THEMA.

Deo autem gratias, qui dedit nobis uictoriam per Iesum Christum Dominum nostrum. 1. Corin. 15.

Loquitur his uerbis Pau. de uictoria peccati ac mortis, q̃ à Christo primũ parta ẽ, & quã nos per illã assequimur. Regnauerat. n. in mundo mors, peccatũ, ac dæmõ, ab Adã, q a ois hõ in peccato conc-

cipe-

A cipiebat, & seruus erat dæmonis a cuius potestate sola Christi gratia liberari poterat, sine qua hō miser captiuus tenebat ad demonis voluntatē, nec ei resistere poterat, & sic ab vno peccato in plura ducebat, & ad mortē corporis ac animæ æternā. Ecce dæmonis principatū, & hoīs miserandā cōditionē sine X̄po: de qua Isa. ait. Nō poterit auolbre de angustia sua.

Isai. 8.

Venit autem X̄ps dux in mundum, vt debellaret aereas potestates, & principem mūdi à regno deturbaret, & statueret in mundo regnum & Dei morte sua id perfecit. Vnde ait. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. De qua X̄pi victoria præclare loquit Pau. dicens. Exspolians principatus, & pōtates, traduxit cōfidēter, palam triūphās illos in seipsos. Exspoliauit, inquit, dæmones præda, quā tulerāt, & traduxit confidenter, i. extra duxit dæmones, ne mundo principarentur, uel hoies traduxit ex eorum potestate ac regno, eripiens eos de potestate tenebrarum, & transferēs in regnum suum. Et in semetipso palam ostendit triūphū, quo de dæmonibus triumphauit. Quemadmodū .n. victores ac triumphatores publicē gestabant uictos aliquos insignes uiros ex his, quos bello superauerāt, & spolia alia quæ ceperāt: ita X̄ps manifeste ostendit mundo uictoriam a dæmone reportatā, euertens idolorum templa, dæmones ligatos sæpe ostendens, auferens ex eorū potestate insignes peccatores, quos mūdo proposuit tanq̄ uictoriæ suæ testimonium. Sicut ergo accessit ad primū Adā dęmon, & illū superauit, & nos oēs in illo, ita cum accessit ad 2m Adam superatus ab eo est, & nos omnes in illo uictores euasimus, ut dicere possimus, Deo āt gratias, qui dedit nobis uictoriam per Iesum Christum. Quia in Christo sufficiens remedium homini est, quo qui uti uolueri, dæmonem superabit.

Ioā. 12.

Col. 1.

B

C

Licet uero, ut diximus, Christus dœmonem superauerit, sibi, & nobis, dū nobis meruit gratiam, quæ illū superemus restat tñ nobis bellum gerendū cum dæmone, in quo quisque hominum eum superare debet, & hinc fit ut Ecclesia sit, Terribilis vt castrorum acies ordinata, dicaturq; militans, quia exercitus est pugnantium. Sed multo superior hō est dęmone, qui per X̄pm adeo infirmus factus est, ut non uincat, nisi uolentem, & recte Aug. ait. Debilis est hostis, qui non vincit, nisi volentē. Hō uero fortissimus redditus est gratia X̄pi, insignitus charactere X̄pi, tanq̄ illius miles. De qua re præclare Orig. hom. 2. in Iosue, ubi ait. Cum primū nomen Iesus datur Iosue. Exo 17. dr: Venit Amalech, & expugnabat Israel, & dixit Moyses ad Iesum in Raphidim: Elige tibi uiros potentes ex oīb. filijs Israel, & egredere, & cōfiige cū Amalech die crastino. Non pōt Moyses eligere uiros potētes, sed Iosue. Hic ubi primū inuenio nomē Iesus, ibi cōtinuo video mysterij sacrm, lex .n. uincere nō potuit, nec eligere uiros potentes, q̄ uincerent, hoc ad Iesum pertinet, qui dęmones superauit, & suos gratia armauit, qua dæmonē deijcere possent. Iam uerū hēc illud Ioelis, infirmus dicat. Qui fortis ego sum, qui .n. ante X̄pm infirmus erat, iam Christi gr̄a fortis effectus est. Hinc mira sāctorū fortitudo post Christū enituit, ēt in pueris, & puellis, ut admirationi mundo extiterint, impletūq; est illud Pau. Sancti per fidē uicerunt regna, operati sunt iustitiā, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonū, extinxerūt impetū ignis, castra uerterūt exterorū, fortes facti sunt in bello. Hinc dęmon Antonio confessus est, referente Athanasio i eius uita, post X̄pm uires se nō hēre aduersus hoies, ligat⁹ .n. p Christū est, ut ipsemet ait. Nisi prius alligauerit fortem. Ligatus uero canis nullum mordet, nisi qui accedere vult per inscitiā, noli ergo tu mortifera delectatione ad eū propinquare & nihil in te iurisha bere poterit, Resistite diabolo, & fugiet a uobis, ait Iacob. si fugit, uict⁹ abscedit, si locum pugnæ deserit, uictum se fatet.

A

Cant. 6.

Augu.

Orige.

B

Ioel 3.

Heb. 11

Athan.

C

Luc. 11

Iaco. 4.

Pro hac uictoria pcipuas gratias Deo referre debemus cū Pau. dicēte. Gr̄as agentes Deo, & Patri, qui dignos nos fecit in partē sortis sanctorum, qui eripuit nos de pōtate tenebrarum, & transtulit in regnū filij dilectionis suæ. Has gr̄as

Col. 1.

A Psal. referebat, cum diceret: Benedic aĩa
Ps. 102 mea dño, & oĩa, quæ intra me sunt, nomini sancto eius, qui propitiatur omnibus iniquitatib. tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui ãt iustior est has gratias ampliores reddere dẽt, quia ei concessa victoria est amplior, dum à peccato maximè liber est, dũ pctã ab eo elongauit Deus. Vñ subdit Psa. Sicut distat ortus ab Occidẽte, lõge fecit a nobis iniquitates nras. Vides longissime te a peccato distare, uides Aegyptios corã te sub mersos, & quas olim timebas iniqtates, & qb. inseruisti, nũc deletas uides vt nubẽ, dic cũ Israel. Cãtemus dño, gloriosè .n. magnificatus est. Et cũ Ps. Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiã laudis. Sed sciendũ est non solum per Chri
Exo. 14 Ps. 115 stum nobis concedi spũalia bona, sed & temporalia, quæ saluti æternæ conueniunt, non solum victoria inimicorũ in
B uisibilium, sed & hostium uisibiliũ, qua parta, gratias ei agere debemus, tãquam illius authori, præcipuè autem & singulari quadam ratione, cum de infidelibus fideles triumphant, uictoria illa Christo tribuenda est, qui sicut meruit nominis sui, ac fidei exaltationem: ita accepit potestatem conterendi, ac perdendi eos, q ei resistunt, & fidei hostes sunt. Ita Psa. ait. Postula a me, & dabo tibi gẽtes hęre
Psal. 2. ditatẽ tuã, & possessionẽ tuam terminos terræ Reges eos in uirga ferrea, & tanq̃ vas figuli confringes eos. Ideo: Apprehẽdite disciplinam ne qñ irascatur Dominus, & peatis deuia iusta. Explanãda no
Theo. bis hæc uerba sunt, ex quib. liquido con
C stabit, quod diximus. Theoph. in c. 1. ad Hebræos ait, ut Deus, innatum habet Xp̃s vniuersorum imperium, ut homo decreto patris accipit, & ideo ait: Postula a me & dabo tibi gentes in hæreditatem. Addit uerò: Reges eos in uirga ferrea. Ferreũ in diuina Scriptura in malã partem accipi solet, & significat pęnam, ac afflictionẽ durissimam. Sic in Deut. dr̃. Serues inimico tuo, quem emittet ti
Deu. 28 bi dñs, in fame, & siti, & nuditate, & oĩ penuria, & ponet iugum ferreum super ceruicem tuam, donec te conterat. Et in eodẽ Deuter. dr̃. Vos autem tulit dñs de fornace ferrea Aegypti. Et iõ uirga ferrea significat durum dñium, quo grauiter punit hõ, quia uirga ferrea grauissimum ictum hẽt, & oĩa comminuit, & vt id explicat Psa. addit. Et tanq̃ uas figuli confringes eos. Sed hic ẽt attendendum A
est, id ꝙ de Xp̃o nunc dr̃, promitti etiã ab eo suis in Apoc. ubi sic ait. Et qui uicerit, & custodierit usq; in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, Apo. 2
& reget eas in uirga ferrea, & tanquam uas figuli confringentur, sicut, & ego accipi a Patre meo. Non solum ergo Christus accepit potestatem in gentes & uirgam ferream, qua eas percutiat, sed & ille hanc uirgam & potestatem suis tribuit, sed quãdo eam exerceat, uideamus Plane hac uirga ferrea gentes conteret B
Christus in iudicio, cũ inimicos oẽs ponet scabellũ pedum suorũ, ac æterna percutiet dãnatione. Vñ in Apo. ait. De ore eius procedit gladius ex utraque parte acutus, ut in ipso pcutiat gentes, & ipse reges eas ĩ uirga ferrea, & ipse calcat torcular viui furoris irę Dei oipotẽtis. Quo loco manifeste ostendit in fine mundi Apo. 19
hoc implẽdũ esse, cũ in iudicio oẽs inimicos debellabit. Similiter ẽt sancti hanc uirgã ferreã ac põtatẽ ingentes exercebunt in iudicio. Vñ Sap. Iudicabunt nationes, & dominabunt populis. Et Malac. Calcabitis impios, cum fuerint cinis sub planta pedum uestrorum. Et Ps. E- Mal. 4.
xultabunt sancti gl̃ia lætabunt in cubilib. suis exultationes Dei in gutture eorũ, & gladij ancipites in manib. eorũ, ad Ps. 149
faciendam uindictam in nationibus, in C
crepationes in populis, ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, ut faciant in eis iudicium cõscriptum, gloria hæc est omnib. sanctis eius. Hanc ergo potestatem quam Christus homo accepit a Patre iudicandi, ac puniendi impios, ipse promittit se daturum suis, ut eos iudicent, a quibus iudicati sunt, eos puniant, a quibus persequutionem sustinuerunt.

Licet autem in extremo iudicio præcipue hæc uirga ferrea exercenda sit, tũ a Christo domino, tum a sanctis, sed & nunc ẽt exercetur, unde aliqui Doctores

de hac

A de hac ét uita accipiunt uerba illa Apocal. ut in eum locum Ribera ait: Nūc enim virga ferrea conterit inimicos Christus, & sui ét, cū iusto bello debellat fidei hostes, & propagationem Euangelij impedientes. Duo .n. gladij apud Christi di-
Luc. 22 scipulos reperti, cum aiūt: Ecce duo gladij hic, duas Ecclesiæ potestates, quib. in peccatores animaduertit, significant, Ecclesiasticam, & secularem, gladium spirituale, & materiale, quo Ecclesia uti potest, cum opportuerit, reges expugnādo, ac debellando, & potestate regia expoliando, hostes perdendo, tunc etiā utitur
B virga ferrea, & tanq̄ vas figuli cōfringit eos, qui uasa cōtumeliæ sunt, ac vasa iræ. In hac virga contriti nunc sunt fidei hostes tanq̄ vas figuli, quia vsus est Christus, & eius Ecclesia ea potestate, ut illos deleret. Ex hoc autē illud colligit Psal. ꝙ sequitur: Et nūc reges intelligite, erudimini oēs qui iudicatis terram seruite Domino in timore, apprehēdite disciplinam, ne qñ irascitur Dominus, & pereatis de uia iusta. Quibus uerbis primum admonentur principes terræ, ut curent Deo obsequi, ne ipsi similiter deleantur, & tanq̄ uas figuli confringantur, perire enim de uia iusta est, à fœlicitate, & uia plana, ac fœlici uitæ instituto deturbari-
C ne ergo etiam regna temporalia amittatis: Seruite Domino in timore. Simul ét iudices, & principes uiri discant seruire Domino in timore, & iustos reuereri, ne in iudicio ad eorum deueniant potestatem, & conculcentur ab eis, quos nunc cōculcāt. Sicut .n. innumeri iusti fuerūt sub tyrānorū potestate in hoc sæculo, à quibus vexati sunt, ita i iudicio oīs peccator ét Rex, & Imperator, sub iusti potestate erit, & ab eo cōculcabitur, ut lutum platearum. Noli ergo iustum contēnere, qa paup est, cito enim sub eius ditione eris. Simul etiam illis verbis: Apprehendite disciplinam, nos monet Psaltes id agere quod nunc hac publica supplicatione a-
Hiero. gimus. Hebræa namq. habent Nasecubar, quod Hieron. uertit, obsculamini filium. Sed quid est osculari filium? Plane admonet nos Psal. ut Christi manus osculemur, ut gratias ei de omnibus referamus, in omnibus gratias agentes ei, A
per quē omnia nobis bona proueniunt. Sicut .n. gratias homini agere soles dicēs, osculor manus tuas, ita gratias Christo referre debes illius manus osculās, & hoc est osculamini filiū, agnoscens ab illius manibus oīa bona ꝓuenire. De cęlo ergo uictoria cum fuerit cęlesti Domino gratiæ sunt referēdæ, ꝙ & nunc agimus.

Sed & in hac ultione de hostib. sumpta Deo authore, ac Christo regente eos in virga ferrea misericordia Dei attēdēda est maxima, etiam in regnum ipsum, & prouinciam, quæ debellata, est licet enim tanq̄ iudex Deus hostes punierit, simul etiam Patrem egit, eosque ut Pater uerberauit in correctionem, ut resipiscant, ut dum nunc à Deo iudicātur, & B
puniuntur, nō cum hoc mundo damnētur, eo .n. tendunt Dei supplicia, q̄ in hoc mundo infligit, quæ uero in inferno secus. Quam diuersitatem explicat Ada- Adam.
mus in illud Isa. A uoce .n. Domini pauebit Asur, virga percussus, & erit trāsitus Isa. 30.
uirgæ fundatus, quā requiescere faciet, Dominus super eū. Ait ergo Adamus. Damnatus pauebit percussus uirga diuinæ sententiæ, & erit transitus uirgæ fundatus, idest nequaquam eā uirgām Dominus leuabit, & more cedentiū finē faciet uerberādi, sed quasi fundatā, & alta radice defixā in pœnis eius faciet permanere, significat ergo ęternitatem supplicij. Ecce virgā fundatā, ac æternā, qua dānatos Deus confrigit in ęternum. Sed C
est altera uirga ferrea quidem, & dura, qua Deus in hac uite punit, quæ uirga est regens, quia in emendam correcti dirigitur, de qua etiam Psalt. loquitur, cū ait: Reges eos in uirga ferrea, quo loco septuaginta trāstulerunt, pasces eos. Et sic sensus illorum uerborum est, licet gētes aduersum te consurgent, inania meditātes, tn̄ postula eas a me, & dabo tibi in hæreditatē tuā, ut tuæ sint, quas tn̄ regere debes in uirga ferrea, quia timore eas pterrefacere oportet, & castigatione, ut ad te redeant. Sic .n. Niniuitis ostēsa uirga ferrea est, cum eis prędicatur. Niniue subuertetur, sed non in interitum, sed in correctionē uirga illa tēdebat. Sic ét du-

A re flagellat Deus in uirga ferrea gentes,
Mic. 5. vt ad se trahat Hinc Micheas: Stabit, & pascet in fortitudine Dñi, in sublimitate nois Dei sui, & couertent. Et suscitabimus super eum septē pastores, & octo primates hominē, & pascēt terrā Assur in gladio, & terrā Nemrod in lāceis eius. Quæ uerba iræ quidē sunt, sed in bonū diriguntur, & in correctionē, significat.n. Propheta, Christum natum in Bethlehem (de quo dixerat) recturū reliqas Iudęorum, & conuersos ex gentibus, id fortitudine Domine, idest, in magna fortitudine, quod idē est cum uirga ferrea, quę sic et appellat propter fortitudinē,
Dan. 2 sicut apud Danielem regnū Romanorū ferreum dicit propter fortitudinem. Et septem illi pastores, & octo primates significant pastores Ecclesię, q in gladio,
B ac lāceis pascunt, dū potestate sibi à Christo cōcessa vtūtur, hos tradētes Sathanę illos punientes, alios debellantes armis sæcularib. ut nunc factū est. Ecce virgā ferream, ecce gladios, ac lanceas, quibus tamen pasci dicuntur gētes, quia in earū correctionem hęc vltio ordinatur, ut Ecclesię subdātur, nec rebelles sint, ut huc
Riber. usq; fuere. Ribera disertissimus prophetarum expositor, addit in illa uerba Micheæ, possumus et accipere pascere pro depascere, & absumere, nā terra cū depascitur, pulchritudinē suam amittit, ut sit sensus: auferēs omnem pulchritudinem & ornamentum terræ infidelium. Hoc aūt factū est ab Ecclesia, cum principes, nobiles, & eruditos infidelium ad Chri
C stū adduxerunt, qui erāt infidelitatis ornamentum. Et nūc et fit, cum bello infideles perdit, eorum diuitias absumit, & gloriam depopulatur. Id uero fit in gladijs, & lāceis eius; qa his armis infideles superātur, quibus aduersus Ecclesiā pugnauerat, quod est gloriosissimum uictoriæ genus, qa infidelitas pugnauerat in Christi Ecclesiā eloquētia, subtilitate disputandi, & armis Regum, ac Imperatorū, his ergo armis Ecclesia aduersus infideles pugnans eorū pulchritudinē abstulit, ut nūc a nostris factū est in hoc bello.

Sed il'ud a nobis orādum est, si Christiana utimur charitate, ut hostes nostri hac accepta clade resipiscāt, & ī meliorē A
mentem redeāt. Quod.n. id Deus intendat, iā diximus, q id sæpius pstet ostendit apud Sophoniā dicens: Qua ppter expe Soph. 3
cta me (dicit Dñs) in die resurrectionis meæ in futurum ut congregē gentes, & colligam regna, & effundā super eos indignationē mea, oēm irā furoris mei, in igne.n. zeli mei deuorabitur omnis terra, qa nūc reddam populis labiū electū, vt inuocēt oēs in noīe Dñi, & seruiant ei humero uno. Ecce post adhibitam ultionem conuersio eorum, qui puniti sūt, sequitur. Orandum ergo nobis est, ut infideles resipiscant, & labia electa habeāt quibus nomen Dñi inuocēt, & ei seruiāt uno humero. Tunc aūt illud efficietur, quod in Psalmo sequitur: Et tanquam B
uas figuli confringens eos, vas figuli.i. q est in manu figuli, ut exponit Hilarius, q quamuis cōteratur, refici potest. Hilar.
Vnde Varlenius ait, non dixit tanquam Varle.
testam, quæ fracta refici nequit, sed tanquam uas figuli sacrificas, uas, cū adhuc molle & humidū est, & inter manus figuli uersatur, q de industria confrigere solet figulus, ut illud melius efficiat. Quā C
rem (ait Hilar.) mire expressit Dñs Hie Hie. 18
remiæ, dicens. Descende in domū figuli, & ecce ipse faciebat opus super rotā, & dissipatum est vas, q faciebat e luto manib. suis, conuersusq; fecit uas alterum, sicut placuerat oculis eius ut faceret, & factum est verbum Dñi ad me dicēs, nū quid sicut figulus iste non potero uobis facere domus Israeli ait. Dñs. Ecce sicut lutum in manu figuli, sic uos in manu mea dom⁹ Israel, repēte loquar aduersus gentē, & aduersus regnū, ut eradicē, & destruam, & disperdam illud, si pœnitētia egerit gens illa a malo suo, agam & ego pœnitētiā super malo, q cogitaui, ut facerem ei Et subito loquar de gente, & deregno ut ædificē, & plātē illud. Hinc
Greg. li. 3. Moralium in caput 6. Iob. in illud. Qui cępit, ipse me conterat, soluat Greg.
manū sua, & succidat me. Sciendum est q aliqn nos aduersarius, aliqn conterit Deus ex cōtritione aūt aduersarij à uirtute deficimus, per cōtritionē uero Dñi fracti a uitijs in uirtute roboramur. Hāc
contri-

A contritionem Propheta prospexit, cum dicebat. Reges eos in uirga ferrea, & tanquam uas figuli cōfringes eos. In uirga ferrea Dñs regit, ac conterit, q̄ a dispēsationis suę fortitudine, cū nos internus reficit, exterius affligit, nā q̄n uirtutē carnis humiliat, intentionē spūs exaltat. Et inferius exponēs illud, soluat manū suā, & succidit me, ait: Cū amorem suū erga nos p verbera nō exercet, quasi ad feriēda nr̄a uitia manum ligatā tenet. An nō affectus sui manū ligauerat, cum peccati populo dicebat: Iā non irascar tibi, &
Ezech. 16. zelus meus recessit a te. Qui iō q̄buidā parcit, ut eos in ppetuū feriat, iō me hic feriat, ut non parcēdo in æternū parcat. Ecce furor fauor est, non parcere parcere ē, uirga, virga dulcedinis ē. Hinc Pau.
1. Co. 4 Quid uultis, in uirga ueniā ad vos, an ī
B charitate, & spū mansuetudinis? Virga certe illa ferrea erat, cū statim c. 5. tradat illū hoīem Sathanæ in interitū carnis. Sed eo tendebat illa uirga, vt spūs salu⁹
Aug. fieret ī die dñi, vnde Aug. verba illa: Tāquā vas figuli cōfringes eos. Sic explicat .i. cōteres in eis terrenas cupiditates, & veteris hoīs lutulenta negocia, & ita fit in nobis cor cōtritū, & humiliatū, quod
Hilar. Deus nō despicit, ut Hilarius ait: Et hęc
Esa. 11 est uirga illa, de qua Isaias ait: Percutiet terram uirga oris sui, & spiritu labiorū suorum interficiet impiū quatenus impius est, idest, impietatem auferet.

Sed illud ēt nobis aduertendum est, nō solum hostes nr̄os in virga ferrea rectos a Deo esse, sed & ī uniuersum idip-
C sum suo modo toti Ecclesiæ, & singulis fidelib. accidisse. Vn̄ Ecclesia amice con
Ps. 79. queritur in Ps. Qui regis (vel pascis, ut est in Gręco) Israel, intēde, q̄ deducis velut ouem Ioseph. Quo usque irasceris super orōnē serui tui, cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis ī lachrymis in mensura, posuisti nos in cōtradictionem uicinis nostris, & inimici nr̄i subsannauerunt nos. Qd̄ dicit in mēsura Hebraicè est. Sollis, q̄ significat mensurā grandem qu. si tertiarium, hoc est, abūde & largiter nos potasti lachrimis. Cōqueritur ergo Ecclesia dicēs: O pastor Israel attende quo pacto oues tuas pascas, pascis.n. lachrymis ac tribulationibus, quasi uirga tibi sit ferrea. Hanc ipsam querelā sæpe proponit Deo humana īfirmitas, q̄ multa Deus flagella immittat, q̄ dura sit eius manus. Sed q̄ id Deus amore faciat, non odio & q̄ bonū sit nobis, q̄ nos humiliet, q̄ soluat manū, & succidat nos oīno certū est, de qua re quia plura multis in locis dixim⁹, cū de tribulatione ageremus, nihil nunc dicendum est, sed ad gratiarum actionem redeundum, quam acturi conuenimus. A

Obtenta victoria non nr̄is uirib. tribuenda, sed Deo. Vnde fortissimus dux Iudas ait, non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo fortitudo est.
Et Dauid ad Goliā ait: Tu venis ad me 1. Mac.
in hasta, & clypeo, ego autem ī nomine 3.
Dei uiuentis. Et licet præclari duces fuerint Israeli, à quib. bella gesta sunt, tamē B
ps. ait. Nec.n. in gladio suo posséderunt terrā, & brachiū eorū non saluauit eos, Ps. 43.
sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui, q̄m complacuisti ī eis. Tu es ipse rex meus, & Deus meus, qui mandas salutē Iacob, in te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in noīe tuo spernemus oēs insurgentes in nos. Si ergo a Deo uictoriā suscepimus, ei referendæ grē sunt. Hoc aūt & ipsi agnouerūt Ethnici, q̄ parta uictoria insigni, dijs immolabant, eis gratias agētes. Cū uerò nos gratias agim⁹ Deo p susceptis bn̄ficiis, q̄d aliud agimus, q̄ noua promereri? Est.n. gratiarū actio clauis, qua ianua uiscerū Dei aperitur, ut mīa eius ad nos dimanet, cum gr̄as agis p hoc beneficio, aperis Dei cor, ut maius aliud tibi prestet. Cum plurimas mīas Deus Israeli contulisset, Angelum misit, qui eis in C
memoriam reuocaret, ut grati essent, q̄ de hac re concionem habuit in loco flentum, vt Iudicum tradit historia. Adeo Iud. 2.
ēm necessaria grārum actio est, ut ob cā cām Angelus ad Israelitas aduenerit. Nec satis Deo fuit Angelū ad hoc destinare, ipse.n. venit, ut eū fructum uineæ exigeret, qui est gratitudo diuinis muneribus. Nec ullum beneficiū insigne fuit, q̄ Deus Israeli concederet, propter quod Psalmus a Daniele cōpositus nō fuerit,

A vt Deo gratiæ referrentur. Et Christus Dñs exemplo nos docuit gratias referre, qui ét ante collatum beneficium gratias referebat. Sic ante panis multiplicationem, & Eucharistiæ institutionẽ gratias Patri egit pro illis beneficijs nondũ susceptis, ut inde colligas, gratias referre pro acceptis donis. Præcipua cõsideratione expendẽda sunt uerba illa Dñi ad Hiere. Tu noli orare ꝑ populo hoc, nec assumas pro eis laudem, & orationem, & non obsistas mihi, quia non exaudiã te. Sed ò Dñe licet Prophetam tuum nõ exaudias, permitte illi, ut oret, ac laudet te, ut saltem ipse merito suo non defraudetur. Nihilominus Deus, ait, noli orare ac laudare me, qa si orõnem, & gratiarũ actionem fuderis coram me, continere me non potero, quin beneficia conferã, ideo noli laudare me. Cũ ergo Deũ laudamus, & ei gratias referimus, nõ se continet, quin alia, ac alia bona præstet. Oratio, ac gratiarũ actio uirga est, quæ de petra aquam educit, dicente Dẽo: Loquimini ad petram, & illa dabit uobis aquas. Quod si ex petra aquã scaturire facit oratio, quid obsecro faciet ex fonte illo vberrimo diuinæ misericordiæ.

Ioan. 6 Ma. 26 Hier. 7 B Nu. 20

CONCIO

Coram sanctissimo Sacramento, cum redirent nostri à bello contra Anglos re infecta, nec ini micis deuictis.

THEMA.

Nunc autem repulisti, & confudisti nos, & non egredieris Deus in virtutib. nostris, Et post pauca. Exurge Domine, adiuua nos, et redime nos propter nomen tuum. Psal. 43.



EO Psal. primũ Dauid refert victorias patribus collatas. Deus aurib. nostris audiuimus, patres nostri annunciauerunt nobis, manus tua gentes disperdidit, &c. Sed cum procedente tpe non ex uoto eis cuncta bella succederent, de hoc conqueritur Ps. Nunc aũt repulisti, & confudisti nos, non pbens nobis illã expectatã uictoriam, nec ut soles, egressus mó es cũ exercitib. nris in pliũ: ut solito more nobiscũ, & pro nobis pugnes. Concludit Ps. Exurge dñe, adiuua nos, & redime nos pp nomẽ tuum. Licet nõ pp merita nostra, sed pp temetipsũ fac, & pp gloriam nõis tui, ne ab infidelib. blasphemetur 2. Mach. 11. ingreditur Lysias Iudæam maximo cum exercitu, cui ꝓcessit obuiam Machabæus exhortans suos, cumq. pariter prompto aĩo procederent Hierosolymis apparuit ꝓcedens eos eques in ueste candida, armis aureis hastã uibrãs, tunc oẽs simul collaudarũt misericordẽ Deum, & cõualuerunt animis, nõ solũ hoĩes, sed & bestias ferocissimas, & muros ferreos parati penetrare. Ibant igitur prompti de cœlo habentes adiutorẽ: discedebat Chrs in cœlum Angelis comitãtib. relinquebat suos in terra in medio inimicorum, armatus erat uniuersus mũdus contra eos, imo & oẽs portæ inferi, an non timeant, & clamẽt, Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me? cõfortat suos Christus Dñs factus in hoc sacro dux nr impleẽs illud Ps. Propter nomen tuum dux mihi eris, veste indutus cãdida apparet, qa sub accidentib. albis, arma habet aurea, & diuinitatis hastã uibrantẽ in auxiliũ nostrum, cũ aĩarum, tũ corporũ, ut considerãtes nos hñre de cœlo adiutoriũ tale misericordis Dei extollamus nos, & aĩos erigamus bestias ferocissimas, & muros ferreos parati penetrare. Pete gratiam.

Iob 17. B

C Merito loquitur psal. Non est similis tui in Dijs domine & non est ſm opera tua, quasi dicat, oĩs res operatur secũdũ, ꝙ est, homo ut homo, Deus vt Deus, & cum nullus sit, qui inesse Deo æquetur, ita non est, qui talia operetur: at Deus Deus non est similis tui quisquã in operib. Dic obsecro, qũ humanum ingeniũ vel etiam Angelicũ talẽ adinueniret inuentionẽ, qualis est illa, ꝙ Deus adinuenit in hoc diuinissimo sacro. In adinuẽtiõib. tuis exercebor, ait ps. & Isai. notas facite ĩ populis adinuẽtiones eius. Tã mirabilis hæc adiuẽtio, ut de ea loq nõ possimus

Ps. 85. Ps. 76. Isa. 12.

A simus hoĩes, & angeli aliter, q̃ dicẽtes, quid est hoc? Multo rectius, q̃ Iudæi uidentes manna id dixerunt: unde nomẽ huius sacramẽti est Manhu, qd est hoc. Si. n. consideres, quod verbis humanis tanta res cõficiatur omnino mirum est & inauditum, nec. n. tantam rem confecit Deus verbo suo initio mundi, cum
Ecc. 18 qui uiuit in æternum, creauit oĩa simul, plus conficit sacerdos corpus Chri conficiendo: hic oĩno uerum habet, q aliqñ per exaggerationem dictũ fuit, obediente Deo uoci hominis, si consideres quo corpus ibi fit ad modum spiritus totum in toto, & totum in singulis partibus, & idem uerum corpus in oĩbus mundi ecclesijs, in tam distãtibus locis, illud esse
B maximum miraculorum, quæ in mũdo facta sunt, inuenies, q ni fides assereret repugnare diceremus omni naturę, non tñ contra illum est, sed super illã. Si consideres, non frangi fractis speciebus, deficit ibi esse, cum deficiunt species, qd species sine substãtia per se consistãt, & nutriant ut substãtia, uere in hoc sacramẽto locum habet illud Iob. Qui facit ma-
Iob 5. gna inscrutabilia absque numero.

Tam mirabilis autem adinuẽtio, sine sufficiẽtissima causa esse nõ potuit, imo multæ fuere, inter quas una est, vt nobis maneret refugium ad oẽm nostram tri-
C bulationem, & laborem in omni statu mundi est labor & dolor, nec putes deesse ĩ altis, qa si gigãtes gemũt sub aquis,
Iob 26 & qui habitabant cum eis. Vbi Gre. Gi
Grego. gantes, i. potentes sæculi, quo potentior, eo curis grauiorib. oneratur, etiam cum nulla vr̃ adesse occasio. Quis consideret Amã, cui nihil uidebatur deesse ad gau-
Esth. 3 dium, & tñ gemit, qd Mardochæus non
Gen. 3 assurgat ei. Spinas tribules germinabit
Iob 10 tibi. Hic fructus, hoc germen terrę post peccatum. Vnde Iob. Si iustus fuero nõ leuabo caput saturatus afflictione, et miseria, & væ mihi est, Si peccator est, plenus est miserijs, & vę infernum in corde portat, dæmonem, a quo uexatur, & uermẽ, a quo torquetur dicens, Deus est mihi inimicus. Si iustus, saturatur afflictionibus, iusto Deus datũr, tanta quidẽ res, quantus Deus est, non est danda si-

ne adiuncto aliquo incommodo (Gran peso cõ cõtrapeso.) Turbo ducit Eliã in cœlum, scalam tanti ascẽsus uenit Deos vt elaboraret in terra, ex qua materiam sumpsit, labores. s. si. n. ex materia cœli
vellet eam componere. s. ex delitijs non 4. Re. 2
huc descendisse, ut eã operaretur in terra oẽs qui tibi placuerunt per tribulatio Ps. 33.
nes transierunt. Multa tribulationes iustorum, Maximes quisque dicit labores suos qa oĩbus labor est. Sed qño iustus tanta patietur incommoda? qua cõsolatione leuabitur inter tot inimicos? Accipite ait X ps, corpus meũ, hoc est refugiũ
in oĩ tribulatione, hoc solatiũ, hoc cõfu- Ps. 10.
giũ contra oẽs inimicos. Laborat Abrahã uincens quinq; reges, exit ei obuiam Melchisedech, ut eũ confortet, sed quo? Pane, & uino. Panis. n. cor hominis confirmat, sed alius panis, aliud uinũ datur
nobis lassis, ut confortemur, caro & san- B
guis Chri. Abrahæ dat panis, ut leuetur à labore preterito. Eliæ dat ab angelo panis cõfortãs, ut in labores mittat, vt uiã longã peragat mulierẽ fugiens psequentem, quia X ps nobis est panis, consolãs de laborib. superiorib. & alleuans, & cõfortans ad futuros. Sic Apostolis hunc dat in cæna, cibum, in solamẽ sui abscessus, & ad labores passionis perferẽdos. Iu. 7. narrans quidã somniũ ait, uidebar mihi subcinericius panis ex hordeo uo-
lui, & in castra Madian descẽdere: cũq; C
peruenisset ad tabernaculũ, percussit illud. Rñdet alter, nõ est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis, qa panis hic noster gladius est, quo uniuersi inimici uincunt, et tẽtationes superant. Quantã addidit Ionathæ uirtutẽ? Qñ eius aperuit oculos fauus mellis, ut inimicos psequat? Quo cõsolat Danielẽ inter leonis panis Abacuc? quẽ angelus duxit nescientem, quo uel qño iret, si ergo magna tribulatio, maior consolatio. Sicut abundãt passiones
Christi in nobis, ita & per Chrm abun 2. Co. 1
dat cõsolatio uestra. Bibit uinũ Noc, nudatur, despicitur, & ille maledicit nepotem, sed hoc vinum germinat virgines, iuuenes facit ex senibus, & facit benedicere persequentes nos: inebriat, ut tormenta non sentiantur a martyrib. &c.

Secun-

A Secundo tantam fecit ad inuẽtionẽ, vt nos omnino confirmaret in spe, quã vt nobis exigeret, innumera dicta sũt in Scriptura, & Christus dñs longissimas super hoc habuit cõciones rationibus refertas: quibus cõprobat, quãta securitate in Deo, vt in Patre amãtissimo, fidendũ sit nobis. Vere tu Domine singulariter in spe cõstituisti me. Fidẽtissimũ cor nostrum uoluit esse in diuina bonitate,
D.Th. ac amore, quod ut nobis planũ esset, inducit similitudines iniqui iudici, patris dantis filio panem, & uolucrũ, quas pascit, & multa similia, psa. passim de hoc loquit. Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. Spera in Dño, & fac bonitatẽ. Beatus vir, qui sperat in eo, & Pau. Nihil solliciti sitis, sed in oĩ ora
B tione & obsecratione petitiones vr̃æ inotescant apud Deũ. Vt vero summe hæc confirmaret spes, se nobis dat in cibum quo in oĩbus nos, si modo sapimus, sui fidos facit. Sicut. n. mater puerum in vtero gestans, curam sui agens, curam ẽt agit filij, quia eodem cibo illa alitur, quo ille, & si eius obliuiscitur cibandi, sui ẽt obliuisci debet, sic ut tibi Deus ostenderet quanta erga te cura sit sollicitus, dicit te non solũ filium iam natũ, sed filiũ in utero esse. Cum natus est puer, iã alio cibus alit filius, & põt mater obliuisci filij, licet sui oblita non sit: at cũ in utero est, non põt filij obliuisci, nisi sui obliuiscat, quia eodẽ alunt cibo: sic ergo Dñs per Isa. loquitur. Audite me domus Iacob, &c. qui portamini a meo utero, q ge
C stamini a mea vulua. Vide qũo se uocat fi. iũ uteri sui nõ natũ. Hoc ꝙ Isaias ver
Ex. 32. bo, Christus facto ostẽdit in hoc diuinissimo sacramẽto, in quo idẽ cibus noster est, qui Dei est. qñ ergo Deus sui oblitus
Augu. fuerit, tũc tui obliuisceretur, se, nõ põt obliuisci, ergo nec tui, cũ ergo hoc dato sacramento ostendit esse eundem cibum nostrum & suum, nosq; efficit filios in utero adhuc positos, omnino confirmauit nos in spe, quia qui sui obliuisci non potest, nec nos obliuiscetẽ. Et si alia, inquit oblita fuerit filij uteri sui, ego tñ non obliuiscar te, qa illa põt obliuisci infantẽ, & se uolẽs se interimere, ego uero nõ sic qa cũ non possim mei obliuisci, nec tui unquã obliuiscar. Vide cõfirmatã hãc do no spẽ a B. Pau. Qui ꝓprio filio suo nõ pepercit, si pro nobis oib. tradidit illum, quomodo nõ cũ illa oĩa nobis donauit? A

Sed contra hæc arguit humana fragilitas, uidens se a Deo deseri? Nunc aũtẽ repulisti, & cõfudisti nos, & nõ es egressus nobiscum in prælium. Vbi ergo tãta fiducia? Vbi tantarũ orationũ fructus? Vbi magnifica illa promissio, & eius veritas? Et erit antequã clament, ego exaudiã, adhuc illis loquẽtibus ego audiam. 3. Re. 4 Et iterum. Desideriũ pauperum exaudiuit Dñs præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Vbi magnificẽtissima Christi promissio. Si quid petieritis Patrẽ in noĩe meo, dabit vobis. Oĩa quæcũ B que orãtes petitis, credite, qa accipietis, & eueniẽt vobis. Vbi illud. Petite & accipietis. Relictus est nobis X ps dñs in sacramẽta, ut ea fiducia ad eũ accedamus, qua ad eũ accessere oẽs infirmi, dũ uersaretur in mũdo, oẽs obtinuere tunc petita, nos petimus & nõ accipimus, num alter est Christus, mutatus est in uirum alterum? absit, qui ascendit ipse est, & q descẽdit, Heri & hodie idẽ Christus, tu autem idẽ ipse es. Quomodo ergo audi- ti non sumus? sed milites nr̃i in Hispaniã reuenere re oĩno infecta? Multa hac in re mihi dicenda sunt. Inter quę illud sit primũ quod Seneca dicit naufragiũ passus es, cogita, quod eua seris, quasi dicat noli in mali pẽsare solum quod ma- C lum est, sed quod tibi relictum est boni, sicut enim qui ollam igni proximam ta ngit non ea parte illam tangit, quæ igni proxima est, & ardet, sed ea potius, quæ ab igne remota alget, in omni ergo labore non id solum cogites, quod angit, sed illud potius respice, ꝙ delebat perdidisti, oĩno gratias age ꝙ non mille perdideris. Naufragiũ passus es, quo bona tua in mari funditus perire, non hoc solũ cogita, sed potius ꝙ euaseris uiuus potuisti. n. fluctibus obrui. Nunc ergo primum uobis dico, cogitemus quod milites nostros, exercitum nostrum recepimus sanum & integrum, potuerunt in fluctibus perire, quia tam contrarij uisi

sunt

A funca principio nauigationis, potuerũt ab inimicis vinci, neutrũ factũ est, grãs Deo referamus non sine fructu orones extitere nostræ, hoc bonũ a Deo nos accepisse negare nõ valemus. Sed obijcis. vbi est illud Ecclesiæ omnipotens sempiterne Deus, qui abundantia pietatis tuæ, & merita supplicũ excedis, & vota, & adijcias quod oratio nõ præsumit, & Pau. Eph. 3. Ei autem qui potens est omnia facere superabundãter quã petimus, aut intelligimus, secundum uirtutẽ, quæ
D.Th. opatur in nobis, ipsi gloria. Vbi D. Tho. exemplum huius abundantiæ nobis exhibitæ ostendit ibi secundum virtutem quæ operatur in nobis, quasi dicat, apparet, si attẽdamus, quod nobis hominib.
B præstitit, nã neq; affectus nec intellectus hominũ possent, vel considerare, vel appetere tanta, qualia a Deo accepimus, ut quod homo fieret, quod se nobis daret in cibum & similia, vnde Eccle. 8. Quis sufficiet enarrare opera illius, quia. n. inuestigabit magnalia illius? virtutem autem magnitudinis quis annunciabit?

Secundũ mihi dicendum, ut huic dubio satisfiat, quõ licet aliquid acceperimus, non acceptũ sit præcipuũ quod postulatum est a nobis, ne dum magis quã petiuimus, intelleximus, & confidimus nos recepturos. Rñdetur, huc usq; non oĩno negatum est, sed forsan dilatum, et q differtur non offerr, sed in cõmodius tps reseruatur. Ex his quę seruus Dei in aĩo habere dicit, vt recte cum Deo agere
C sciat, vnũ est, ut magna sit pditus patientia & longanimitate, nec putet temporalia & spiritualia, etiam quę a Deo petit, in momento esse facięda, sed nouerit expectare & reexpectare, & præstolari cũ silẽtio misericordiam Dei, malorum ingeniorum est spectare nolle, sic dr̃ Isa. 5. Qui dicitis festinet & cito veniat, opus eius vt videamus, & appropriet & veniat consilium sancti Israel. Contra ad iustũ dr̃ Isa. 28. Qui crediderit non festinet. Ideo monet Paulus imitatores eorũ esse, qui fide & patientia pmissiones hęreditauerunt, fide nobis opus est, patientia & expectatione: si enim temporalia parua quæ a rege petunt, non continuo obtinentur, q̃uo maxima quæ a Deo petis in momẽto accipies? recipies sine dubio, si tamen perseueraueris pulsans, si improbus fueris in petẽdo, hoc nos monet Eccl. 2. Deprime cor tuũ & sustine, inclina aurem tuã, & suscipe uerba intellectus, & ne festines in tẽpore obductionis, & sustine sustentationes Dei cõiungere Deo, & sustine, ut crescat in nouissimo uita tua. Idest humilia cor tuũ diuinæ ordinationi, & sustine. i. expecta est, pro obductione uerbũ Græcũ significat & calamitatem, quã dicit obductionem, quod cor nostrũ quasi nebula obducat, ne ergo festines in tempore obductionis. i. cum calamitas ingruerit, nõ festines uolẽs statim exaudiri, & liberari, B
sed sicut dr̃. Abacuc 2. Si morã fecerit, expecta eũ: suo. n. tempore & opportuno ipse liberabit te, & oratio tua exaudietur, sustine sustentationes Dei. Idest, patienter expecta dilationes qb. in futurum Deus reseruat dãda, quæ petis, persiste tñ patienter expectando Deum, cõiungere Deo. Ps. Expecta Dominũ, viriliter age. Et sic crescet tandem uita tua in nouissimo, qm̃ Deus tandẽ exaudiet & eripiet te, licet modo differat. Huius autẽ expectationis innumera habemus exempla in scriptura in patrib. propter quod monuit Paul. Vt imitatores eorũ simus, qui fide et patientia promissiones hæreditauerũt: Vide patrum perseuerãtiam in petendo Messiæ aduentũ, & iuxta fidem defuncti sunt omnes non acceptis repromissionib. sed num orationes eorum sine fructu? absi, auditę, & exauditæ sunt, obtinuerunt, sed suo tempore propter eas concessit Deus mundo unigeniti aduentum, s̃m illud Psa. Propter miseriam inopum, et gem tum pauperũ nũc exurgam, dicit Dominus: Nũc exurgo sed pp orationes ante factas promisit Deus Abrahæ terram, cuius nec passum recepit, promisit Isaac, in quo benedicenda tribus terræ, sed nisi cẽtenario nõn cõceditur. Vocatur Israel in terrã fluentem lac & mel, sed post quadraginta annos illam intrat. Exaudita est oratio dicitur Zacharię, sed seni datur Ioãnes, similiter Maria Anna & Ioachimo dan-

Abac. 3
Ps. 26.
Eph. 6.
C
Ps. 11.
A

A dantur ergo sancti petita, sed aliquando differunt, sed vt exemplū negotio nrō aptius videamus, audi orationē sanctorū vindictam petentium inimicorum, Apo.6. Vsquequo Dñe sanctus & uerus, non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? Et dictum est illis, ut requiescerent adhuc tps modicum, donec impleantur conser ui eorū, auditæ sunt eorū orationes, sed fructum expectare iubentur modicum Iaco.5. Patientes igitur estote fratres usque ad aduentum Domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructū terræ patienter ferēs, donec accipiat temporaneū & serotinum, patientes estote, & uos, & cōfirmate corda vestra, qm̄ aduentus Dñi propinquabit. Est duplex terræ fructus

B quem ab ea expectamus, quidam temporaneus, qui breui colligitur, alter serotinus, qui magis indiget expectatione, ita à Dei misericordia expectatur gratia tēporanea, gloria serotina, gloria animę tēporanea, gloria corporis serotina, sic in aliis diuinis munerib. quædā statim concedit, temporanea sunt hęc, quædam in longum differt, serotina sunt ista, sed expectanda adhuc, voluerunt Israelitę tps certum constituere diuinæ misericordię in eorum liberationē ab Holoferne Iudith. 8. Hos quinq; dies expectemus a Dño misericordiam, si trāsactis quinq; dieb. non uenerit adiutorium, faciemus hæc verba, quæ loquuti estis. s. trademus ciuitatē, sequitur, ca. sequenti dixit Iud. Non est hic sermo, quis misericordiā p̄

C uocet, sed potius qui iram excitet, posuistis vos tps miserationis Dñi in arbitrium vestrum diem constituistis ei, dicamus flentes Domino, ut secūdum uoluntatem suam sic facit nobiscum cito misericordiam suā. Signabamus iam nos ex Hispania tempus victorię nostrę, & diuinæ misericordię constituere tempus decreuimus non sic sed dicamus secūdum uolūtatem tuam da nobis Dñe victoriam, hoc uero sciamus quod Eliachim sacerdos dixit populo Iudith. 4. Scitote quoniam exaudiet Dominus p̄ces vestras, si manētes perseuraueritis in ieiunijs, et orationib. in cōspectu Dñi

A Ex quo et singuli ad nrā oculos cōuertētes colligamus, multa nos a Deo petere tum spūalia, tum temporalia, & uidet Dñs factus quasi homo non audiens, in longum q; protrahit desideria nostra, nō ut misericordiæ fons est. n. dementiæ, & qūo non audiet, qui nos instigat ad petēdū? Quō miæ fons et pelagus siccabitur? audit te, liberabit te dabit quæ petis, si tibi proficua sint sed differt in tps, quia modo tibi nō expedit ea accipere, audit medicus infirmum petentem pharmacum, sed prius disponendus vt cum fructu suscipiat. Ne ergo animo deficias, si continuo non recipis, tempore suo metemus, quæ seminauimus, perseuera in oratione & operibus misericordiæ, dabit petitiones tuas propter nomē suum. Au

B di Ecc. 20. Hodie fœneratur quis & cras expetit, odibilis est hō huiusmodi, si mutuum dans odibilis est, q̄ continuo petat, q̄ ei debetur, quodq; suum est, quam erit reprehensibilis, qui q̄ hodie petit oratione, cras recipere vult? expectet ergo ut recipiat cū danti voluntas fuerit.

Sed tam pusillo diffidenti animo sumus, ut alijs atque alijs rationibus confortandi simus. Sit ergo tertium dictum auditæ sunt orationes nostræ, sed ut opera compleatur quod petimus, petit a nobis hac dilatione Dominus excellentē, grandemq; sui fiduciam. Pro cuius intelligentia nota. Orationem non ideo a nobis exigi, nec a nobis fieri, ut Deum inclinemus ad miserendum nostri, hominem quidem oratione nostra flectimus

C ut uelit nobis bono benefacere, cum antē noluerit, sed Deus per infinitam bonitatem, misericordiam, atque amore, sic propensus est, ut nobis benefaciat, ut necessarium non sit eum inclinare, nec uero necessarium est orare, ut ei patefiant miseriæ nostræ, quia oīa nuda & aperta sunt oculis eius. Licet. n. aliqui cogitarint hoc deliramentum. Deum inclinari nostra oratione, & iō dicit Christus putant quod in multiloquio suo exaudiantur, in quo errore illi uersabantur sacerdotes Baal. 3. Regum 19. qui clamabant uoce magna, Baal exaudi nos, quod tamen falsissimum est: sed ais, si oratio

mea

A mea nec Deo declarat necessitate meā, q̄ iam nouit, nec eū flectit ut misereat, qui per se & naturam suam flexus est, ad qd ergo ōro mea? Rñdetur nō, ut moueas Deum, nec eum facias scire necessitatē tuam, sed ut, tu noscas necessitatem tuā, & tu mouearis ad desideriū remedij eius, & ut cor tuū liquefiat Deoq; approximer, disponaturq. ut Dei pcipiat misericordiā, est oratio uelut aurea cathena à cælo in terrā demissa, per q̄ qui ascendere uelit vt quidem cathenam ad se trahere, re aūt vera trahitur ipse ab illa in cælum, hæc. Isidorus Clarus in oratione de B fructu orādi. Deus. n. & omnes causę superiores operātur f̄m inferiorum dispositionem, ideo una influentia cęli hunc sanat, illum interimit, pp diuersas dispositiones: uergo Deus in te misericordiā suā operetur, necessariū est dilatare cor, disponere illud, ut capiat Dei misericordiam, & quia hoc oratio operatur in nobis, ideo oratio est necessaria. Sed inquiris, quę potissimum dispositio est ea, qua disponimur, ut in oratione petita percipiamus? Rñdet D. Tho. hēc oratio à charitate, q̄ sit meritoria, à fiducia q̄ sit impetratoria. Vnde quod primū Christus Dñs petebat ut miracula exhiberet, erat hæc fiducia, quę nomine fidei significat in Euāgelio: Si habueritis fidem ut granum sinapis, &c. Videns fidē illorū, magna est fides tua sicut credidisti fiat tibi hæc. 1. Si quis indiget sapiētia postulet a Deo q' dat omnibus abundanter, & non improperat, postulet aūt in fide nihil hæsitās, qui enim hæsitat similis est fluctui maris, qui à uento circunfertur. Nō ergo existimat homo ille q̄ accipiat aliquid à Dño. Vbi D. Tho. in fide. i. in fiducia obtinendi illud, nihil hęsitans de impetratione. Mat. 21. Si habueritis fidem & non hęsitaueritis non solū de ficulnea facietis, sed & si montē huic dixeritis tollere, & iactare in mare fiet. Nam qui hęsitat similis est fluctui, qui circunfertur. Quia nō certus de exauditione cito mouetur à desiderio illius boni quod petebat, non ergo existimet homo ille. s. carnalis: homo ibi in uitium dr̄, ait D. Th. de Iuda Machabæo aduertit diuina scri-

D.Th.

C

Ma. 17
Mat. 9.
Mat. 8.

D.Th.

ptura uicisse potentissimos inimicos facta semper oratione fidētissima Dei, sed A postea ab hac fiducia in Deum aliquid minuens, finijt cum Romanis societatē ut eos adiuuarent contra Grecos, quo facto pugnare compulsus cum inimicis. 1. machab. 9. non orat, sed confractus est corde, & dissolutus est, & ait: Surgamus & eamus ad aduersarios nostros, si potemus pugnare cōtra eos, et si appropinquauit tempus nostrū moriamur in uirtute nostra, & non inferamus crimen gloriæ nostrę, ecce deficiente spe, deficiente oratione deficiente uictoria, defeciēte, & uita, defecerunt omnia, tunc. n. occubuit.

Sed inquis quid habet fiducia hæc, ut ipsi plus etiam quam charitati tribuat exauditio in oratione? Respondetur, per B hanc sentimus de Deo in bonitate & negotium nostrum ei omnino committimus, ipseq. illud in se suscipit, ut perficiat. Quis. n. sperauit in eo, & confusus est? Sicut. n. quādo sic commitis amico homini negotium tuum illum maxime obligas, sic maxime Deū. Ex dictis duo habes, primum orationem esse tui motricem teq; disponentem ut diuinis muneribus fruaris. Secundum id efficere orationem Deo omnino fidentem. Adde nūc tertium misericordias maximas suscipiendas à Deo maior exigitur tunc C dispositio, tum fides; quo nobilior forma inducenda, eo plures & optimas dispositiones exigit in materia, quo ergo maior diuina misericordia suscipienda, eo oratio feruentior, fides maior prærequiritur. Interrogo a te, quid his diebus petebas? Vtiq; hęreticorum uictoriam, integri regni spirituale remedium, & innumera bona quę in alijs regni ecclesiæ partibus secutura erant, An hæc parua petitio? an non maxima Dei misericordia ista? ire non potes inficias, quid mirū quod a te exigatur ad rem tanto feruens oratio fides magna, ut dici possit tibi: Magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Vt e corpore filiæ Chananeæ demonē repellat, dissimulat Christus & probat donec fides fiat magna, & ut dæmonem ex cordibus integri regni pellat non exigetur hęc fides?

Recte

A Recte ais hoc, sed quid ad propositũ? utiq; multum, quam tu putas magnam esse fidem: dicam tibi exemplũ, ut intelligas: propono quod modo audi, Chananeæ fidẽ, magna dicta est à Christo, sed qua ratione? quia petit, & non respõdit ei uerbum, nec auditur, imo repellitur, & repulsam passa, adhuc pseuerat, discipulos sollicitat, illi repelluntur, eique id nunciant, adhuc iterum Christum adit, iterum eam non audit, imo repellit, & conuitiatur dicens eam canem, humiliatur, iterum petit, tunc ad eam Christus. O mulier magna est fides tua, fides probata, exaggitata, repulsa, & adhuc perseuerans: hæc est fides magna, fides quæ in negotijs desperatis iam, & in quibus omne consilium humanum deficit adhuc Deo fidit, hæc fides est magna, & si dei magnę nihil negatur.

B Audi adhuc fidem grandem, considera negotium omnino desperatum, quale fuit Susannę, dicunt cõtra eam testes, & hi senes iudices populi, dãnatur ob omni populo, ut lapidibus obruatur, eijcitur extra ciuitatem lapidanda, iam omnes compleuerant manus suas lapidib. iam parati iacere in eam.

An non negotium hoc desperatũ? audi fidem eius, erat cor eius confidens in Domino, O mulier magna est fides tua. Liberanda es sine dubio, quæ sperasti in Deo cum alij iam desperassent suscitat Dominus spiritum pueri Danielis, qui eam innocentem ostendit, & liberat, & eos perdit, qui maculauerant famã eius. Audi spem similem, si nõ forte maiorẽ,

C Ionæ Prophetæ. Iactatus est in mare, deuoratus à pisce grandi, tribus diebus, & tribus noctibus, ibi est conclusus, an nõ hoc desperatũ negotium? audi eius orationem fide magna præditam, cum ibi fuisset tribus diebus, & tribus noctibus orauit Ionas ad Dominũ Deum suum de uentre piscis, & dixit: Clamauit de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me. Iam se dicit exauditum, & in uentre est piscis. Et ego dixi abiectus sum à

Ionę 1 conspectu oculorum tuorum, ueruntamẽ rursus uidebo templum sanctum tuum. Quomodo putas te euasurum? quod tibi remedium cum abyssus uallet te, cũ A ad extrema montium descẽderis, & terræ vectes te concludant? Subleuabis de corruptione vitã meam Domine Deus meus, en fidem magnam. Vide spẽ magnam, quam cõmẽdat Paulus in Abraham. Rom. 4. & propter quam dicit factum patrem multarum gentium. Qui contra spẽ in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium secundum q dictum est ei, sic erit semen tuũ sicut stellæ celi & arena maris, & non infirmatus est in fide, nec cõsiderauit corpus suum emortuum, cum iam ferè cẽtum esset annorum, & emortuum vuluã Sarę, in repromissionem etiã Dei nõ hęsitauit diffidentia, sed cõfortatus est fide dãs gl'iam Deo, plenissimè sciẽs, quia quęcunq; promisit Deus, potẽs est & facere, ideo reputatum est illi ad iustitiam, nõ est autem B scriptum tantum propter ipsam, qa reputatum est illi ad iustitiam, sed & propter nos quibus reputabitur credẽtibus in eum qui suscitauit Iesum Christum. Commẽdatur ergo fides Abrahę, q diuinæ crediderit promissioni, contra spẽ naturalẽ, quia iam gignere nõ ualebat, & quia si filium immolabat, quomodo ex eo posteritatem suscepturus erat? Et non est infirmatus in fide D. Thom. sicut temperantia ostenditur firma, quæ D. Th magnis concupiscibilib. non uincitur. Ita firma fides est, quę magnis difficultatibus nõ superatur, & sic dedit gloriam Deo, est enim ei magna gloria ex nobis in eum confidentibus, quæ fides commendatur nõ solum propter Abraham sed propter nos, quibus simile continget, si similiter sperauimus ut ille. C

His ergo propositis exemplis cuique nostrum videre licebit, quid iam in nobis desideretur, quid nostræ orationi deficiat & spei, ut petita obtineamus, non causemur diuinam misericordiã, nõ orationis uim infirmã, sed nos circũspiciẽtes uideamus aliquid nobis deesse, quod si a nobis pręstitũ fuerit, obtinebimus. Spe orasti: sed vide an magna spes, si par ita fuit dic Deo cum Apostolis: Domine adauge nobis fidẽ. Sed ais quod augmẽtum erit mihi curandum? Respondetur Lu. 17 initio

A initio uitæ Christi operabatur miracula non petens fidem, donec se manifesta ret, quis esset, sed postea ut mira operaretur, fidem exigebat. Credi quia hoc pas
Mat. 8 sum facere, sicut credidisti fiat tibi, sicut magnus medicus ciuitatem intrans initio curat sine pretio, sed cum iam agnitus est medicus eximius, pretium exigit, & grande pretium, initio ergo Deus mira cum populo fecit suo Israel, & cum Ecclesia etiam sine tanta suscipientium fide, sed iam agnitus Deus a nobis exigit fidem grandem, pretium non exiguum. Primum ut cum Chananæo perseueres in oratione etiam cum repulsam tibi uideris factam, adhuc insta,
B molestus esto Deo non dimittas eum, donec benedixerit tibi, ut Iacob sine dubio benedicet omni benedictione, non in terrestribus solum, sed & in cælestibus. Quod tibi consilium seruandum est, non in hoc negotio solum, sed in omni; tua causa, orasti Deum, non audit, uidetur tibi mutatus in crudelem, non est mutatus in talem, sed probat fidem tuam, perseuerantiam tuam, ut cum Chananæa fecit, insta ut illa, discurre, ora, tandem audies, quod illa. Magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Si enim ab improbo iudice perseuerantia obtinet (ut Christus lo
C quitur) quid a sapientissimo Patre non obtinebit. Secundum ut in re quæ desperata uideretur humano consilio, & uiribus scias in Deo sperare. Hæc est fides magna Abrahæ, Susannæ, & Ionæ.

Videtur hoc negotiũ desperatum iam, si enim, tanta adhibita diligentia nihil effectum est: quid iam possumus sperare? fide parua nihil, magna uero maximum quid: imo hoc uere est tempus maxime sperandi, inter uiros maxima spe præditos sine dubio numerandus est Dauid, nec enim hanc totis inculcaret uirtutem in Psalmis, nisi eam præcipuam haberet in corde. Audi ergo eum hæc magna fide tunc sperantem maxime, cum uideretur disperandum.
Ps. 16. Psal. 26. Dominus illuminatio mea: Et si cõ stant aduersum me castra nõ timebit cor meum, si exurgat aduersum me p lium, in hoc ego sperabo, ambigua hæc uerba uidentur in hoc ego sperabo. Vtrũ in Deo, an in ipso eodem, de cuius meminit bello, spem suæ salutis constituat, sed hæc ambiguitas in oratione Latina est. nam in Græco & Hebraico sermone nulla est ambiguitas, ostenditur enim quomodo bello inimicorum confidat, in eorum armis, ac castris, id enim roboris animis iustorum est, ut in desperatis rebus non modo non animo frangantur, imo intelligunt ea ipsa, quæ sibi aduersa uidentur pro ipsis stare. Duplici enim tempore Deus suis auxilium præstare solet & potest. Primum cum res integra & salua est, facilique negocio perficienda, alterum cum B
Quintum a nobis in hac re a nobis C attendendum est. Peccata plura in nobis esse, in quę Deus ulciscitur bello infęliciter gesto, Quando Gothi, Vandali, & alij Barbari, Imperium Romanū in festauerūt, & Hispanias, Gallias, ac Italiam occupauerunt, & Africam etiam, miratus orbis est de tanto supplicio. Et sanctus Saluianus Episcopus Massiliēsis de hac re libros edidit octo, in quib. rationes reddit. Sed libro tertio ait, in causa fuisse peccata fidelium. Inter quæ peccata numerat, obliuionem Dei magnam, tepida Ecclesiasticorum vitam, rapinas, ac iniustas oppressiones potentium in minores, iniurias mercatorum

Saluianus.

A contractus, auaritiam diuitum, uiolēta, ac tyrannica iudicia iudicum, crudelitatem militum. Et in libro quarto alia peccata enumerat eiusdem mali causas, inter quæ dicit esse effrenatam libidinem nobilium, plura grauamina ac tributa, onerosa pauperibus imposita, a diuitib. ablata, plurima iuramenta, iniustitiam, ac violentiam exigentium tributa, qui pauperes excoriant nullo resistente, prædicatoribus ueritatem dicere non audētibus dissolutio in comedijs plurima, de qua toto libro sexto agit. Videamus ergo, an hæc peccata in nobis sint, quod si fuerint, nullam Dei ultionem admirenur, sed ea corrigamus, & Deus propitius nobis erit, &c.

B

CONCIO,

In Natiuitate Principis maximi, cum pro eius ortu desiderato Deo gratiæ referuntur.

THEMA.

Fleuitque Ezechias fletu magno. Isa. 38.

Licet diuina prouidentia vniuersa curet, q in mūdo sunt, sed singulari prouidētia hominē curat, potiorīq; q̄ cętera animantia, adeo ut Paul. dixerit. Nū
1.Co.9 de bobus cura est Deo? Est certe, sed q a hoies potius respicit, ideo quasi incuriā dicit, q̄ de bobus habet. Simili ratione inter homines singulari prouidētia reges, ac principes gubernat, & hac ratio-
Pro.21 ne sapiēs ait. Sicut diuisiones aquarū, sic reges, ac principes gubernat, & hac rō-
C ne sapiens ait. Sicut diuisiones aquarū, sic cor regis in manu Dñi, quocunq; voluerit verte illud. In manu esse dicit dñi quia sicut id quod manu portas, & præ oculis sēper habes, magis curas, ita singulari rōne cor regis Deus gubernat.

Id uerò, quod de Deo diximus, de Maria accipiendum etiam est, omnes homines curat ut mater. Sed præcipue
Pro.8. regem quem tanquam primogenitum habet, & qui filij sui uices gerit in terris sic. n. sapientia ait. Per me reges regnāt, & legum cōditores iusta decernunt. vñ & vniuersa bona ad nos ueniunt orone

Mariæ. Maxime credēdum est ipsius interuentu donatum nobis principem natum, ei ergo gratias referamus, & simul gratiam, ut nobis obtineat, oremus, ut hodie aliquid vtile dicamus. A

Si musica in luctu importuna narratio, an non importunę lachrymę, erunt Ezechiæ in maximo gaudio nostro propter principem natum? Sed si bene cōsiderent lachrymæ Ezechiæ, multū proposito nostro conueniunt, quia sicut extrema gaudii luctus occupat. Ita extrema huius fletus Ezechię gaudium occupauit, uita scilicet ei a Deo concessa, & filius princeps, quo carebat, qui ei regnū succederet, sed quomodo rex iustus, & perfectus, mortis nuncio audito fleuit fletu magno? Respondet Hieronymus in ea Esaię uerba. Fleuit autem fletu magno propter promissionem Domini ad Dauid, quam uidebat in sua morte perituram. Eo enim tempore Ezechias filios non habebat, nam post mortem eius Manasses, cum duodecim esset annorum, regnare cæpit in Iudæa. Ex quo perspicuum est, post tertium annū concessæ uitæ Manassem esse generatū. Ergo iste omnis est fletus, quod desperabat Christum de suo semine nasciturum. Promiserat Deus Dauidi ędificaturum se ei domum fidelem, nec defuturū de semine eius filium, qui sederet super thronum Israel usque ad Christum. De hac vero re gratias multas Deo egerat Dauid. Audi promissa Dei per Nathan. Cū cōpleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuū post te, & firmabo regnum eius. Et fidelis erit domus tua, & regnum tuū usq; in æternum ante faciem meam, & thronus tuus firmus iugiter. Audi nunc gratiarum actionem. Ingressus est autem rex Dauid, & sedit corā Dño, & dixit. Quis ego sum Dñe Deus, & quæ domus mea, qa adduxisti me hucusque? Sed & hoc parū uisum est in cōspectu tuo Domine Deus nisi loquereris etiam de domo serui tui in lōginquum, ista est. n. lex Adam Dñe Deus. Quid ergo addere poterit ad huc Dauid, ut loquatur ad te? Sedisse coram Dño Dauid dicitur, ut gratias ageret,

Ezec.38 (right margin, beside "Si musica")
Pro.14 (beside "ma gaudii")
B Hiero. (beside "fletu magno? Respondet Hieronymus")
2.Re.7 (beside "rum. Promiserat")
2.Re.7 C (beside "Dauid. Audi promissa")

A ret, quoniam longa oratione orauit, qui summum sibi cōcedi beneficium vidit, dum eis posteritas ꝓmissa fuit, & inter posteros Christus nasciturus. Ait vero, ista est lex Adam, idest, hæc natura hominis, hoc ei innatum desiderium, vt domus eius, ac posteritas in æternum duret, sic enim fit, vt licet homo moriatur, quasi non moriatur filio relicto. Vnde Sapiens ait. Mortuus est Pater eius, & quasi nō est mortuus, similem enim reliquit sibi post se. Sūmo ergo gaudio pfusus Dauid fuit, cū ei posteritas ꝓmittit. Sūma vero tristitia Ezechias, qa videbat sine filijs se decedere, & iō ꝓmissionē Dauidi factā perire in sese. Ex qb. colligitur, dolendū maxime, si posteritas regibus non sit, gaudēdum vero præcipuo gaudio, cum suboles regia suscipitur.

Ecc. 30

B

In hoc ergo communi totius regni gaudio aliqua nobis tractanda sunt, quę ad illud pertinent. Primum de hominis desiderio, quo regem vehementer desiderat. Secundum cur Deus iratus est, cū ab eo primus Rex postulatus est. Tertium, qūo tandem Deus illum concesserit, volueritque successione, ac propagatione regnum conseruari, ut filij regum reges essent, non uero electione. Quartum, quo pacto fieri poterit, vt Princeps natus optimus Rex sit, regnoque perutilis & demum de gratijs Deo referendis propter principem nobis natum.

De primo. Innatum hominibus desiderium habendi regem ostendunt vniuersæ fere mūdi nationes, quibus oībus placuit reges habere, a quibus gubernarentur. Sed in hac re expendendum est summum regis desiderum, quo filij Israel exarserunt, cum Samueli dixerunt: Cōstitue nobis regē, ut iudicet nos, sicut & vniuersæ habent nationes. Consuluit super hac re Samuel Dominum, & displicuit sermo sic in oculis eius, dixitque se abiectum esse ab eis, dixit deinde leges regni durissimas, ac tyrannidē, quā reges exercere debebant, auferentes ab eis prædia filios, & filias. Et licet Samuel hæc omnia populo proposuerit, tanta regis cupiditate tenebantur, vt arceri non potuerint, sed dixerint. Nequaquā. Rex enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut oēs gentes, & iudicabit nos rex nr̄, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nr̄a pro nobis. Nec a proposito discesserunt, etiam cum vidissent tonitrua, pluuiam, & cæli commotionem, qua se morituros putauerunt, cū scirent ea omnia euenire propter peccatum, ꝙ admiserunt rege petito. Mirum profecto hominum desiderium, a quo arceri nō potuerunt Samuelis verbis, Domini increpatione, duris regni legibus, & Dei manifesta in eos ira. Sed quæ tanto desiderij causa est? Certe hanc vnam nunc dicam ex D. Thom. 1. p. q. 103. articu. 3. Qui probat regimen per unum esse excellentius ex Arist. qui 12. lib. Metaphysicæ ait. Entia nolunt disponi male, nec bonum pluralitatis principatum, unus ergo princeps, & ratione confirmat, qa finis gubernationis est, pax, & unitas: unitatis uero causa per se est unū, plures .n. multa uenire nequeūt, nisi ipsi uniantur. Illud āt, quod est per se unu, potest esse conuenietius causa unitatis, q̄ multi uniti, unde multitudo melius gubernatur per unū, quā per plures. Hoc uero hominū cordibus innatum dicimus, qa cū unus sit Deus, natura nos ducit, ut ab uno regamur rege, sicut ab uno Deo.

D. Th.

Arist.

B

Sed cum hæc ita se habeant, mirum illud est, quod secūdo loco diximus exponendum, quod iratus Dominus sit, & se repulsum dicit, quia regem petit Israel, ait enim. Nō te, sed me abiecerunt, ne regnem super nos. Et postea Samuel ait. Videbitis, quia grāde malū feceritis in conspectu Dn̄i petentes super nos regem. Gregorius in primum Regū lib. 4. c. 1. ait. Valde difficile respondetur, si q̄ritur, cur omnipotens Deus & abiectū se in regis petitione conqueratur, & tñ id quod petebatur fieri decernat. Rursumque si dignitas regia ordinanda fuerat, cur uelut indignata Dei maiestate fuerit permissa. Ex solum apparet ratio, qua dominus se abiectum dicat a petentibus regem, quod ea singulari prouidentia eo usque usus fuerat Deus cum Israel, ut ipse eis elegerit iudices, missis ad hoc angelis de cœlo, qui eos ab inimicis

1. Re. 8

C

Grego.

A micis tuebantur, atque adeo a Deo in gubernatione pendebant. Ipsi vero noluerunt ita à Dei prouidentia pendere, sed regem habere cuius filij & successores regnum obtinerent, nec illis expectãdus esset dux de cœlo allatus, qui eos in duceret, & pro eis pugnaret. Propter hãc ergo infirmam spem Dominus abiectũ se dicit ab eis. Sed num Domine, cum sub rege fuerit Israel, nonne sub tua tutela, & prouidentia erit? Ita plane, sed multo magis sub diuinæ prouidentiæ arbitrio erant, cum eo humano subsidio carebant, & à Deo iudicem expectabãt, quam cum illud habebant, cuique innitebantur, quia more gentium, non fide,
B & spe, sed armis, & humana prouidentia rempublicam tutiorem putabant futuram. Quo facto admonemur, potius si dei muiti, quam rationi humanæ. Homo quidem animal ratione est, & ratione, ac experientia sola duci vellet, & hinc fit, ut spei in Deum parum innitatur, & fidei, quæ supra rationem est. Cũ tamen fidelis legi Dei, & spe in Deum inniti debeat, etiam si ratio nõ inueniat uiam, qua ei remedium venire possit.
Ecc.33 Quia ut Sapiens ait. Homo sensatus credit legi, & lex illi fidelis. Audis legẽ Dei
Mat.6. tibi dicentem: Quærite primum regnũ Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis, non potes ratione tua assequi, qua uia tibi Deus necessaria præstabit, crede tamen legi, & lex tibi erit fidelis, & pascet te Deus. Ait tibi lex. In
C uoca me in die tribulationem, eruam te & honorificabis me, nescis qua uia id, Deus facere possit, & ideo ad peccata accedis, vt libereris? crede legi Dei, & illa fideliter promissis stabit. Vis fidei huius quæ supra rationem est, exempla uidere
Heb.11 Audi, Abraham patriam reliquit nesciens, quo iret, ut Paul. ait Moyses non veretur animositatẽ regis, rudis pastor cum esset, & impeditæ linguæ, populum Dei liberare non dubitauit, & aquã de petra produxit. Sic ergo cum tibi dicitur, ne solicitus sis in crastinum, quoniam Deo est cura de te, exigitur à te, ut etiam reclamante ratione speres, certior factus Dei uerbo, quam si numismata in theca haberes, hæc uirtus propria A fidelium est, in alijs enim uirtutibus multum communẽ nobiscum habent philosophi. In hoc vero ab eis differimus, quod illi nudam rationem sequuntur, nos vero potissimum fidei ductum. Hanc fiduciam in ipso seuerissime, & sępissime Deus petebat, qui per Prophetas eos accusat, qui eius opere neglecta totos se ad humana præsidia conferebãt. Eam uero præcipue a nobis exigit Christus dominus, quem Paulus uocat, au- Heb.12
thorem fidei, & consummatorem. Quia ergo Dei populus infirmus in hac fide more gentium regibus voluit inhærere, se derelictum ab eis Dominus dicit.

Deinde peccauerũt regem postulantes, ait Glossa in eum locum, quia Deus Glossa.
voluit solus haberi, ac dici rex Israel, & Dominus, ideo Exod. 19. ait, mea est omnis terra, & uos eritis mihi in regnum B
sacerdotale, & gens sancta. Vnde iudices mittebat, qui solum proreges eius erant, ipsi vero immediate eorum dñs, ac rex esse uoluit, & tanquam rex leges dedit etiam forenses, nec id iudicibus permisit, sicut nec rex proregibus suis. Nũc ergo regem petentes, me abiecerunt, ait Dominus, ne regnem super eos. Quia volebant regem dominum absolutum, qui eos iudicaret, leges ferret, & prælia ageret, quæ ei liberent, & tributa exigeret. Hæc uero vniuersa Deus efficiebat prius, eo enim consulto prælia committebantur, ipse leges ferebat, iudices eligebat, tributa exigebat. Qua in re hi monentur, qui singularem curam, & be- C
neficia in se experti sunt, ad Deum in omnibus accedere, singularis enim Dei in eos prouidentia monet, ut singulari fide ipsi inhæreant. Peccauerunt etiam, ingrati enim Samueli erant, a quo plurima beneficia receperant, quorum obliuiscentes penitus reijciebant. Ingratitudo verò Deo odibilis est, & hominibus, si enim Samuele defuncto regem postulassent, nulli irrogarent iniuriam: at eo vincente ipsi erant ingrati. Peccauerunt etiam, quia postquam audierunt a Samuele loquente Dei nomine,

A ne, non ipsis expedire, quod petebant. Deoq; non placere, nihilominus aiunt. Nequaquam sed rex erit super nos. His de causis peccauerunt. Israelitæ regē postulantes. Sed quia regimen regale absolute melius est, ipse dominus secundum regem elegit priusquam a populo peteretur, & eum vnxit in regem, Dauid scilicet, cui ut diximus, pmisit, filios eius in æternum regnaturos, voluitq; Deus, ut successione filiorum regia potestas conseruaretur. Cuius rei duplex est rō. Prior, q̄ a si electione res agēda esset, innumeræ essent dissensiones in republica. Altera vero, qa filij regnū ingenitā habēt nobilitatē, animi magnitudinē, & cætera, q̄ reges decent. Filios.n. nobiliū nobiles
B ducimus, & filios regū reges, nec eos credimus a patrib. degeneraturos. Hoc uero, quia tertium est ex his, quæ initio pposuimus, latius a nobis explicandū est.

Nobilitas magni in pretio ab omnib. habetur, & multa præcipua in republica nobilibus seruata sunt. Hos uero nobiles dicimus, qui ab illustribus parentibus, nati sunt. Sed absq; vlla ratione hic honos eis deferri vr̄, quid.n. filio prodest parētis fortitudo, si ipse minus fortis sit? Sicut si ego cæcus essem, aut literarum inscius, nihil mihi prodesset, quod pater meus magna fuit scientia praditus, uel optimo oculis, ita omnino in nobilitate uidetur philosophandum, quid enim infirmo, ac timido filio præstet auorū fortitudo? Nihilominus tamen nobilitatē
C in magno pretio mundus habet, quid ergo nos dicemus? Certe id mihi uidetur dicendum, quod nobilitas, & illius pretiū in presumptione, ac coniectura fundamentum habet. Quia enim parentes filios educar solent, ac imbuere suis moribus, & fortes curat, ut filius fortis sit, et sic in reliquis. Ideo cū nouimus aliquē a fortibus parentibus progenium speramus, ac coniectamur, eum fortiter facturum. Huc etiam accedit naturalis inclinatio, qua parentes imitari filij curant. Atque adeo cū filium uideamus a fortibus, et illustrib. viris genitum credimus eū curaturum fortia aggredi, & inferri bus actibus a parentibus credimus eū educatū, vis hāc de nobilib: coniecturā A bonā inspicere? attēde illud 1. Mach. 7. cum Alchimus dolo capere velle Israel, Scribæ dixerūt. Hō sacerdos de semine Aarō venit, nō decipiet nos nobilitas ergo in coiectura, & psumptione fundat.

Hinc sequitur in ullo habendum pretio, nec nobilē censendum eum, quē manifeste videmus turpiter agere, ac uilem esse moribus, licet illustrissimus habeat progenitores, quia omnis coniectura, & præsumptio cessat, cum rei euidentia adest, si ergo hæc ostendit, hunc timidum, & pusillum aīo esse coniectura oī cessat: & ideo hic nobilis dicendus non est. Si nunc duos hoēs uideas, quorum alter filius sit fortissimi uiri, alter uero filius hominis infimi, priusquam utriusq; uirtus oculis conspiciatur, putabimus, filiū for- B tis fortius acturum, at si re ipsa oppositū appatet, ille nobilis cēsendus est, qui fortiter agit, & ille ignobilis putandus, qui vilia gerit. Hinc fit, ut coram Deo, & in eius iudicio nulla nobilitatis ratio habetur, quia Deus non coniecturis iudicat, sed re ipsa conspecta, & ideo coniectura omnis coram eo cessat, & nobilitas, quę in ea fundatur. Hinc etiam fit, ut uana sit eorū ɉactantia, ac gloriatio, qui nihil agentes, solum de parentum magnalibus gloriantur. De quib. propheta ait. Ephrain Osee. 9 quasi auis euolauit, gloria eorum a partu, & ab utero, & a cōceptu. Ephrain abūdans interpretatur, & a Ioseph descēdebat, qui etiā a Iacob ante Manassem constitutus fuit quasi primogenitus, re- C cte nobiles mūdi huius significat, de quibus Ps. Ecce ipsi potentes, & abundātes in sęculo obtinuerūt diuitias. Hic uero Ps. 72. quasi auis euolasse dr̄, licet.n. omnis peccator a Deo recedat, sed hic quasi auis recedit, quia in alta volat se magnū ducit, alios uero despicit, & absolute de se pronunciat, nobilis ego melior sum illo: & ita; vulgus hoīum loqui solet ille melior est illo, sed hoc vulgi est nec.n. absolute meliorem dicere deberent, sed meliorem genere, ac origene, simpliciter.n. ille melior est dicendus, qui virtute præstat, quia ergo nobiles superbe sapere solent, recte dnr quasi aues euolasse. Addit

A propheta: Ois gloria eorum a partu, & quia de hac re nobiles gloriantur, q ab optimis parētib. sint geniti. Cū uero hæc est ois eorum gloria uana profectò gloriatio, est, si.n. nihil habeant propriū, vnde gloriari possint, nulla redditur eorū gloriatio. Sic gloriabant' Iudæi patrē se
Ioan. 8 habere Abraham, ad quos Xps ait. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Et
Ioā. 10 de se ipso, cū dixisses se filiū Dei, ait: Si nō facio opa Patris mei nolite mihi credere. Si credēdus. De filius nō est, nisi faciat Dei opera, nec credēdus filius nobilis est, nisi opera pstet optima. Iō nobi-
Isa. 50. les audiant Isaiā dicētem. Attendite ad petram, vñ excisi estis, & ad cauernā la-
B ci, de qua præcisi estis. Attēdite ad abrahā patrē uestrū, & ad Sara, quæ peperit uos. Si ergo patres pios, nobiles, fortes, & reipublicæ amatores, ac pauperum defensores habuistis: similis illis uos pstate, q si id nō feceritis, nulla uobis gl'ia relinquit'. Qd si inde ei uiro nobili ea coniectura, ac iuris præsumptio est, q paternas, ac auitas uirtutes hæreditabit, præcipue in filij regū id credendū est, tū quia maiora habent in parentibus uirtutū exempla, q imitentur, tum ēt, quia maiori cura educantur, ut regiū aium pueritia
Sap. 7. imbuant. De se salomon testatur. In inuolumētis nutritus sum, & curis magis & licet illæ curæ alio referri possint, nostro tñ proposito accomodari valēt maxima.n. cura filij regū educat', ut oi or-
C nentur uirtute, præcipue in Hispania, in qua de hac re leges statutę sunt, q habētur initio legū, quę partitarū dñr. Et iō si de uiris nobilibus, & eorū filijs bona credimus, ac speramus: multo magis de principe nato nobis sperāda sūt, q tātos habens pgenitores quorū uirtutes imitet' credendus est nō futurus degener ab eis, & qui maxima cura enutriendus cū sit uirtutis viam ingressum speramus.

Sed quia nihil in hac re nobis certi esse potest, sed coniecturis, ut diximus. Sæpe enim filij nobilium degenerare solent: ideo ut principis nostri natale fœlix, faustumque sit, ut de illo bona maxima nobis sperare possimus, et ... certion id assequ., quæ potior ut ius, quas diximus, curāda nobis, et uniuerso
A regno est morū correctio, & virtutis studium. Si.n. hæc in nobis fuerit, optimus princeps noster erit, si uero depditis moribus regnū maculet', principē errare, ac puerti facile erit, & illud Deus in regnū supplicium patiet'. Tritū philosophis est, se solet prouerbiorū causæ sunt sibi inuicē causæ, & ita in hac re agi solet, optimus.n. rex optimos ciues facit, & optimi ciues optimum regem. De qua re multa ex diuina Scriptura petere possumus, sed aliqua seligamus. Ex quibus illud primum sit, quod 2. Regum 24. habetur. Et addidit furor domini irasci cōtra Israel, cōmouitq; Dauid in eis dicentē ad Ioab. Vade numera Israel & Iudā. B
Vbi Glossa sic ait. Ex hoc autem ostēditur q pp malitiam populi permittit aliquando Dominum bonum principem errare. Vnde dicit Greg. exponens locum istum. Secundum merita subditorum disponuntur acta regentium. Vnde sæpe fit, ut pro culpa gregis delinquatur boni uita pastoris. Dauid enim Deo teste landatus, secretorum Dei cōscius tumore repentinæ elationis elatus, populum numerando peccauit, & populus pœnam suscepit, quia secundum merita plebiū disponuntur corda rectorum. Iustus uero iudex peccātis uitium ex ipsorum animaduersione corripuit, quorū causa peccauit. Sed quia propria uoluntate superbiens, a culpa alienus non fuit, uindictam etiam ipse suscepit, ita enim, quæ corporaliter populo percullit, ipsum quoque dolore prostrauit. Ita.n. vincta sūt merita rectorum, & plebium, ut sæpe ex culpa pastorum deterior fiat vita plebiū & ex merito plebiū muteur uita pastorum. Hæc Greg. Peccauerat Israel, sed quo peccato, no manifeste Scriptura ostendit. Nicolaus de Lyra ait. Peccatum illud fuisse seditionis, ac rebelionis contra Dauid, sequendo Seba, qui seditionē mouerat, ut dicitur capit. 20. Et seba, solus fuerat hac causa punitus, nunc uero populus fuit puniēdus pestilentia in eū immissa. Et iō furor domini iratus est in Israel, & commouit Dauid, ut populū numeraret. Si uero dicas, quomodo

Gloss.
Greg.
C
Lyra.
2. Reg. 20.

Deus

A Deus commouit Dauid, vt populũ numeraret, qđ peccatum fuit. Rñdetur. Si Deo id tribuat, permissiuè accipiẽdum.
Abulẽ. Diabolo uero tribuit ẽt quẽ per furorem
Isa. 10. dñi intelligendum quidã uolũt, ut Abu-
1. Par. lensis in eũ locũ. Sicut ẽt Assur dr̃ ab Is.
21. Virga furoris Dei. Et ideo cum hæc eadẽ historia in libro Paralipomenõ narrat, ait: Consurrexit autem Satan cõtra Israel. Permissus vero a Deo est Dauid cadere, vt populus puniretur, quia ille sua sanctitate Dei suppliciũ tenebat. Sicut vero propter populi peccatum permissus est Dauid peccare: ita etiam propter Israelis peccatum permissus est Moyses & Aaron peccare ad aquas contradictio
Deut. 3 nis. Vnde Moyses populo dixit: Iratu sque est dominus mihi propter uos, nec
B exaudiuit me, quia vt Gregorius dixit. Secundũ merita plebeium disponuntur corda rectorũ. Hæc Abulensis ubi sup.

Hinc ẽt fit ut, nõ solũ unũ peccatũ regis Deus permittat pp populi peccata, sed plura, ita ut dicat Iob. Qui regnare
Iob 34 facit hoĩem hypocritam pp peccata po-
Ose. 13 puli. Et populo peccanti, p Oseam dominus dicit. Vbi est rex tuus? maxime nũc saluet te in oĩb. urbib. tuis, & iudices tui de quib. dixisti, da mihi regem, & principes. Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea, quasi dicat. Postulastis a me regem, cum petere non debuistis, & ego dedi eum in furore meo, uel dabo. i. dixi me daturum, sed regem talem, qui te non liberet, quem conces si indignatus tibi, saluet ergo te nũc
C rex tuus, si ego rex essem, saluarẽ te, sed nunc saluet te rex quẽ uoluisti tibi. Hĩc
Greg. Greg. 25. Moral. c. 20. ait. Nullus, qui talem rectorem patitur, eum, quem patit, accuset, quia nimirum sui fuit meriti, peruersi rectoris subiacere ditioni. Culpam ergo proprij magis accuset operis, quam iniustitiam gubernantis, scriptum namque est. Dabo tibi reges in furore meo. In furore etenim rex dat, qñ malis peior præesse decernit. Talis qppe pastor trĩc datur cũ talis populus regẽdus suscipitur, qui pariter æterna pœna dãnentur.

Cõtra uero iustitia populi optimum a Deo regem impetrat, quia enim populus diligit a Deo, plurima ei bona Deus A
conceditur, inter quæ nõ minimũ cẽsendum est, sed præcipuum rex optimus. Hinc Regina Sabba Salomonem admirata ait. Sit Dñs Deus tuus benedictus, 3. Reg.
cui complacuisti, & posuit te super thro 10.
num Israel, eo quod dilexerit dñs Israel in semetipsum, & constituit te regem, vt faceres iudicium, & iustitiam. Recte Regina Sabea ait, quia dñs dilexit Israel, iõ regem sapientem, ac iustum ei dedit. Sic ẽt cum filij Israel oppressi clamabãt ad dñm, & ad eum cõuertebant, suscitabat eis Deus Saluatorem, qui iustus, & fortis erat, vt iudicũ tradit historia. Suscitauit nobis dñs nunc principẽ, qui regnet super nos, si praui fuerimus, dabit nobis regẽ i furore suo, q nos perdat. Si vero ad Deũ conuersi fuerimus, dabit regẽ B
in benignitate sua, qui Saluator noster dicat. En qño causæ sibi inuicem causæ sint, nos. n. iusti regem iustum facimus, & ille iustus optima gubernatione bonos nos efficiet, hic. n. finis gubernationis est, bonos facere gubernatos. Bona innumera sunt, q̃ ex optimis principib. ac gubernatorib. reipublicæ ueniunt, & ideo pro eis, ac eorum fœlici statu orandus primũ Deus est. Iõ Paulus ait. Ob- 1. Ti. 2
secro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnib. hominib. pro regib. & oĩb. qui in sublimitate constituti sunt, ut quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & castitate. Hoc. n. bonũ, & acceptum est corã saluatore nostro Deo. In q uerba D. Th. D. Th.
ait, obsecratio est assignatio causæ, qua C
a Deo cõtendimus beneficium assequi, scilicet, miseratio diuina, merita Christi, & Sãctorũ. Sic Daniel obsecrabat, Dan. 9
dicẽs: Nõ in iustificationib. nostris prestor nimus preces ante faciem tuã, sed ĩ miserationib. tuis multis. Et sic obsecratio est attestatio per sacra. Oro vero est meditatio, qua ascendimus in Deum. Postulatio uero est petitio eorum, quæ desideramus: vltimò omnium ponitur gratiarum actio pro beneficiis acceptis, Thess.
sicut etiam ad Thessalon. ait. In omnib. vlt.
gratias agite. Et ad Philippen. In omni Phil. 4.

A oratione, & obsecratione, cum gratiarũ actione petitione vestre innotescãt apud Deum. Dicit uero Paulus primum pro oĩb. hoib. orandum, quia charitas omnibus vult bonum. Sed singulariter pro
Baruc. Regib. Ideo Baruc ait. Orate ꝓ uita Nabuchodonosor Regis Babiloniæ, & pro
Ro. 13 vita Balthasar filij eius. Et Pau. ait. Ois anima potestatib. sublimiorib. subdita sit. Et Petrus: Subiecti estote oĩ huma-
1. Pe. 2 næ creaturæ pp Deum, siue Regi, quasi præcellenti siue ducib. tanq̃ ab eo missis. Subiecti uero oportet, ꝙ impendant dominis de suis officijs. Et nostrã hinc vtilitatem pendere ostendit Pau. dicẽs: Vt quietam, & tranquillam uitam agamus. Hinc Hiere. Q̃rite pacem ciuita-
Hiere. 29. tis, ad quam transmigrare vos feci. Ex
B pace n. regum pax nostra pendet. Orauimus ergo & postulauimus Principẽ. Datus a Deo nobis est. Nunc gratias ei referamus, pro munere tanto, licet n. tẽporale hoc donum videatur, sed multa spiritualia secum adfert. Princeps. n. legitimus regni succes sor pacificẽ suscipitur ab uniuersis regnis, & Princeps, qui naturalis est Dominus, multa bona regnis curat, & princeps denique Christianus fidei defensor est, & Ecclesiæ firmamentum tanquam ergo de magno bono gratias Deo referamus, &c.

CONCIO.

In supplicatione publica pro salute Regis imperranda.

THEMA.

C *Domine saluum fac Regem, & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te.* *Psalm. 19.*

Regumentum huius psalmi est precatio seu uotum pro pio principe in graui aliquo discrimine constituto, vt Deũ habeat propitiũ. Et ideo uniuersus hic Psalmus præsenti necessitati conueniẽs est. Infirmatur nunc grauiter Rex nr̃, nec regni dignitas, nec Principatus amplitudo eum immunem reddere põt à dolore
ac infirmitate. Ois creatura deficere potest, solus Deus nulli est defectui obnoxius, id. n. est intrinsecũ pfectioni infinitæ, ut deficere non possit, aut mutari. Et hinc fit, ut ois creatura infirmari possit, infirmari n. deficere est, & infirmitas defectus qdam est. In corporalib. tunc hõ infirmari dr̃, cũ a naturali, & conueniẽti dispositione distrahit. Et hinc fit, ut licet creatura spũalis ĩ esse naturali sit incorruptibilis, atque adeo infirmari non possit, tñ ĩ esse mortis infirmari põt. Et huius rõ manifesta est, quia cum habeat extrinsecam regulã, cui cõformari dẽt, diuinam. s. uolũtatẽ, cum ei nõ inhæret, infirmatur. Et iõ omnis peccator infir-
mus dr̃ a Xp̃o dñs, cum ait: Non est opus ualentib. medicus; sed male haben- Mat. 9.
tib. qui aũt sint hi male habentes exponit, cum ait: Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad pniãm. Et regius Psal. cũ se peccatorem uidit infirmum se dicit: Sana me dñe, qm̃ infirmus sum. Et hos
infirmos se curaturum promisit Deus p Psal. 6.
Ezechielem, cum ait. Quod infirmum Ez. 34.
fuerat, consolidabo, & quod pingue, & forte custodiam. Nec uero mirum, quod peccatorem infirmum dicamus, in quo uniuersa deordinata sunt, humores passionum supra modum excedunt, calor contra naturam mirum in modum excreuit, concupiscentia dominante ratio iacet deorsum, & appetitus eleuatus supra modum est. Denique hõ uniuersus
male se habet, & ideo infirmatur. Hinc C
Sapiens: Est & alia infirmitas pessima, Eccl. 5.
quam uidi sub sole, diuitiæ cõseruatæ in malum domini sui, pereunt. n. in afflictione pessima. Et statim subiungit: Miserabilis prorsus infirmitas. Sicut uero animæ infirmitas est miserabilis, & pessima, ita de reliquis uitijs philosophãdum est, quibus male se habet anima.

In hac autem re illud nobis considerã dum occurrit, quod sa nus corporis mini mum bonum est, sicut & cætera tẽporalia, ac caducã bona. Et ideo infirmitas corporis paruum malum est. Salus autẽ animæ summum est bonum, & illius infirmitas summum est malũ, imò infinitum

A tum quia infinito priuat bono, Deo scilicet. Tēporalia sane bona uniuersa adeo parua sunt, ut nihil habeat, qui ea possidet, & ita se gerere debet, qui eis abun-
1. Co. 7 dat, ac si nihil haberet. Sic monet Paul. Hoc itaq. dico fratres, tempus breue est, reliquum est, ut q hēāt uxores tanquam nō habentes sint, & qui flent, tanquam no flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & q emunt, tanquā non possidentes, & q utūtur hoc mundo tanquā nō utant, præterit. n. figura huius mūdi.
Simile Quēadmodum. n. inscius puer ex tegulis, ac lapidib. cōficit sibi pecunias, & in thecā seruat, putatq. se diuitem, cū plurimam huiuscemodi pecuniam cōgregat, sed uir falsas illas diuitias cōtemnit, quę nullius sunt pretij, & quibus uitæ necessaria emere non potest. Ita sane, qui bo-
B na huius mundi cōgregat, non ueras diuitias, sed fallaces habet, quæ nihil illi p
Pro. 11 derūt in tēpus necessitatis. Hinc Sapiēs: Nō proderūt diuitiæ in die ultionis, iustitiæ autem liberabit a morte. En veras diuitias, q̄ a morte liberāt uirtutes. Hinc fit, vt defectus tpaliū oīum, etiam salutis, paruum sit malū, & nullius fere momēti. Hinc cum omnimodam vastitatē Iob inferri demon postulauit, ait ad Dn̄m.
Iob 1. Extende paulūlum manum tuam super eum, & tange cuncta, q̄ possidet. Paulūlum, ait. i. in re parua, quasi in nihilo. Si nunc cerneres principem virum à sede sua deiectū, bonis omnib. exspoliatum, à capite usq; ad pedes graui ulcere percussum, & in sterquilinio constitutū, ab omnib. deniq; irrisum, diceres sane, illū miserrimū, & grauissime à Deo percus-
C sum, sed sic percussus fuit Iob: & nihilo minus paululū percussum scriptura dicit. Et ad uniuersos iustos Dn̄s p Isa. ait
Isa. 54 Ad punctū, & in modico dereliqui te. Et Petrus ad vniuersos Martyres ait. Deus aūt omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam suam gloriā in Christo Iesu modicum passos ipse perficiet. In modico derelictos Isa. dicit iustos, & Petrus dicit: modicum passos. Licet innumera sustinuerint tormenta, licet uitā profuderint, nullū ergo magnū malum, si corporale est, nulla magna miseria, si temporalis sit.

Quod ergo summum est malum, quæ A infirmitas pessima? certe peccatum, quo anima male hēt. Priuatio. n. à bono, quo priuat magnitudinem sumit. Ideo mala tpalia parua diximus, quia bona, quibus priuant, parua sunt: & ideo peccatū infinitum dicimus malum, quia aīam exspoliat diuinis bonis, gratia, æterna vita, & deniq. Deo ipso, quod infinitum est bonum. Cum gratia ornatus eras, Deū possidebas, quia qui manet in charitate, in 1. Io. 4.
Deo manet, & Deus in eo. Merito de eo Psaltes ait: Beatus populus cuius Dominus Deus eius, qua si dicat noli beatū dicere populum, qui tpalib. abūdat, sed eū, qui Deum possidet, qui infinitum bonū est. Per peccatū uero lethale homo Deū amittit, quia vt Sapiēs ait. Longe ab impijs Dn̄s. Et Isai. Iniquitates uestræ diuiserunt inter uos, & Deum vestrum. Reliquisti Deum, reliquit ille te recessisti ab eo, recessit ille à te; qui tibi pr̄erat, iā inimicus est, q tua hæreditas erat, nunc tua non est, sed hæreditas tua uersa est ad extraneos, hoc ergo summum est malum, infinito bono carere. De hac re plura alibi diximus, vide ea, quę in Dominica XV. post Pentecosten in 2. tom. nostrarum Conc. habes, ubi ostendimus adeo esse magnum malum peccatum, ut simile malum nullum aliud sit, nec omne illud, quod diuinā potētia efficere potest. Ex quib. sequitur, qua sollicitudine curādū est, ut a peccato liberemur. Si. n. grauissimā corporis infirmitatē, aut lethale vulnus sic curas, ut statim medicū consulas, & medicamina suscipias licet aspera, an non insanus es, si infinitā animi infirmitatē negligas? si medicinas faciles nō admittas? si medicū nō cōsulas?

Sed iā ad nostra redeamus. Nūc de salute corporis anxij sumus, dolemus regē corpore infirmari, & supplicatio publica instituta est, ut oremus: Dn̄e saluū fac regē. Si aūt salus corporis minimū q. i boni, si infirmitas parum mali, cur q̄d tāta cura ad orōnem accedimus? Sane plura sunt in se minima, q̄ aliqua rōne, aut circūstātia maxima merito cēsent, & huiusmōi est salus ac uita Principis Christianissimi, Ecclesię protectoris, fidei defensoris.

Vita

Ps. 143 (margin)
Pro. 15 (margin)
Isa. 59. (margin)
B (margin)
C (margin)

A vita.n.illius,in se cõsiderata parũ est bonũ,at si attendamus Reipublicæ utilitates,quãplurimas,q̃ ex illa pendẽt,maximi momenti est. Innumera. n. cõmoda sunt, q̃ à principe optimo ꝓcedunt, cuiusmodi sunt fidei ꝓpagatio,illiusq; defensio,iustitię,ac pacis conseruatio,& iõ dolendũ maximè d: illius ægra valetudine,timendum de morte, orandumq; ad Deum ardentissima oratione. Audi q̃d persimile,quod Ionæ Prophetæ accidit.
Ionę 4. Præparauit Dñs Deus hederam,& ascẽdit super caput Ionæ, ut esset umbraculum super caput eius, & protegeret eum. Et lætatus est Ionas sup hedera lætitia magna. Et parauit Dominus vermen in
B crastinum,& percussit hederam,& exaruit. Et ait Dominus ad Ionã, putas ne bene irasceris tu super hederã? Et dixit, bene irascor ego usq; ad mortem. Quid obsecro,Princeps iustus,ac fidelis est,ne si hedera nos protegẽs,& sub cuius uiui
Thr. 4. mus vmbra? Cui dicimus: In vmbra tua viuemus inter gẽtes. Sub umbra iunipe
3. Reg. 19. ri securus dormit Elias, nec timet Iezabelẽeum insequentem,& sub vmbra regis sine timore inimicorum quiescimus. Si ergo Ionas rectè se iratũ vsq; ad mortem dicit,quia vermis corrosit hederam eum protegentẽ: cur nos dolore nõ conficiemur,uidentes infirmitatẽ, quasi vermem hederam nostrã corrodẽtem? Cur ad Deum non clamemus: Dñe saluum fac regẽ? Quid pclarus Princeps est Rei
C publicæ, nisi lucerna illius? Nonne ergo solliciti de lucerna nr̃a erimus, ne extinguatur? Audi, quid hac in re dicant serui
2. Reg. 21. optimi Principis Periclitatus fuit Dauid in ꝑlio. Tunc iurauerũt viri Dauid dicẽtes: Iã non egredieris nobiscum in bellũ, ne extinguas lucernam Israel. Lucerna quidem populi fidelis Christus est, q̃ super Crucis candelabrũ illuxit nobis. Sed & princeps optimus lucerna est, qui iustitia, & virtute lucet toti populo, cum.
Regis ad exẽplar totus cõponitur or-
Eccl. 10 bis. Hinc Sapiẽs. Vę tibi terra, cuius rex puer est, & cuius Principes mane comedunt. Beata terra, cuius Rex nobilis est, & cuius Principes vescuntur in tpe suo ad reficiendum, & non ad luxuriam. Et idem Sapiens, cum multa documenta re A
gibus p[illegible] ualiter demum ait: Multitudo Sap. 6.
aũt sapiẽtum sanitas est orbis terrarum, & rex sapiens stabilimẽtum populi est.

Hinc fit, vt cũ Deus diligit regnũ aliquod ei concedat optimũ Regẽ, cũ vero irascit in populũ, ei tribuat Regẽ puersum. Vtriusq; rei manifesta testimonia
hẽmus in diuina Scriptura. Et primũ q̃- 3. Reg. 10.
dem Regina Saba manifestis verbis dixit, cũ ait. Sit Dñs Deus tuus benedict9 cui cõplacuisti, & posuit te super thronũ Israel, eo q̃ dilexerit Dñs Israel in sẽpiternũ, & cõstituit te Regẽ, ut faceres iudiciũ, & iustitiã. Ecce pp dilectionẽ Dei ad Israel constitutus est Rex sapiens. Et
s̃m manifestis verbis dixit Eliu apud
Iob, cũ ait. Qui regnare facit hoĩem hy- Iob 34.
pocritã pp peccata populi. Supplicium
Dei maximum est in populũ, q̃ Rex ini- B
quus sit, sicut contra bñficiũ eximiũ, q̃ bonus. Hinc ante peccatũ Dauidis in po
puli numeratione ꝑmittit Scriptura ver 2. Reg. 24.
ba ista: Addidit furor Dñi irasci contra Israel, cõmouitq. Dauid dicẽtẽ ad Ioab, &c. Ira.n. Dei cõtra Israel fuit, q̃ eorum
ex delinqueret, quia ut Sapiẽs ait, Rex Eccl. 10
incipiens perdet populũ suũ. Quot bona in rẽpublicã veniant pp bonũ Regẽ, & quot mala pp iniquũ principẽ, adeo manifestũ est, ut ꝓbatione non egeat. Est ergo optimus princeps lucerna regni, & iõ vniuersum regnũ curare dẽt, ne lucerna hæc extinguatur, q̃ ea animi contẽtione serui Dauidis curauerunt, ut iurauerint nunq̃ amplius in bellum egressurũ, ne extingueret lucerna Israel. Nunc aũt ꝓ
pe extincta est lucerna nr̃a, curandũ no- C
bis enixe. & orõne à Deo postulandũ, ne extinguat. Dicamus ergo: Dñe saluũ fac regẽ. Salus ergo, ac uita regis nr̃i magni habẽda, non qua parte tpalis est. Sed q̃a nobis umbraculum est, ac lucerna nos dirigens, iustitiam conseruat, & in pace rempublicam tenet. Ideo Pau. monet, ut primum pro regibus oremus, unde ait:
Obsecro igitur primũ omniũ fieri obse- 1. Ti. 2.
crationes, orõnes, postulationes, gratiarũ actiones, p omnib. hominib. p regib. et omnib. q̃ in sublimitate cõstituti sũt, vt quietam, & tranquillam uitam agamus,

A

mus in oĩ pietate, & castitate, hoc enim bonũ est, & acceptũ corã Saluatore nostro Deo. Rõnē huius singularis orationis Paulus reddit, ut pax, iustitia, & castitas cõseruetur. Ex his Pauli uerbis usurpauit ecclesia, ut in missę diuinissimo sacrificio orõnē fundat, & sacrificiũ offerat primũ pro summo Pontifice, Antistite, & Rege, & deinde pro oĩbus fidelib.

Est autem aliud, quod in hac regis nostri infirmitate attendamus, illud vero est, quam sit tenuis, ac exigua, & impotens humana celsitudo, ac fœlicitas, quæ hominem liberare non potest ab infirmitate, et alijs miserijs corporis. Magna plane apparet dignitas regia, sed qđ nihil sit ostendit corporis infirmitas, & iō regibus, ac principibus viris alia curanda sunt, quæ uere sint magna. Audiamus inclytum regem de hac re philosophantem, Salomonem inquam, qui ait, Sum quidē, & ego mortalis homo, similis oĩbus & ex genere terreno illius, qui prior factus est, & in ventre mortis figuratus sũ caro. Et ego natus accepi cõmunem aerem, & in similiter factam decidit terrã, & primã uocem similē oĩbus emisi plorans. Nemo.n. ex regibus aliud habuit natiuitatis initiũ. Vnus ergo introitus est oĩbus ad vitam, & similis exitus. Propter hoc optaui, & datus est mihi sēsus, inuocaui, & uenit in me spiritus sapientiæ, & proposui illã regnis, & sedib. quasi dicat licet Rex videat alterius gñris esse, quam reliqui homines: sed ex eo dē terreo Adamo descendo, non ex Adamo aureo. Simili modo in hunc mundũ ingressus sum, ac alij homines, easdem sub eo infirmitates. Simili mō decedã. Et hac ratione curaui, vt excederē reliquos sapientia, natura enim similis sum omnibus. Dicebant Alexandro Magno adulatores, eum filium esse Iouis Amonij, sed vulnere ī bello suscepto, dixit ipse, vulnus hoc ostendit, me hominem esse similem reliquis, non Dei filium. Id uero in illa mirabili statua ostēdit Deus Nabuchodonosori, in qua ipsius regnũ, & monarchiã, & imperia reliqua futura in mundo descripsit, quam ut attigit paruus lapis abscissus è monte uertit in cinerem, nec id factum est graui aliquo ictu cũ à valida manu lapis iactaretur, quia sine manibus, sine impetu uenit lapis ille. In figura expressa nobis est infirmitas temporalis fęlicitatis, quam perdit exiguus lapis, imo & aliquando aer, aut paruus cibus. Quid nequius, quam quod excogitauit caro, & sanguis? Quid imbecillius, quam quod deijcit paruus lapis, exiguus ue aer. Recte Psaltes ait Non saluatur rex per multam uirtutem & gigas nõ saluabitur in multitudine virtutis suæ. Recte ēt Baruc: Vbi sunt principes gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terrã, qui in auib. cæli ludunt, qui argentũ thesaurizant, & aurũ. Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. Qui ergo regia dignitate, aut simili fulget, non ideo se magni ducat, q fallax gloria illa est, curet verove ram gliam, quam ex diuina sapiētia colliget, propter quam stabilimētum popu li erit, umbraculum, & lucerna eius, propter quæ merito magni erit ducendus, sicut nũc rex noster cuius ideo salus expetenda, & uita a Deo poscenda supplici oratione, Domine saluum fac Regē.

Margin: B; Sap. 7.; C; Dan. 2; Ps. 32.; Baruc.; B

Sed iam ad secundam Thematis partem deueniamus, qua nobis ostenditur, qua rõne, ac uia obtinere possimus regis salutem, ac uitã, ait enim. Et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. i. vt hoc nobis concedas oramus ad te, & orõnem fundimus publicã, in qua vniuersi orãt, & pluriũ oratio cælos penetrat. Qua in re illud primo aduertēdum est, salutem præcipue regis, & vniuersa bona à Deo vero petenda esse ad quem accedere primum debemus. Ne si id non fiat, accidat regi quod Ochoziæ accidisse sacra Regum histor a memoriæ prodidit. Aegrotauit ille, & ait. Ite, consulite Belzebub Deum Accarõ, vtrũ viuere queã de infirmitate hac. Angelus autē domini loquutus est ad Eliam Tesbitē dicēs: Surge & ascende in occursum nũtiorũ regis Samariæ, & dices ad eos, nũqd nō est Deus in Israel, ut eatis ad consulēdũ Belzebub Deum Accaron. Quam ob rem, hæc dicit Dominus. de lectulo, super quē ascendisti, nō descēdes, sed morte

Margin: C; 4. Reg. 1

A te morieris. Sed nūc forsan ais, qs nunc ad Belzebub accedat? Certe hi,q in necessitate constituti, vt ab ea liberent, peccata admittūt, sed in hac regis salute curanda nullus id peragit, ita sane est, sed nihilominus nosse oportet. Primū oīum ad Deum accedendū, & in eo fidendum nobis esse, potius quam in arte medicorum, quod si non, præstiterimus, medicinæ omnes nihil proficient, sed accidet, quod Regi Asa: de quo sic scriptum est: Aegrotauit Asa dolore pedum vehemētissimo, & nec in īfirmitate sua quęsiuit Dominū, sed magis in medicorum arte cōfisus est, dormiuitq; cum patrib. suis. Artem quidem medicorum, & eorū curam quærendam esse, manifeste ex Scriptura diuina colligit. Medicos. n. habuit Ioseph, ut ex Genesi patet. Et Sapiēs ait: Honora medicum propter necessitatē, & enim illum creauit. Altissimus a Deo est enim oīs medela, & a rege accipiet donationē. Ab oībus ergo honorandus medicus est, & pcipue a regibus, a qbus donationē accipiet, sed aliud est medicū accersere, & medicamenta suscipere, & aliud in eis spē collocare, & non in Deo primum fieri debet, non fin. Quia ergo Asa rex in medicorum arte confisus est, nec ad Deū accessit, & iō obijt ex illa infirmitate. Cum ergo etiā lumine naturali cōstet, Deum primam esse causā, a qua vniuersa bona procedūt, manifestū est: ad eum primo loco accedēdum pia oratione, & operib. bonis, ut ab eo obtineamus bona cuncta. Quia omne donū pfectum desursum est, descendēs a pře luminum. Hac humili oratione Ezechias à Deo īpetrauit salutē, & quindecim vitę annos, cum mortis sniam ab Isaiæ audisset. Est. n. oro uniuersale remediū, q nobis Deus reliquit ad vniuersa bona impetrāda. De qua re plura diximus in 2. to. nostrarum Concionum, in Dominica V. post Pascha & i Rogationib. Et in hoc tomo in concionibus illis, cū nostri redirent ab Anglia re infecta ex quibus multa petere licet ad hunc locum.

Ro. 8.

2 Pa. 16

Ge. 50.
Ecc. 38

B

C

Vt vero oratio nřa efficacior sit, primū multi conuenimus in hac oratione, in supplicatione publica, plurium. n. oro plurīu obtinere solet. Iō cęlestis magistř ait. Si duo ex uobis consenserint sup terram, de oī re, quamcūque petierint, fiet illis a Patre meo, ui in cælis est, ubi. n. sunt duo, uel tres congregati in nomine meo, ibi sū in medio eorū. Quib. verbis singularē vim impetrandi tribuit orationi multorū fidelium, licet. n. quisq; fidelium orās obtineat, sed pcipue cum plures orant simul. Cuius rei multiplex est rō, prior fit, qm̄ cum plura requirantur, vt orō exaudiat, & ea oīa in uno orante aliqn̄ nō sint, in plurib. facile reperiunt, vno supplēte alterius defectum. Altera āt rō est, q̄ X ps ostendit, dicens. Vbi sūt duo, uel tres cōgregati i noīe meo, i. mei cā, ibi sum in medio eorū, i. adsum ego orantibus, & cum illis oro, & adsum orantibus vt Deus, ut eorum orationes exaudiam. Nūc ergo in Christi nomine conuenimus plures ad orandum in medio nostri Christus dn̄s est, simul nobiscum orans, & iō exaudietur pro sua reuerentia. Et iterū in medio nři est, & iō: Prope est dn̄s oībus inuocantibus eū, in uocantibus eum in ueritate, uolūtatem timentiū se faciet, & deprecationem eorum exaudiet. Merito ergo dicemus: Exaudi nos in die, qua inuocauerimus te, ad hoc. n. nūc cōueniemus. Memoriæ proditum est in literis ex Oriētali India scriptis a patrib. Societatis Iesu, in quodam opido relictū a quodam ex patrib. hoīem fuisse, qui licet recens ad fidē cōuersus esset, ardebat pcipua charitate, relictus uero est in reliquorum fideliū doctrinā, ac consolationē, ut ad eā accederent dū př aberat. Accidit uero ut homo ille infirmitate grauatus aīam iāagere conuenerunt uero in eius domum fideles, q de illius dolebāt discessu, quia illis nimiū vtilis erat, cūq; sic cōtristati lugerēt, quidā ex illis dixit. Inter alia, quæ nobis pdicata sunt, vnum est, vt cū aliqua re indiguerimus, eā a Deo postulemus, q nobis illā pstabit, eamus ergo in ecclesiā, & huius uitā a Deo postulemus. q̄ nobis necessaria est. Hoc audito oēs i ecclesiā cōuenerūt, & fusa est Deū orone infirmus in integrā restitutus est sanitatē, ita ut in ecclesiā ueniret, & orātes offen-

A

Ma. 18

B

Ps. 144

C

deret

A dèret, tum quibus orauit, ac gratias egit
pro salute suscepta. Nunc similis nobis
imminet causa, & maior, ac grauior per
necessaria enim reges uita nobis est, ore
mus dn̄m pœna fide, & exaudiet nos.

Illud vero vltimo loco dicēdū restat,
vt nō solum oremus, sed uitā in melius
mutemus, & si quis in peccato iacet, con
tritione nunc surgat, & confessione pec
catum omnino deleat, sic.n. facile fiet, vt
optata consequamur. Hoc vero duplici
de causa, prior est, quod licet peccatores
aliqñ Deus exaudiat sæpe tñ non exau-
Pr. 28. dit. Vnde Sapiēs ait. Qui declinat aures
suas, ne audiat legem, orō eius erit exe-
crabilis. Voluntatem aūt timentium fe
faciet, & deprecationem eorū exaudiet.
Altera ratio est, q̄ sæpe pp populi pecca
B ta Deus regem optimū de medio tollit
in populi supplicium. Si aūt peccata de-
leantur, Dei ira quiescet, regēq; nostrū
incolumē nobis reddet. Sicut.n. cum po
pulum Deus puniebat pp peccatum Da
2. Reg. 24. uid regis, eo ad Deum conuerso, & peni
tentiam agente, vltio diuina quieuit, ita
cum regem percuttit propter peccata po
puli, cōuerso populo, & pænitētiam agē-
te, rex incolumis seruabitur. Audiamus
ergo monētem. Nisi pænitentiam egeri-
Lu. 13. tis, omnes simul peribitis. Ne ergo pec-
mus, ne rex noster culpæ nostra itereat,
penitētiam agamus, & fusis lachrymis
Dei misericordiam imploremus, &c.

C

CONCIO.
In Exequijs

THEMA.

Hoc itaq. dico fratres, tēpus breue est, reliquū est, ut qui habent uxores, tanquā non habentes sint, & qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam nō gaudentes, & qui emunt, tanquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non utantur; præterit enim figura huius mundi. 2. Corinth. 7.



NUllus hominum ita inscius, et
ignarus est, vt in oībus erret,
sicut nullus ita sapiēs, qui ali
quādo à recto nō deuiet. Vñ
A in primis principijs, quę lumine naturali
sine discursu cognoscimus, uel experien
tia tenemus, non potest esse error. Et si
aliquis proteruus ea ore neget, corde tñ
Aristo. negare non potest, ut Aristoteles. Iu-
stus sapiens dicitur, peccator verò stul-
tus, non quia in principijs hic erret, ille
verò rectum sentiat, vterq; enim in prin
cipijs conuenit. Omnes dicunt, bonum
sectandum, malum fugiendum, beatitu
dinem esse quærendam, & similia. In de
ductione ergo conclusionum diuersitas
est, quia iusti rectè colligunt, ac argumē
tantur, tanquam sapientes, peccatores
uerò malè; & ideo stulti appellantur.
Huius rei exemplum, non longè peta-
mus, sed in eo, quod præ manibus no-
bis est. Attende principium, in quo iu-
B stus, & peccator conueniunt, tempus
breue est. Nec mirum, id oēs concedere,
quia oculis cernitur, & manifesta agno-
scitur experientia. Quia oēs morimur,
2. Reg. 14. et sicut aquæ dilabimur, vt Thecuitis Da
uidi dixit. Iusti illud dicunt. An non iu-
Iaco. 4 stus Paulus, qui ait, hoc itaque dico fra-
tres tempus breue est. Id ipsum Iacobus
confitetur, cum ait. Quæ est enim uita
uestra, uapor est ad modicum parens, &
Plato deinceps exterminabitur. Peccatores e-
tiam, & Ethnici id fatentur. Plato di-
xit similem uitam nostram scintillę, quę
Aristo. in ictu oculi aperit. Aristote. dixit simi-
lem animali, quod iuxta Nilum oritur,
quod unica die uiuit, mane oritur, uespe
C ri senescit, nocte moritur, & tādem om-
Sap. 5. nes impij fatentur apud Sapiētem. Na-
ti cōtinuo desiuimus esse. Hoc ergo prin
cipium, tempus uitæ breue est, ab om-
nibus conceditur. Sed peccator ex hoc
principio conclusionem malè colligit,
& malam, & ideo stultus est. Iustus con
tra bene multa inde colligit, & ideo Sa-
piens dicitur.

Sed quid peccatores ex eo principio
colligunt? Audi eos Philosophantes Sa
pientiæ 2. Dixerunt impij, cogitantes
apud se non recte. Exiguum, & cū tędio
est tempus uitæ nostræ, & transibit uita
nostra tanquam uestigia nubis, & sicut
nebula dissoluet, quæ fugata est a radijs
solis. Venite ergo, & fruamur bonis, q̄
sunt,

A sunt,& utamur creatura tanquam in iuuētute celeriter, vino pretioso, & vnguētis nos ipleamus, & nō prereat nos flos temporis coronemus nos, rosis, antequā marcescant, nullū pratum sit, quod non pertrāseat luxuria nostra. Idem principium assumūt, idem antecedēs, qd Paulus, exiguū est tps vitæ nſæ. Sed rectè Sapiens ait, cogitare eos apud se non rectè, id est, male colligere, & argumētari. Manifestè illi colligunt, cū dicunt, venite ergo, particula.n.ergo, argumētātis, & cōclusionē inferentis est. Quid ergo ex bre-

B uitate vitæ colligūt? certe frui uoluptate delitijs se tradere, pænitentiam non agere, sed uel illā oīno relinquere, vel ī mor-

Sap. 5. tem differre. Male profectò argumentā-

Simile tur, ut ipsimet fatentur apud Sapiētem. Ego errauimus, his.n.accidit, qd fontibus, ex quib. dulcis emanat aqua, & cū hæc aqua ex illo, & aliaex alio promanet, simul collectæ flumen efficiunt, q in amarum ueniens male, amaro oīno redditur. Sic hi du ci uita fruuntur, longio

Iob 21 bantur in malum, tenent tympanum, et gaudent ad sonitū organi, & in puncto ad inferna descenderunt. Hos repente mors arripit, cum minus sperabatur. Si

Simile cut diluuium, q primo uenerit, qn minus timebatur. Acciditq; illis, quod passeri, qui in uiridi arbore consistens delectatur, ac dulciter canit, & cum nihil minus speraret anceps sagittā in eū dirigit

C qua interimit. An non ita diuiti illi accidit, qui dulciter sibi canēs aiebat aīæ suę.

Luc. 12 Habes aīa mea in annos plures, gaude, comede, epulare, sed attēde aucupē dicētē. Stulte hac nocte repetēt aīam a te, & quę parasti, cuius erūt? Et licet hi dicāt, in morte pęnitentiā agā, reprobantur a Deo. Sicut reprobatur in lege Cygnus, quia dulciorē cātum in morte differt, ita hi bona opera in horā mortis. Sed quia nunc de mortuo agendum est, qui nō sic collegit, sed omnino diuersè, uideamus, quid iusti ex illo eodē pricipio colligāt.

Iustus ratiocinatur, arguit, & colligit tanquā sapiens. Cum Philosophus moneret nobilem virum, ut filium ad scholas mitteret, ut Philosophiæ operam daret, interrogauit nobilis philosophum

quam filius meus assequatur utilitatē ex studijs Philosophiæ? cui Philosophus respondit: Cum fuerit in thea tro, nō de eo dici poterit, lapis est, qui super lapidem sedet, sed homo ratione vtens, peccator habet solum bestiarum oculos, & ideo insipiens est in spiritualib. aut nihil, aut malè colligit. Sicut illi ad quos Moyses

De. 29. ait. Vos uidistis uniuersa magnalia, & portenta, quæ fecit Dominus in Aegypto, (ecce bestiarum oculos) sed non dedit uobis Dominus oculos uidentes, & cor intelligens usq; in præsentem diem. Hoc uero dixit, qa ex diuinis misericordijs, & vltionibus nesciuerunt colligere Dei amorem, & timorem. Sapiens uero

B ultra hos oculos bestiarū oculos habet in corde, quibus ex uniuersis deducit doctrinam, ueritatis discursus, monita salutis. Ideo mystica illa animalia Ezechie-

Eze. 1 lis plena erāt oculis ante, & retro, qā iustus plenus est discursibus, reflexionib. & doctrinis. Hos oculos dixit ille Philosophus à Philosophia tradi. Sed præcipue eos gratia donat. Videamus ergo qd his oculis iustus uideat, ac colligat ex eo principio. Tempus breue est.

Primū ex eo iustus colligit sui cognitionē, & quòd uere nihil sit, quod enim adeo cito transit, quasi non sit reputandum est. Similis est homo oculo, qui omnia respiciens se non respicit, nisi reflexione in speculo, ita homo cū omnia facile nouerit, se non agnoscit, nisi speculū

C obijcias, in quo reflecti possit. Sed quodnam erit conueniens speculum? Planè defunctus homo, in quo uidere poteris, quid tu sis, & qualis futurus sis. Miran-

Dan. 2 tur Babylonici statuā auream, quę maxima uidebatur, septuaginta enim cubitos altitudinis habebat, & ideò eam adorant, sed nō Daniel, tu Deus ostenderat, quid illa statua esset, cū lapis paruus eā comminuit, & in cinerē redegit, ita profectò q exteriora solem considerat, magnus sibi apparere solet, sed iustus, qui nouit se cito in cinerem uertendum, se agnoscit, & despicit. Quātumlibet flos pulcherrimus sit, si cōtinuo exsiccandus est & uēto flan re casurus, quid superbit? Sicut cū hedera pulchra Ionæ uermis oritur,

A tur, qui cito eam perdit, ita cum homine calor innascitur, qui eum cito interimit. Simile Quidã (nescio uero an incerta historia, sed proposito nostro congruit satis) in Alexandri uita memoria prodiderunt, sapientem uirum ad eum misisse lapidem preciosum, & simul consilium, ne superbiret innumeris a se partis victorijs, qm ille similis erat illi lapidi, qui ad eum mittebatur. Cum uero Alexander inquireret, qua in re similis lapidi esset, inuentum est, eam esse illius lapidis naturam, ut positus in una staterae lance plus ponderaret, quam quidquid in alia lance ponebatur. B Sed cum parum pulueris immittebatur super lapidem, nullius ponderis reddebatur. Intellexit ergo Alexander à sapiente sibi nunciari, tunc quidem, dum viuebat, plus posse, ac ualere, quàm uniuersi principes terrae; sed cito futurum, vt morte interemptus, & terra opertus nihil omnino esset. Id ipsum omni homini considerandum est, si appares tibi magnus, si plus esse quam reliqui sint, cogita tamen, proximam tibi mortem esse, in qua sepulchro operiendus, & nihil do cendus. An non tibi accidet, quod princi- Baru. 3 pibus illis, de quibus Baruch ait: Vbi sũt principes gẽtium & qui dominantur super bestias, quae sunt super terram? qui argentum thesaurizãt & aurum? Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, C Ita exterminandus tu es, nihil ergo, te esse cognosce. Non sine causa auis sacrificandae paene in loco cineris ponebantur Leu. 1. Dei praecepto, vt, scilicet, nobis innuat, si Deo offerendi summus, id nobis efficere oportere, vt in morte ea omnia ponamus, quae nos in altum eleuant sicut pennae, si enim eo in loco ea posuerimus, intelligemus nihil esse. Quid te eleuat ò homo, quid te facit ambulare in magnis & mirabilibus super te? Nobilitas, ingenium, diuitiae, honores, dignitates, pone ista in loco cineris, & uidebis nihil esse. Pro. 10 Non enim proderit diuitiae in die vltionis, & cum interierit non sumet omnia, nec descẽdet cum eo gloria eius. Nec no- Ps. 48. bilitas te saluabit, non saluatur rex per multam uirtutem, & gigas non saluabit in multitudine uirtutis suae. Hoc ergo est primum, quod iustus colligit ex uitae A breuitate.

Secundo ex hac uitae breuitate iustus colligit id, quod Paulus subinfert. Reliquum est, ut qui habent uxores tãquam non habentes sint, &c. Praeterit. n. figura mũdi huius. Quib. verbis duo ostendit mala eorum, quae nunc bona uidentur. Primum quod praetereũt, unde licet, magna bona essent, bona censenda non sunt, cum tam citò transeãt. Secũdũ, qđ figura sunt, nõ uero rei ueritas. Qũo pertranseant, audi a sanctissimo Iob. Dies Iob 9. mei velociores fuerunt cursore, fugerũt, & non viderunt bonum. Pertransierũt quasi naues poma portantes, sicut Aquila volans ad escã. Summã his verbis ex- B pressit velocitatem uitę, & bonorum ipsius. An non sic pertransijt pueritia, adolescentia, ac uirilis ętas? An non sic ludi, comessationes, & delitiae? Sed nõ hoc solum mali in eis est, sed q̃ figurae sunt, nõ uera bona, sed picta, nõ corpus, sed vmbra. Inscius puer putat umbram aliquid esse, & manu eam tenere uult, sed apprehendit nihil: Depictus vuas videt, & putat ueras esse, cũ eas capere vult, nihil inuenit. Ita stulto contingere Sapiens ait; Sicut qui apprehẽdit uentũ, & sequitur Ecc. 34 vmbrã, sic qui attẽdit ad uisa mendacia. Putasti ò homo ad ueras diuitias extendere manum tuam, sed fallaces diuitiae sunt, non uerae, pictae, non naturales, & ideo eis satiatus nõ es. Putasti ueram te obtinuisse dignitatem, verum honorẽ, sed umbrae transitus haec omnia fuere, nihil utilitatis ex his percepisti. Quid ergo reliquum est? Certe, vt q habẽt uxo- C res tanquam non habentes sint, qui utũtur hoc mundo tanq̃ non utantur. Omnia temporalia nihili ducẽda sunt, quia vera bona non sunt, & cito transeunt.

Tertio ex uitae breuitate, & mortis cito ueniens memoria colligit iustus, valde expediens esse mortem praeoccupare, ac praeuenire, ut onus, quod simul, & semel sublatum importabile est, diuisum in plures partes suaue sit tollere, hac enim arte facile tollitur grauissima onera. Vis ò homo facile mori, pręueni mortem, priua te uita paulatim. Sed ais,

Quo-

A Quo id faciam? Certè, si mortificaueris membra tua, quæ sunt super terram. Ef fice ut moriantur oculi, auertēs eos, ne videant uanitatem, dic cum Iob: Pepigi fœdus cum oculis meis, ut nec cogitarē quidem de virgine. Simili rōne aures oc clude ijs, q̄ de mūdo sunt, vt sis sicut sur dus non audiens. Linguā tene, ne verba inutilia loquatur. Cor, ne in ea, quæ mū di sunt, diffluat, illud à terrenis euellere cura, sic.n. partē mortis sustulisti, & faci le tibi erit, qđ reliquum est portare. Cū enim mors uniuersa sit a te ablatura, si tu plura abstuleris, partē mortis suscepi sti, mortem præuenisti, ut tibi facilis red datur. Finge nunc arborē sensu uigere, quę p quinquaginta annos altas radices B misit, si uno tpis momento euellenda fo ret, summo afficeretur dolore, & gemiti bus se discruciaret. Si vero radicari se non permisisset, facile eradicaretur, & absque dolore. Considera nunc hoīem, qui p multos annos in terrenis fixit cor suum, & uniuersum affectū in terra col locauit, dilexit uxorem, liberos, substan tiam, honorem, & ea oīa, quę in mundo sunt, cum mors adest, euellendus in pū cto est ab oīb. his, an non discruciabitur doloribus? Rectè Sapiens: O mors quā amara est memoria tua homini pacem habenti in substantia sua. i. homini, qui altas radices iecit in substantia. An non hic dicet cū Agag pinguissimo, siccine separat amara mors? Radicare ò hō in C terra, dilige nimium, q̄ in mundo sunt, aliquādo eradicandus eris, & clamabis, & prę contritione spiritus ululabis. Fęli ces hi, qui in cęlo posuerūt radices suas, qui cor a terrenis abstraxerūt, facile.n. hi mortem suscipient. Cum molaris dēs ab ore tuo euellendus est, si carni nimiū adhæret, sine magno dolore nō euellit; si verò carni nihil adhæret, sine dolore tenui filo, uel manu extrahitur. Ita omnino anima si carni, & mundo non adhę it. Fœlices profectò hi, qui omnia pp Deum reliquerunt, quibus dulcis mors est, nihil enim illa inuenit, quod ab eis auferat, omnia em̄ illi prius reliquerāt. Qui ēt ex hoc mundo in aliud migrant chirographo Dei manu subscripto, quo

Iob 31

Simile

1. Reg. 15.

dicitur: qui reliquerit patrem, uel matrē A aut domum, aut agros, propter nomen Mat. 19 meum, centuplum accipiet, & vitā æternam possidebit. An non securus hinc migrat, qui omnia propter Deum reliquit, cum chirographum Dei habeat, quo uita æterna ei promittitur?

Rectè ergo philosophantur iusti ex vitæ breuitate colligentes, omnia relinquenda propter Deum. Vt verò omnem à temporalibus affectum tollant, memoria mortis facile assequuntur. Simile Sicut enim absynthium, uel aliquod amarum admotum uberibus nutricis effi it vt puer nimium uberibus affectus ab eis se auertat, & sic ablactatur īfans, ita mortis memoria nos auocat à mundanorum affectu. Amara mors est, & eius memoria, absynthium est. O mors B quam amara est memoria tua? Hac ergo amaritudine abducendi sumus ab amore omnium temporalium. Si nimis affectus diuitijs es, vis ab eis ablactari? mortis memoria id fiet, si attendas, sindonem duntaxat hinc a te ferendam, quia cum interis non sumes omnia. Si luxuriæ delectatio te tenet, considera uermes illos, qui carnem tuam deuorabunt cras: si honores te extollunt, memor esto, cito sub puluere te constituendum, ubi ab omnibus es conculcandus: sic sic ablactandus es ab his, quæ mundi sunt, ut solum cibum cœlestem percipias. Cumque sic ablactatus fueris festum diē Deus aget, quia te ablactauit, sicut olim grande cōuiuium Abraham Ge. 21. fecit, non quando ei natus Isaac est, sed C quando eum ablactauit, quia non delectatur Deus in multitudine filiorum infidelium, sed in his quos ablactauit, hos enim magni facit, hos docet scientiam cœlestem, sicut Isaia ait. Quem docebit Isa. 26. Dominus scientiam, & quem intelligere faciet auditū? ablactatus à lacte, auul sos ab uberibus. Quia omnis, qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ ut Paulus ait. Puer est, qui terrenis Heb. 5 delectatur, hic cęlestia non capit, qui terrena despexit, ablactatus est, hunc docet Dominus cælestem scientiam, hunc intelligere facit auditum. Hoc uerò, ut dixi-

A diximus, mors, & eius memoria præstat ex qua illud iusti colligunt ablactari se
Grego. oportere, & sic ait, Gregorius, spirituali-
Iob. 2. ter homo facit, quod Iob, qui sedens in sterquilinio testa saniem radebat, quia sedens hô in mortis memoria, & propriæ miseriæ consideratione, saniem malarũ concupiscentiarum a carne prodeũtem tollit, & curat.

Quarto ex uitæ breuitate iusti colligũt multa bona opera instanter operari quibus digni fiant regno cæelesti, & mansione optima, & quibus etiam cum mors ad uenerit sperent, nec desperatione deficiant. Tẽpus breue nobis à Deo concessũ est, ut sedem regni consequamur præcipuam, laborandum ergo nobis est instanter, quia post mortem laborandi tempus non est. Venit nox, quãdo nemo poterit operari. Ait Xps dñs. Ergo dum tempus
B habemus, operemur bonum ad omnes.
Ioan. 9 Hinc Sapiens: Quodcunque põt manus tua instanter opare, quia nec opus, nec rõ est apud inferos, quo tu properas. Dicit
Eccl. 9. ad inferos omnes properare, quia ante Christi aduentum omnes descendebant ad inferos, licet ad loca diuersa iusti, quã imp j. Quod uero de inferis dicit, etiam de cœlis nunc uerum habet, in quibus operandi opera meritoria tempus non est. Pro sua enim uoluntate constituit Deus tempus meriti, & hoc esse uolnit tempus vitæ huius. Si ergo merendi tempus breue est, instanter in eo laborare oportet. Si longum esset, otiari aliquando libetius possemus, at uero cum breue sit operi instanter incumbendum est.
C Quia cum omnia tempus habeant, ut Sapiens ait, est tempus seminandi, & tempus metendi, nunc uero tempus est semi-
Eccl. 3. nandi, & qui seminat in benedictionib. de benedictionibus, & metet, i. qui large
2. Co. 6 seminat, multum co liget. Quid ergo reliquum est nisi ut de illis simus de quibus Psalm. ait. Euntes ibant, & flebant, mit-
Ps. 115 tentes semina sua, venientes autem venient cũ exultatione portantes manipulos suos. Repetitio illa, euntes ibãt, phrasi scripturæ significat, veloci cursu, ac magno conatu, & sollicitudine aliquid agere. Ita ergo nos seminare oportet. Et

hac rõne Paulus nos monet, vt qui vtuntur hoc mundo sint quasi non vtantur, quia ait: Volo vos sine sollicitudine esse circa temporalia, sicut solliciti sitis in cœlestibus. Hocc nos Petrus monet. Fratres magis satagite, ut per bona opera certã uestram uocationem, & electionem faciatis. Hæc enim facientes non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter ministrabit vobis introitus in æternũ regnum domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi, quasi dicat tria colligetis ex operibus bonis, quæ seminaueritis. Primum sic facietis electionem, & salutem æternam certiorem, sicut qui in causa sua plures adhibet testes, certius sententiam pro se ferendam sperat. Secundum, quod hæc bona opera tenebunt vos, ne in peccata prolabamini, quod maxime homini expetendum est, quia hic est omnis fructus, ut auferatur peccatum, ut Propheta ait, & aliquando fructum ex sacramentorum frequentia, & pijs operibus non colligeres, hic satis erat, ut ea præstares. Tertium denique, quia sic abundantiori gloria perfrueris, quæ pro meritis datur, & quo maiora, ac plura sunt merita, eo maior dabitur pro eis gloria. Simul etiam in morte ex pijs operibus, alium colligit fructum iustus, & hic est mors dulcis, facilis, & spe in Deũ plena. De aue Phœnice, quæ unica dicitur esse in Arabia, tradunt, qui de rerum naturis scripsere, plures in annos uiuere, & ad summum senium peruenire. Cum uero mortis appropinquat tempus in igne comburitur, & vermis paruus ex illis cineribus oritur, qui paulatim crescens auis sit similis ei, quæ perijt. Quia uero mortis tempore nimia senectute grauatur, & fœtore corporis iam iam moribundi premitur, ut ab hoc fœtore liberetur, & uires resumat, quibus ignem alis accendat, plura ligna aromatica colligit, quorum præclaro odore lætatur, ac fœtorem suum procul fugat, & vires resumit in mortem obeundam. Quam in imagine depicta nobis in hoc est iusti mors. Cum suprema illa hora homini adest, multa sunt, quæ illum tunc gra-

A 2. Pe. 1. B Esa. 27 C

A u...,& quæ animum illius ac uires deij ciunt. Missas faciamus infirmitates anxietates,& dolores, & quod præcipuum est attendamus. Tunc.n.malus odor uitæ anteactæ,& vniuersa peccata commissa homini in mentē veniunt,& dæmon illi proponit,vt eū desperare faciat. Audi Antiochū id manifeste asserentem. Et uocauit
2.Mac. 6. cūctos amicos suos,& dixit illis. Recessit somnus ab oculis meis,& concidi, & corrui præ sollicitudine,& dixi in corde meo:in quantam tribulationē deueni,& in quos fluctus tristitiæ,in qua nunc sum,qui iucundus erā,& dilectus in potestate mea. Nunc vero reminiscor malorum,quæ feci in Hierusalem,vnde & abstuli oīa spolia aurea,& argentea,quæ erant in ea,& misi auferre habitantes Iudæam fine cā. Cognoui ergo,quia propterea inuenerūt me mala ista, & ecce pereo tristitia ma-
B gna in terra aliena. Quid tunc homo faciat,cum innumera uidet peccata? videt tunc homo euaginatum iustitiæ Dei gladium,quem iam vibrat,in se uero multā putridam carnem,quæ scindatur. Videt ignem diuinæ indignationis, in se uerò multam collectam stipulam,& paleas,quæ
Psa.99 ardeant. Hinc Psal. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo,& sæculum nostrum in illuminatione vultus tui. Quasi dicat,rationes omniū peccatorum quasi
Isa.10. in vngue,vt vulgo dicitur,& ignem diui
Psa.74 næ vltionis paratum. Quid obsecro, tunc peccator faciat? Quid facietis in die visitationis,ad cuius confugietis auxiliū? quia nec ab oriente,nec ab occidente,nec a desertis montibus,auxilium vobis prouenire poterit,quoniam Deus iudex est.
C Vnico peccato maculati sunt Adā,& audiens uocem Dei rationem exigentis fugit,& abscondit se, quid obsecro facies, cum omni bono te nudum perspexeris, & multis peccatis onustum? Cum quæsierit,quid respondebo illi? aiebat qui simul
Iob 31 dixit:non reprehendit me cor meum in tota vita mea. Si sursum conspicias,videbis cœlum clausum,& iudicem iratum. Sideorsum,videbis sepulchrum patens, & infernum apertum. Si eos,qui te circunstant,inspexeris,nullus tibi auxilio esse poterit. Si intra te conspicias, uidebis

conscientiam de multis te accusantem. A
Si quæ præcesserunt,consideres,uidebis prauam uitam,quam duxisti. Si quæ sequuntur,uidebis sæcula innumera & infinita,quæ sibi inuicem connectuntur regionēq; nouā,& incognitam,in quā ingressurus es. Vere tunc dices,Circundederūt Psa.17
me dolores mortis,torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Merito Sap. monet Prou.5
Nunc ergo fili mi audi me,& ne recedas a verbis oris mei,ne gemas in nouissimis qū consumpseris carnes tuas, & corpus tuum,& dicas,cur detestatus sum disciplinam,& increpationibus non acquieuit cor meum,nec audiui vocem docentium me,& magistris non inclinaui aūrem meā? En peccatoris angustias in morte. En extrema gaudii luctus occupat. Ensē tes dulces in amaritudinē uersos, en flo- B
res in spinas mutatos. Quid ergo iustus facit,ut hęc effugiat? Certè quod Phęnix Congregauit iustus ligna odorifera,quorū opore fętor malorū operū tollatur,quibus spe leuetur,vt desperatione nō ruat. Sed quænam hæc ligna sunt aromatica? Certè uirtutum opa quę eum tunc mirè leuant,& eius aīum confirmant: fætorem peccatorū tollit cōfessio uera, & reliqua sacramenta debitè suscepta,eleemosynę, corporis afflictiones,quib. pro peccatis satisfecit Deo,his tunc iustis consolationē percipit,hæc.n.opera illum comitantur, eū cingunt,vt inimicis non pateat. Hinc Ioan. vocem cæli audiuit dicentē. Beati mortui,qui in domino moriuntur,amodo C
iam dicit spūs,vt requiescant à laboribus suis,opera enim illorum sequuntur illos Apo.14
Et de his lignis odoriferis loqui vr sponsus ad sponsam cum ait. Hortus conclu- Can.4.
sus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuę paradisus malorū punicorū,cū pomorū fructibus, Cypri cum nardo nardus,& crocus,fistula,& cinamomum,cum vniuersis lignis Libani,myrrha,& aloe cum omnib. primis vnguentis. Surge Aquilo,& veni Auster & perfla hortū meum,& fluent aromata illius. Ligna odorifera, & aromatica enumerat sponsus plura, per quæ virtutum diuarsarum exercitia intelliguntur,quæ mirum odorem sponsæ tribuunt,

A buunt, quibus speret in morte. Hinc Sapiens. In morte sua, repellet impius: sperat autem iustus in morte sua. Sicut.n. aqua subtus terram decurrēs, si per optimam terram decurrat, optima tandem procedit, si uero per sulphuream terram veniat, importabilis est, ita uita, quæ per uirtutes uel uitia trāsiuit ad mortem venit, & procedit vel pretiosa, vel pessima, qa pretiosa in cōspectu domini mors sāctorū eius, contra mors pctorū pessima. Sicut uero uita iusti oī uirtute redolet, ita & mors. Vnde de anima iusti spōsus ait. Quæ est ista, q̄ ascēdit per desertū, sicut virgula fumi ex aromatib. mirrhę, & turris, & vniuersi pulueris pigmentarij. Omnis.n. uirtutum ornatus illa die magis splendet, quibus quasi sponsa ornatur viro suo, & quas uirtutes in habitu habuerat, nunc in actum producit, vt ornetur uiro tanto, Sicut monilia in thecea reclusa producere solet sponsa, eiq; se ornare in die desponsationis, ut sponso pulcherrima appareat, &c.

Pr. 14.

Ps. 105

Cant. 3

B

Simile

CONCIO

In morte magni Principis.

THEMA.

Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo. Destruxit me undique, & pereo, & quasi arbori euulsæ abstulit spem meam. Iob. 19.

C



Scytarū, ac Persarū mos fuit, ut Regū suorū defuncta corpora per uniuersas ciuitates ducerēt, ut uniuersi lugerent commune oīum damnum, Hispanorū uero mos est, vt ubique exequiæ defunctis celebrentur, ut omnes pro eis Deū orent, sicut ipsi omnibus utiles extitere. Simul uero dolore tangamur, ac cum Hieremia dicamus. Abstulit oēs magnificos meos dn̄s, de medio mei uocauit aduersum me tēpus ut cōtereret electos meos, idcirco ego plorans. Si.n. totius reipublicæ damnum est cum uir utilis ab ea tollit, quale ob secro erit, cū

Thr. 1

caput abscinditur, & qui omnium protectio erat de medio tollitur. Hac de causa Dauid ait. Filiæ Hierusalem super Saul flete, q uestiebat uos coccino in delitijs, qui præparabat ornamēta aurea cultui uestro. Præparauit dominus hederā, & ascēdit super caput Ionę, ut esset umbra culū super caput eius, & protegeret eū, & lætatus est Ionas super hedera lætitia magna. Et parauit Deus uermen, & percussit hederā, & exaruit. Et ideo doluit Ionas, ut peteret animæ suæ, ut moreretur. Simile quid nobis nunc accidit. Pręparauerat nobis dominus principē, qui nos protegeret, cui dicere possemus, in umbra tua uiuemus inter gētes. Lætati sumus tanto protecti principe. Sed nūc accessit mors, uermis uniuersa corrodēs & percussit hederam nostrā, & exaruit an non iure dolendum? sed ut ex tanto spectaculo fructum nobis colligamus exoremus Mariam, &c.

A

2. Re. 1

Ioan. 4

B

Duo supplicia homini peccati a Deo inflicta sunt. Primum fuit rebellio carnis, & pugna in spiritum, illa discordia, quam nulla pax in hac uita poterit cōciliare, quā significauit lucta Iacob, & Esau in utero matris, ubi collidebantur paruuli, quæ sic matrem afflixit, ut diceret, si sic futurum erat, quid necesse fuit, me concipere? Quoniam causa maximi doloris est, quod hoc bellum intra se homo habeat, quod nulla alia creatura patitur. Angeli namq; & bruta simplici, ac unico appetitu dicitur aut omnino uolunt, aut nolunt nihilque intra ipsos cōtrarium illis est. At uero homo duplici appetitu cōstat, & alter alteri cōtrarius est, dum unus cęlum, alter terram, unus spiritualia, alter corporalia quęrit. Ante peccatum quidem licet duo hi appetitus essent in homine, tamen iustitia originalis perfecte subdebat carnis appetitum rationi, & ideo bellum nō erat, sed summa pax. At per peccatum inobediens, & deordinatus homo a Deo est, & ideo appetitus in eum rebellauit. Hoc supplicium grauissimum est, adeo ut propter illud se dicat Paulus infælicem. Infælix ego hō, qs me liberabit de corpore mortis huius. Et propterea se collaphizari

Ge. 25

C

A dicit cum ait. Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus, Sathanæ, qui me colaphizet. Quod si hô honoris veri cupidus esset, & ea, quæ hominem decent, in pretio haberet, hoc supplicium magnopere erubesceret, atq; doleret. Et hac ratione statim post peccatum Adam erubuit, q sensualem expertus est motum. Quod ergo tu alapam sentis, & doles, si tibi infligat hoc iste motus sẽsualitatis sẽtiẽdus.

2. Cor. 12.

Gen. 3.

Psa. 48 Sed quoniam homo, cum in honore esset, non intellexit, sed comparatus est iumentis insipientib. hoc supplicium nõ sẽtit imo eo gaudet, ac delectatur. Ita infideles homines agunt, & plures fideles, q licet nouerint hoc venenum esse, sed qa eis dulce est, delectantur motibus appetitus, estque illis velut sal ãmanum, gaudentq; cum appetitus praui insurgunt, &
B aliqñ ẽt illos ipsi excitant cogitationibus turpibus, & alijs rebus. De quibus Psal. Dimisi eos sm desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. Iusti duntaxat sunt, qui hoc supplicium dolẽtes tolerant, ac dicunt cum Paulo. Video aliã legem in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuantem me in lege pcti. Recte captiuum se dicit, quia hominem a rõne, & natura sua alienum facit. Impij uero delitias putant. Qd miris verbis exprimit. Esd. dicens. Vidchã Apemen mirifici cõcubinã regis sedẽtẽ iuxta regẽ ad dexteram, & auferentem diadema de capite eius, & imponẽtẽ sibi & palmis cędebat regem. Et super hæc aper
C to ore intuebat eã, & si arriserit ei, ridet. En quid rex ille delitias putabat. Hęc vniuersa caro cum peccato e agit, percutit eum alapis aufert gratiã de capite eius, & tamen aperto ore spiritus intendit in carnem, & delitias illas appellat, cum vere sint ignominia plena ea omnia.

Psa. 80

Ro. 7.

3. Esd. 4.

Quia ergo multi hominum in bestias degeneraturi erant, nec honorem ductu ri, decreuit Deus aliud supplicium hominibus, inferre propter peccatum, quod omnium supplicium esset, ex quo falsamentum, & delitias nemo agere valeret, quod bestiarum proprium est, & hoc fuit mors, & mala pœnæ vniuersa, quæ omnes tangunt, & ab omnibus sentiuntur.

Mirum hoc in morte profecto est, quod A omnibus sit horribilis, & semper horrorem incutiat, licet præ manibus, & in conspectu semper versetur. Reliqua nã que horribilia assiduitate facilia fieri solent, sic enim & ipsi dæmones horribiles non sunt ijs, qui familiariter, & sæpe cũ eis conuersantur. Et peccata ipsa assiduitate voluerunt. Mos vero licet assidua sit & quotidie millies cernatur, adhuc semper terret, omnium ergo terribilium terribilior est mors.

Sed attendenda in hac re est diuina miraq; dispositio. Quia enim iusti primum sensualitatis supplicium maxime dolent ac sentiunt, voluit Deus ut secundũ mortis supplicium minus sentirent, imo eis facilis esset. Vnde Sap. Iustorum animæ B in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Imò vero sæpius cum morte ludunt, vt cum Sampsone Philistæi, terrori namque fuerat vniuersis Philistæis Sampson. Sed captus illis, & pueris eorum ludo, ac ludibrio fuit. Ita, ait Chrysost. mors, quæ ante Christum terror fuit omnium gentium, ablata ab ea fortitudine per Christum, ludo, ac ludibrio iustis fit. Quia, vt Pau. ait. Regnauit mors ab Adam vsq; ad Moysem. Iam vero a Christo non regnat, ideoque non est cur timeatur, sed quod cum ea laudamus dicentes: Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus.

Sap. 3.

Ro. 5.

Licet verò mors uniuscumque terribilis sit, sed Principis mors terret magis, docetque nos, quam nihil vniuersa humana sint, quamque Deus potens, qui Principem, quem vniuersus mundus non capiebat, paruo includit sepulchro. Vnde cum Principis honores fieri vulgo dicuntur, rectius loqueremur, si diceremus, agi quidem Dei honores, & hominum ignominiam. Hinc Iob. Quis conclusit ostijs mare, quando erumpebat, quasi de vulua procedens? Circundedi illud terminis meis, & posui vestem & ostia, & dixi. Vsque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Quid similius mari quam rex, qui vniuersum orbem sibi subijcere parabat? Sed ostia huic mari

1. Co. 5

C

Deus

A Deus ponit, & dicit vsq; ad talem diem regnabis, eo uero die confringes fluctus tuos, & deficient superbæ cogitationes tuę. Hoc se didicisse ex maris conspectu
Naziā. asserit Nazianzenus in oratione, cū reuerteretur ex agro. Vidi, ait tumētes maris fluctus sibi inuicem succedētes, & vnus deficiebat, nec vestigiū relinquebat, alter aderat, cui persimile accidebat. Sic .n. principes mūdi, sunt imperat nunc vnus, qui unda apparet, & fluctus cælum pertingens, sed in parua arena mortis deficit, & iam nō apparet, succedit alius ei similis, & simili rōne deficit. Hinc mun
Iud. di principes cōfert Iudas in sua canonica fluctibus mari cum eos dicit. Fluctus feri maris despumantes suas cōfusiones,
B Sed quid est, despumare cōfusiones suas Certe sicut fluctus magni maris nullum sui vestigium relinquere solēt, nisi forte paruam aliquā, et inutilē spumam, ac paleas, ita quid principes maximus relinquit nisi puluerem, & uermes? Hinc apparet, nihil esse omnia, quæ mundus su-
Bar, 3. spicit. Hinc ēt Baruch ait: Vbi sunt principes gentium, & q dominātur super bestias, quæ sunt super terram, qui in auib. cæli ludunt, qui argentum thesaurizant, & aurū? Exterminati sunt. Quid, ergo dicendū? Certe Deū magnū, & terribilē hoc in opere ostēdi, hominem uero, licet magnus uideat, nihilominus nihil esse,
Ps. 75. Hinc Ps. Quoniam cogitatio hoīs confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationū diē festū agent tibi uouete & reddite dn̄o Deo uestro oēs, qui in circuitu eius affer
C tis munera, terribili, et ei, qui aufert spiritū principū, terribili apud reges terræ, q̄ uerba difficilia sunt, sed eorū literalis sēsus hic est. Ostenderat diuina potentia, & iram Psalt. Nunc uero addit. Cogitatio ho s confitebitur tibi. Metonymia est, quasi dicat, cogitās homo, & contemplans tuā potentiā, & iram, laudabit te. Et extrema cogitationis eius eo ferēur, idest, eo desinet ipsorum cogitatio, ut diē festum agant tibi, teque celebrent, ac solenniter colant, & ad te conuertant. Addit deinde Psal. Vouet & reddite, &c. perhiphrasis est piorum, quasi dicat. Si omnis homo hæc considerans Deū lau-

dat, uos præcipue, qui proximi Deo estis A eum laudate, & munera ei deferte. Terribili, & ei qui aufert spiritum principum Hebræa habēt, qui uindemiat. Metaph. qui tanquam præscindit racemos, spiritū, idest, aiam principuū, uel iuxta Rabbi Dauid fastum, arrogantiā, animositatem, sicut latine dicimus, getit magno spiritus. Hāc uero similitudinem usurpauit Ioannes in Apocalypsi, cum ait Mitte falcem tuā acutā, & uindemia botros Ap. 14. vineæ terrę, quoniā maturæ sūt vuę eius, idest, excide, aufer de uita, ut de uitæ botros. In hoc. n. Dei potentia ostenditur, quod non solum regis occidit, sed eos pscindit quasi botros, omnes. n. æquales mors facit. Aequo pede pulsat regū turres, pauperumque tabernas. Quemad- B modum pastor uniuesas oues in caulā ingredi facit per eandem portam angustam. Ijsdem. n. angustijs, & infirmitatibus rex moritur, ac pauper. Sicut etiam calculis accidit, quibus in ludo latrunculorum uti solent homines, vulgo dicitur Axedrez. Cū. n. i tabula collocātur, suus honor, ac locus cuiq; datur dignior Regi, secundus Reginæ, & sic cęteris, at ludo finito, cum in bursam mittendi sunt omnes redduntur æquales. Ludus profecto uita humana est, comædia, quæ nūc agitur, & ideo Principi primus datur locus supremus exhibetur honos, sed in morte psona illa deponitur, & amplius non est Rex quam infimus de plebe, qa Ps. 48. ut Psaltes ait. Cum interierit non sumet C omnia, neque descēdet cū eo gloria eius, Deo enim, oīs caro fænum est, & omnis Isa. 40. gloria eius, quasi flos agri, & quemadmodum falce secatur omne fęnum, ita morte omnis homo. Nobis quidē principes non fęnum apparent, sed cedri, sed palmæ, & arbores elatæ, at Deo omnis caro fęnū est, & ideo oēm hominem metit quasi fęnum etiam si princeps fuerit.

Licet ergo cuiuscunq; hominis mors nos admoneat, vt Dei potētiā timeamus ut oīa tpalia nihil pendamus, sed precipue mors Principis, in qua hęc maxime apparēt. Sicut. n. dormienti apponi solet horologiū exciatorium, q ipsum tali tēpore excitet, quod maximo facto stre-

A pitu etiam profunde dormientem excitat. Ita mors Principis excitare nos debet, quę maximum facit strepitum, ut a somno surgamus. Fratres hora est iam nos de somno surgere, excitemur ergo hac uisa morte. Nūc.n.illud impleatur, q Psal. ait. Dedisti metuentib. te significationem, ut fugiant a facie arcus, ut liberētur dilecti tui. Arcū quidem tetendit Deus & parauit illū, & in eo parauit omnib. ua sa mortis. Fugere quidem mortem poteris, sed non effugere. Nihilominus iustus fugit a facie huius arcus, cū ita sua disponit, ut non tangat illum tormentū mortis, ne damnum ex morte ei proueniat, imo lucrum, quia ei mori lucrum est, sicut Paulo. Vt uero hac fuga se recipiat iustus, ut liberētur dilecti, dat Deus significationem, idest, signū aliquod, strepitumque. Sicut auceps, qui aues capere non uult, strepitu facto eas terret & auolare facit. Nō quidem uult Deus mortē peccatoris, sed magis, ut cōuertatur & uiuat. Et quare moriemini domus Israel? ut ergo arcu, & sagittis nō pereamus, fecit nunc strepitum magnū in Principis morte, ut astutus uidēs malū abscondat se, & fugiat a facie arcus in eum distēti.

Ps. 5.

Mors ergo Principū ipsos Principes monet, ac docet, quid sint, & uniuersos alios homines simul docet, nihil omnia humana esse quantumuis alta appareāt. Vita quidem regnum laboriosa est, miserę ac curis plena. Quod etiam ipsi Ethnici dixerūt. Pertinacem.n. Romanorum Imperatorē, & Antigonū Regē dixisse memoriæ traditū est, cum coronas manu tenerent. O corona pulchra quidem, sed infelix, qui te recte agnosceret, & curas uideret, qui te latent, etiā si te in via publica inueniret, non acciperet, imo fugeret. Nihilominus tamen, cum homini insitum sit, quasi a natura ea solum contemplari, quę exterius fulgent, nec in teriora penetrare, hinc fit, ut principes superbire soleāt, sibi ipsis fidere se magnos ducere, ac uoluntatem suam plus æquo diligere. Et qui eos intuentur, nec interiora penetrant, nec cruces uident, sed consolationes, putant diuinum aliquid Principem esse, ac principatū, quasi di-

C

uinitatem reputant. Quis ergo deceptos hoīes ad mētem reducet? Quis uanitatē principum ostēdet? Certe mors, illa magistra est ueritatis oībus illa flagellum Principum. Quis.n. Nabuchodonosorē docuit Deum non esse, ut ille putabat? quis statuam illam aurean ostendit puluerem esse? Certè lapis abscissus de monte, q eam in puluerē redegit. Quis arborem illam grandem oculis hominū paruum arbustū fecit? Vigil sanctus, q ait. Succidite arborem præcidite ramos. Et superbus Alexander, qui se deorum filiū iactabat cū uulnere inflicto ægrotaret; dixit uulnus hoc me hoiem, & hominis filium declarat, nō Dei? Certe ut Sapiēs ait. Sic rex hodie est, & cras morietur. Cui ergo, si sapimus, similem dicemus hoium uitam, nisi fi uræ, & comediæ, in qua hic rex est una die, sed altera nihil est, quia personam sumpsit, q̄ statim desuit, hæc ergo nos mors principis docet, illud facit, quod Iob dixit: Spoliaui me gloria mea, & astulit coronam de capite meo. Sed cum mortem dixerimus pænā esse peccati, dubiū est, quo modo remisso peccato mors non tollitur. Respōdet August. in libro de peccatorum meritis & remissione. Mortem a Deo relictam, ut hoīe peccatum horreāt, & illud exerceātur, per q mors intrauit in orbem terrarum. Sicut et patibulum relinquitur, in quo suspensus malefactor est, & funis ex eo pendens, ut homines timean t, ac delicta non perpetrent. Ita etiam licet p pænitentiam Dauid deleuerit peccatum suum, nihilominus filius moritur, & Absalon in eum surgit, a regno priuat, & uxores illius dehonestar, ut homines & in eo supplicio discant, quātum malū sit in Deum peccare, & illud caueāt. Audi prauorum ingenium, quod Sapiens explicat, cū ait. Quasi per risum stultus operatur scelus, quasi nihil mali agerer, sic homo peccat quasi Deū ligneū offenderet sic eum despicit, quomodo ergo homo edoceri debet de summo peccati malo? quis illud explicabit? Nū ad hoc verba satis erunt? Certè sapienti satis esse debuerunt. Sed insipientē quis docebit? Certe mors uniuersa corporis mala, q pro-

A Dan. Dan. 4 Ec. 15. B Iob. 19 Aug. C Pro. 10

A propter peccatum veniunt. Sicut enim sapientum ministrum, cum erat, satis est si verbo corripias, ac doceas: at insipiens indiget tortura, & flagellis, sic hominis tanta stultitia est, ut necesse fuerit, edoceri eum de peccati malo per mortem, & innumera eius mala. Vis nosse ô homo, qui per risum operaris scelus, quantum malum opereris: Attende. Pomũ vnum surripuit Adam peccato admisso, & ipse morti addictus est, & innumeris laboribus nec ille solũ, sed vniuersa eius posteritas: attende innumeras mũdi miserias, ab initio mundi, dolores, ægritudines, paupertates, ignominias, mortes, & oĩa tienique mala, hęc omnia suppliciũ sunt illius transgressionis Adę, nec tot tantæque pęnæ satis fuerunt, vt vltio diuina cessauerit. quia in finem usq. mundi hæc mala durabunt. Tm̃ malũ peccatum est, vt vnum peccatum hæc omnia mala in mũdũ induxerit, quia ut Paulus ait. Per vnum hoĩem peccatum & per peccatum mors. Summe ergo nobis cauẽdũ peccatum est, sicut. n. innumera mala in mundum induxit, ita infinita mala tibi parat in æternum in inferno subeunda.

B (margin) — Rom. 5

Secũdo relicta mors est, & passiones, C etiam ablato peccato, in hominum meritum, & gloriam. Si mors non esset, ubi fuisset gloria martyrum, meritum confessorum? Si passiones sustinendæ nõ essent relictæ, vbi essent præcipua sanctorum merita, quæ potius ab his, quæ sustinuerunt, quam ab his, quæ egerunt collecta sunt. Præcipue uero hæc relinqui oportuit cum Christus passiones, ac mortem sustinuerit pro nobis, ut ea nos compensare pro medulo nostro possimus, cũ eadem patimur eius causa, ac eum imitari in morte, & passionibus sustinendis. Fœdum enim militi esset, si uideret Regẽ ac ducem suum in bellum procedere, & primum se obuium hostibus præberet in primo certantium agmine, ipse vero in tentorio mãnere vellet ludo, & comessationibus vacans. Cum ergo decretum Dei fuerit conuenientissimum, per Christi mortẽ nos redimere, & ille ad hostes primus prodierit, fortiter pugnauerit, ac sanguinẽ fuderit, iure nos in eandem procedere debemus pugnã. Sicut nos monet A paulus. Deponentes omne pondus, & circunstans nos pctm̃ per patientiam curramus ad propositũ nobis certamen. aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit Crucẽ, &c. Licet ergo nobis relicta mors, & labor sit, cũ tanto tñ fœnore meritorum relinquitur, vt dolendum nobis non sit, sed potius gaudendum. He. 12.

Cum deniq; vita misera nobis relicta sit, ærumnis plena, optanda, & expetenda nobis mors est, quæ finis est laborum & hominis requies. Mirum hoc in morte est, quod supplicium fuit, quod homini Deus comminatus est, & simul medicina est omnium malorum, quæ incurrimus per peccatum. Sicut etiam comminari soles, amicum dicens, caue ne ista B comedas: si enim comederis, flebotomias, & purgationes sustinebis, isti enim minaris, propositis medicinis, quæ malũ depellent. Ita tanquam supplicium comminatus est Deus Adæ. In quacunq; hora comederis morte morieris. Sed eandẽ Gen. 2. mortem medicinam malorum ostendit, cum ait. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terrã, de qua Gen. 3. sumptus es, quia puluis es, & in puluerẽ reuerteris. Quib. uerbis mortẽ constituit malorum terminum ac remedium. Hinc fit, ut mors sit liberatio hominis a carcere, carcer enim animę corpus est. Et ideo Simeon è carne discessurus ait. Nunc dimittis seruum tuum Dñe secundum uerbum tuum in pace. Qui se dimitti dicit, Luc. 2. carceri mancipatum ostendit. Vt vero id explicemus. Attende triplex esse genus habitaculi, uel domus. Est enim domus, C quæ regia dr̃, uel palatium est, etiam domus, in qua conuenienter habitas, & domus, quæ carcer est, in qua habitas quidẽ, sed multis incõmodis p pressus. Audi Simile ergo triplicem corporis humani statum, ex quo disces triplex huius habitationis genus. In statu innocentiæ corpus animæ erat domicilium aptum, non quidẽ ita vile, vt carcer dici posset, nec ita pulchrũ, ac magnificum, ut regia posset appellari, aut palatiũ, sed ita dispositũ, ut cõueniẽs domus esset. Si in eo statu homo

A perseueraret, opus non esset, ut domus de strueretur, vt regia ædificaretur: sed sicut domum tuam ita aliqn̄ ornas, & prrficis vt palatium conficias, ita gloria ornaretur suo ipe corpus, & regia efficeretur, sine vlla sui destructione. Peccauit homo, data est ei domus propria in carcerem, et corpus, q̄ prius domus apta, ac cōueniēs aīæ erat, ubi sine vllo labore versabatur. nunc carcer est ærūnosa, ac vilis, & multis incommodis affecta: attende corpus tuum, & oī ex parte carcerē aīæ comperies. Carcer habitatio est vilis, obscura, fœda, ac fœtida, incommodisque plena, hæc oīa corpus hēt. Vn̄ Sapiens. Corpus quod corrumpitur aggrauat animā. Sicut in carcerē intras nō volūtate tua, & exis similiter iussu prætoris, ita in corpus aīa intrat, ac exit, cū Deo placet. Sicut in carcere est cancellū ferreū, per quod negotia tractas, recipis, ac das, ita anima perforamina sensus recipit omnia, quia nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu: & ideo spiritualia non percipit directe: voluntas etiam in carcere est, ait.n. Non q̄ vo o bonum, hoc ago, sed quod odi malū illud facio. En uoluntatē uinculis huius carceris impeditam. Memoria ēt impedita est, fragilis, ac ita breuis, vt similis sit breui pallio, quod te totū operire non potest, sed si hac te tegis, illac nudus relinqueris, ita memoria se habet, si hæc retinet, illa obliuiscitur. Corpus ergo carcer est animæ. Vt uero ex carcere, regia fiat, opus est carcerē euertere, ac omnino destruere, & idō aīa exire a corpore iubetur in morte, vt carcer destruatur, & in resurrectione palatiū, & aula regia fiat, non ergo omnino corpus destrui dr̄, quia ideo destruitur, vt melius surgat, non ergo in destructione sistendū, sed in reædificatione, & ideo bonū est iusto, ut cadat, sic.n. melior resurget. Sed nobis, quidem dolēdum tanto amisso Principe, qui nos protegebat, vt cum Hieremia clamare possimus. Vide dn̄e, quid acciderit nobis, pupilli facti sumus absq; patre. An non pater patriæ rex erat, pupilli ergo relicti sumus, & deinde his annis abstulit oēs magnificos, & electos nostros, ut ex Hieremia diximus. Multi.n. Principes uiri his annis decesserūt, quorū sicut uita utilis reipublicæ fuit, ita mors est maximi causa doloris. Vt cum Hieremia clamare possimus. O mucro dn̄i vsquequo non quiesces? Ingredere in vaginam tuam refrigerare, & sile. Quō quiescet cum dn̄s præceperit ei aduersus Ascalonem, & aduersus maritimas eius regiones, ibiq; cōdixerit illi? Propter peccata nostra mucro dn̄i non quiescit, sed libere debacchatur in magnificos nostros, cessent ergo peccata, & cessabit gladius. Defuncto uero principi tanto gratulemur, qm̄ de carcerē exiuit, & opera eius pia, ac iusta sequuntur illū, quorum numerum multis verbis exprimere non possumus, vnde licet mors spoliauerit eū corona, & regno corruptibili, sed accepit immarcessibilem coronā, & incorruptā. Quia uero aliqua purgāda solent in hac uita relinq, q̄ igne purgatorij mūdant̄, & orōnib. & oblationib. n̄ris, eū nos iuuemus, ut par est, &c.

Sap. 6.

Ro. 7.

Thre. 5

Hie. 47

Simul uero nos ex hac morte discāmorituros nos esse sine ullo dubio: licet .n. oī morte id discere possimus, sed præcipue in Principum morte. Cū.n. pauper moritur, posses cogitare, uel fame, miseria, aut mala curatione, aut medicinarū defectu mortuū esse; at cū is moritur, cui oīa suppetunt, manifestius relinquit̄, nullum a mortis imperio liberum esse. Et cū Princeps moritur, uniuersus mūdus mori vr̄, quia moritur, ac deficit quidquid est in mundo, quia concupiscentia oculorū, concupiscentia carnis, & superbia uitæ, oēs denique diuitiæ, fastus, delitiæ, celsitudoque deficit. Ideo fratres, nolite diligere mundum, nec ea, quæ in mundo sunt, quæ cito pereunt, &c.

CONCIO

In exequijs præcipuè Religiosi, & perfecti uiri.

THEMA.

Melior est dies mortis, quam dies natiuitatis. Melius est ire ad domum luctus, qua ad domum conuiuij, in illa enim finis cunctorum admonetur. Eccl. 7.

Dictum hoc paradoxū vr̄, & certē mirabile est, cum morti tituli dent̄, ac cognomina diuersa ualde. Dr̄.n. pallida, horri-

A horribilis,terra,crudelis. Sed cõsuetum est, veritates altissimas differre à uulgi snia. Nihilominus mirabile dictũ hoc est,melior est mors uita. Qđ si id dixisset homo pauper,æger,qui multa patere tur,non adeo mirãdum esset, ei.n.mors Ecc.41 optabilior vr,q̃ uita. Vnde Sapiens.O mors,bonum est iudicium tuum homini indigẽti,& qui minoratur uirib. &c. Sed hoc dixit Salomon,qui omnib.diuitijs,& delitijs abundauit, qui uitam duxit fœlicissimam, in cuius dieb.non fuit occursus malus,neque Sathan.

Certè si ea,q̃ exterius in morte apparent,attẽdas,timenda, & fugiẽda videt mors,non uitę præponenda,est.n.mors vniuersale malum,& iõ dr oĩum terribilium terribilissimũ. Si.n.oculis,aurib. B aut pedibus priuari malum est,qũo non pessima mors erit,q̃ oĩb. bonis priuat? nec.n.relinquit hoĩ oculos, manus, pedes,filios,substantiam,oĩa aufert, maximum ergo malum est. Confirmat verò hanc rationem timor mortis,qui fuit in Christo Dño,qui cum in pugnam descẽderet cum hoĩum amore tã acre fuit bellum,ut cęperit pauere, & tædere,& licet perfecta charitas foras miserit timorem & eum superauerit,sed cum exijt timor multum sanguinem secum tulit, vt factus sit sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Campus quidem relictus est amori, ostensum tamen est, quantum malum mors sit,quando eam sic Christus timuit. Si etiã ab oĩ hoĩe in C quiras,quid illi melius sit,dicet. Vita melior est morte. Sed hoc certe homo dicet,quia carnem consulit,& carnem nõ plene edoctam de ea re, q̃ illi magis conueniẽs est,sed q̃ tm̃ præsentia cõsiderat, nunc uero caro uidet, per mortem se amittere sensus,& ea,quæ in mũdo sunt, & iõ eam dicit horridam,terram, amaram. At si spiritum consuleres,alia ei nomina daret. Vnus filius natus est,& Rachel eum dicit filium doloris. Iacob ve- Ge.35. ro filium dexteræ. Diuersa oĩno noĩe,se cumq; pugnantia. Ita caro mortem appellat tristem, & inimicam,spiritus uero exultationẽ, & gaudium,ac maximũ lucrum. Nec in hac re solum diuersa nomina caro tribuit,quã spiritus, sed & in p'urib.alijs, nã miseriam mũdi diuitias appellat,& spinas dicit uoluptates, virtutẽ dicit amarã,ac tristẽ, curam salutis scrupulũ, pniam dicit rigorẽ nimiũ:ita, mortẽ dicit supremã miseriã. Sed consulenda,& audienda caro non est, sed ille qui ait. Ego ueritatẽ dico uobis. Hic vero ait mortẽ somnũ esse,& quietẽ, Dñi aduentũ, desponsationis & nuptiarum diẽ, finem laborũ, initium quietis. Huic ergo credendum est,ac dicendum. Melior est dies mortis,quã dies natiuitatis.

Sed cũ omnis res per causas cognosci debeat,melior profecto vr uita esse morte. Vitam.n. Deus fecit, sic.n. in Genesi Gen. 2 dr. Inspirauit in faciẽ eius spiraculũ uitæ,& factus est homo in aĩam uiuẽtem. B Et Psal.ait. Quoniã apud te est fons vi- Ps. 35. tæ. Mortem vero Deus nõ fecit, sed peccatum illius causa est. Hinc Sapiens. Deus mortem non fecit. Impij autẽ uo- Sap. 1. cibus, & manibus accersierũt illam. Et Pau. Per unum hoĩem peccatum intra- Ro. 5. uit in mũdũ,& per peccatum mors. Ergo melior erat uita morte, sin añt, melius esset opus peccati q̃ Dei. Rñdet. Si uita esset talis, qualis a Dei manibus processit,& mors, qualis a peccato,& homine processit, sine dubio argumentũ conuinceret,& melior eẽt uita q̃ mors. At nũc uita non est qualis a Deo processit, nec mors qualis ab hoĩe, & peccato, sed potius uita est talis,qualis a peccato pdiit, & mors qualis a Christi manib. prodiuit,& iõ nunc melior est mors quã uita. C Sed expositione ea,q̃ dicta sunt,indigẽt.

Si uita esset,qualis eã Deus fecit, melior esset morte. Quia Deus uitã fecit puram ab oĩ labe, sine ullo peccato, innocẽtẽ, rectam, absq; ullo dolore, ac miseria. Hæc uita potior est morte. At uita nunc non est hmõi, sed qualis reddita est ab Adamo,& peccato. Vñ est plena peccatis,ærũnis,atq; miserijs. Et certe in ea nihil dulce est, sed oĩa amara. Qđ si quid dulce apparet, nõ eo ẽ, q dulce sit, sed q a inordinatus appetitus efficit, ut dulce appareat. Sicut in Psal. dr. Vt sugere mel de petra. Aquã.n. de petra scaturisse, scriptura testatur, sed mel dr, quia sitiẽti populo

A pulo mel ap aruit, sitis n. effecit, vt aqua mel videretur: cum verò sitis sedata fuit & aquam bibebant, videbant aquam esse, non mel. Ita profectò nobis miseris accidit, in uita hac misera nihil dulce nobis reliquit peccatum, omnia in amaritudinem conuertit, oĩa sunt uelut aqua maris salsa, insulsa, & misera cũcta. Sed vnde aliqua dulcia videntur? Certe non quia talia sint, sed q̃a inordinate aliqua appetis, & sitienti dulcissima apparet. Vis manifesta experientia nosse, hæc dulcia non esse? vsq; ad satietatem hæc sume, et tunc ea considera, & nihil inuenies dul-
Eccl. 1. cedinis, si ea sumere uolueris. Ita Salomoni accidisse, ipse testatur, cum ait: In his oib. hoc unum reperi, uanitas vanitatum & afflictio spiritus. Dulce tibi ap-
B paret regnum & potestas imperij, cõsules reges & mũdi dominos, qui satiati ea
Iob 26 aqua sunt, & dicent tibi illud Iob. Gigãtes gemunt sub aquis, & qui habitãt cũ eis. Videbis cor eorũ amaritudine, & fel le plenum, fel draconum vinum eorũ, et vua eorũ vua fellis, & botri amarissimi.
Apo. 17 Calix eorum Babilonicus calix est, exterius aureus, intus verò plenus veneno, & abominatione. Sed quid ab alijs experientiam quærimus, qui quotidie id experimur? Putasti aliquam rem mundi tibi dulcissimam fore, sumpsisti illam, satiatus es illa, fastidium tibi statim ingenerat. Ergo nõ illa dulcis ẽ, sed sitis tua eam dulcem fecerat, quia quãdiu durat inordinatus appetit⁹, dulcis apparet: cũ vero ordinatur appetitus, dulcis nõ est.
C Si ergo in uita nihil bonũ, dulce nihil, et plura mala, & incõmoda sunt, & tẽporalia, & spũalia, quid mirum si appetenda non sit. Ecce qualis uita peccato relicta sit. Nec verò mors est, qualẽ eam reliqt peccatũ, sed qualẽ Christus, cũ eã suscepit. Mors q̃dẽ, ut a peccato processit, mala est, quia est amissio oĩum bonorũ, principium inferni, & æternæ mortis. At verò suscepit mortem Christus, & fecit eã laborum requiem, initiũ æternæ uitæ. Et
Apo. 14 ideo mortui beati dñr: Beati mortui qui in dño moriuntur, amodo iam dicit spiritus, ut requiescant a laborib. suis. Amisit mors Christum impetens uires. & arma. Et ei accidit, quod Plinius ait api accidere, quæ si in mortuam carnem aculeum infigat, uiua manet, & carnẽ aculeo transfixam putrescere facit: At vero si in carnem uiuam aculeum immittat, ipsa protinus moritur, & aculeum amittit. Prius mors arma sua acuerat, & in corpora per peccatũ mortua sæuierat, et sic fiebat, ut mors uiua maneret, ac potens, corpora uero hoĩum putrescerent. At vero cum Christum percussit, q̃ uitã est per essentiam, amisit aculeum suum, & mortua est. Hinc ad eam per Prophetam ait: Ero mors tua, ò mors. Et Paul. Absorpta est mors in victoria, ubi est mors victoria tua? Vbi est mors stimul⁹ tuus? stimul⁹ aũt mortis peccatũ est. Victoria mortis in hoc erat, q̃ nos in æternã mortẽ ducebat: id vero efficiebat peccato tanq̃ stimulo. Quid X p̃s fecit? Abstulit peccatũ, q̃d erat stimul⁹ mortis, & reliquit illi solũ mel absq; stimulo, abstulit uictoriã dũ fecit, ut q̃ nos ducebat in æternam mortẽ, nos duceret in æternam vitã: iã ergo mors sine armis, & stimulo est: iam nobis proficua, & æternæ salutis cã, quid mirum si melior sit q̃ uita misera? Cura ergo ò homo peccatum tollere, & mors tibi nocere nõ poterit, sicut nec apis sine stimulo. Imo erit tibi, quod fuit leo Sãpsoni, in cuius ore mel inuenit, q̃a in morte uitam inuenies. Iam ergo mortis regnum ablatum est. Vnde Paul. ait. Regnauit mors ab Adam vsq; ad Moysen. Iam ergo non regnat. D. Thom. in ea verba Pauli ait. dupliciter illa posse accipi. Primo, ut ea intelligit D. Ambr. vsq; ad Moysem exclusiue. Quia in lege naturæ nõn intelligebant hoĩes, Deum esse peccatorum ultorem; & ideo libere peccabant, & ferè omnes in infernũ descendebant: ideo mors dr̃ super eos regnasse. Lege vero data, intelligentes homines Deum peccatorem ultorem, multi peccata uitabant, & cepit minui mortis regnum sublatis plurimis peccatis. Et iõ ab eo tpe mors somnus dictus est. Sic sæpe Scriptura ait: Dormiuit cũ patribus suis. Sic etiam Paul. ait. Nolo vos ignorare fratres de dormiẽtib. Quomodo ergo nunc dicenda mors est? Sicut in

A Simile
Ose. 13
1. Cor. 15.
B
Ro. 5.
D. Th.
Amb.
C
1. Th. 4

A in limbum hoies ducebat, somnus dr, quomodo appellanda est cum in cę um ducit? Secundo, ait D. Th. ea verba vsq; ad Moysen accipi posse in clusiue, vt sit sēsus, regnauit mors toto tempore legis naturæ, & Moysis, quia homines prohibuit ab introitu cœli: iā vero ianua cœli aperta, nō regnat, quia peccato sublato, patet introitus in regnum cælorū. Cura ergo ô hō à peccato liber esse, & mors tui nō dominabitur: imo desiderabilis erit, quoniam via in vitam est.

Sed vt veritas illi⁹, ꝙ diximus, melior est dies mortis, q̄ dies natiuitatis plenior fiat, pbādū est, qua rōne corpori, aīæ, & cōposito sit cōueniēs. si n. id ōnderimus, manifeste ueritas illius dicti apparebit.

Primum corpori conueniens est, licet B enim perdi videatur morte, sed non perit, sed seminatur, vt multiplicetur. Nec vero malum est grano, si seminatur, sic enim multiplicandum est: ita vero corpori accidit, & hoc exēplo probat Paulus mortuorū resurrectionē. Insipiens, tu, ꝙ seminas, nō viuificatur, nisi prius moriatur. Vis videre corporis seminati multiplicationē? Seminat' in corruptione, surget ī icorruptione seminat' ī ignobilitate, surget in gloria, seminat' in infirmitate, surget ī virtute, seminat' corpus animale, surget corpus spūale. Sicut ergo grano sinapis malum nō est seminari, quia cum minimum sit, seminatū crescit in arborē grandem. Ita corpus hominis vile, corruptibile, ignobile, surget oī ornatū glīa: bonū ergo ei est, si seminetur. Sed forsan ais, non uidetur nō ueniens, quod corpus mortuum semē dicatur. In semine enim, quędam vis naturalis abscōdita est, qua surgit multiplicatum, at vero corpus fœtidum, quam habet virtutem, vt surgere possit? Respondet D. Thom. In corpore quidem, licet sit potentia, et appetitus ad animam, sed vis nulla, vt resurgat, attamen merito semen dr, quia corpus illud cum respectu ad bona, vel mala, quæ gessit in vita, fm diuinā ordinationē ordinatum est ad resurgendū in tali, vel tali statu glorię, vel pęnæ. Non ergo considerandum est solum corpus emortuum, sed attendēdū illud fuisse animæ instrumentū ad virtutis opa, vel ēt peccati, & hic respectus semp in corpore vllo manet, & ppea surget iuxta meritum suum, et hac rōne merito semen appellatur. Corpori ergo expediēs mors est, vt melius surgat, sicut ēt sōnus ei expediens est, vt fortius surgat in opera. Et hac rōne ait Eucherius, tanta cura Deus custodiri voluit lignum vitæ, dicens. Ne ergo sumat de ligno uitę, & uiuat in æternum, eijciatur de paradiso, & Cherub igneo gladio uiam eius custodiat, non quidē inuidit Deus hoium vitæ, sed misericorditer eis prouidit, vt misera uita unam acciperet, vt meliorē reciperet. Sūma ergo custodia lignū vitę seruatū est, qa adeo uitā desideramus, ut nihil possibi ē intētatū relinqueremus, vt mortē vitaremus: id uero nobis expediēs nō erat, nec ipsi corpori, cui seruata uita potior est, q̄ ea, q̄ nūc tātope cupit.

A iæ uero, quā sit mors conueniens, facile ostēdemus. Quid. n. corpus est, nisi aīæ carcer? Ideo Sapiens ait. Corpus ꝙ corrumpitur, aggrauat aīam, & deprimit sēsum multa cogitātē terrena inhabitatio. Vn̄ ab ergastulo corporis eruta aīa liberius exercet opa rōnis, etiam sm naturā. Vt probat D. Tho. 1. p. q. 90. art. 2. Vere corpus carcer est. Et ideo Ps. ait. Educ de custodia aīam meā ad confitendū nomini tuo. Nec. n. sua uincula ferrea hic desideranius. Audi Iob dicentē. Posuisti in neruo pedem meū. Sed ex his, qui carcere detinētur, quidam oino liberi procedunt, quidam vero in aliquā C pęnam, quidā uero in mortem. Ita omnino a corporis carcere quędam animæ procedunt in cælum, & horū mors preciosa dr. In conspectu dñi. Ita ē carcere processit Pincerna Pharaonis. Quędā vero aię alicui pęnę obnoxiæ procedūt, q. s. in purgatoriū ueniunt. Quędā vero in necē, ut Pistor Pharaonis, & in mortē æternā. Quo obsecro dolore tangitur homo, cum procedens a carcere videt iumentum, quo ducendus est in furcā, præconem, cymbalum, & iudicem ac carnificē? Sed quo dolore peccatoris a[illegible] dolebit, cum pcedens a corpore uideat inferni carnifices sibi paratos, ignē æternum,

Marginalia: 1. Cor. 15. — D. Th. — Euch. — B — Sap. 6. — D. Th. — Iob 3 — C — Ps. 115 — Ge. 41.

A num, in quo ardebit in sæcula?

Secundum optimum est aię tali exire corpore, pp tẽtationes, & discrimina, q̃ à corpore patitur, a quibus in morte eripitur. Vidit Sara Ismaelem ludẽtem cũ
Ge. 21 Isaac, & ait ad virum suum. Eijce ancillam, & filium eius. Quibus verbis spũaliter petitur, ut caro, & eius appetitus foras mittatur. Sed quid nam mali erat ludus ille? Certe docebat Ismael Isaac idola colere, & corã eis saltare, hic ludus erat, ut ẽt colligitur ex illo. Sedit populus meus mãducare, & bibere, et surrexerũt ludere, idest, idola colere. Ludus hic ferẽ dus non est. Quid obsecro, aliud docet, & suadet corpus animã, nisi idola colere, quæ mundi sunt sapere uentrem Deũ habere? Ferendus ne ludus iste est, & nõ dicendũ: Eijce ancillam, & filium eius?
B An nõ sic Paulus ait. Quis me liberabit
Ro. 7. de corpore mortis huius? & hac de cã se uocat infœlicẽ. Infœlix ego homo. Ideo caro nobis obediẽda est. Et q odit aĩam suam in hoc mundo, in uitam æternã cu
Ioã. 12 stodit eã. Sed nõne satis erit eius appetitui non consentire? Non satis id est, ait
Chry. Chrysostomus in eũ locũ, sed quẽadmodũ cũ tibi aliqs inimicissimus est, uultũ eius ferre nõ potes, nec uocẽ audire, ita tibi cũ carne agẽdũ est. Indignat Elise⁹ in
4. Reg. 13. Ioas, quia tres sagittas dũtaxat cõtra Syriã misit, uellet qdẽ, ut uniuersas misisset sagittas, sic. n. eã penit⁹ deleret: Ita idignat Deus in eũ, q contra carnẽ paucas mittit sagittas, oẽs. n. mittẽdę sunt, ut penitus prauus eius appetitus deleat. Summe oderis carnẽ tuam, & nulla maneat sagitta, q̃ aduersus eam non iacias. Bo-
C num ergo aię est a tali corpore liberari. Interroga ab aĩa a corpore exuta, ut uelit iterum corpori iungi. Et dicet, opto qdem sociũ corpus, tanq̃ partẽ, sed non corpori huiusmodi, sed longe diuerso, si non natura, saltem cõditione. Vis id nosse experientia? Audi Samuelem suscitatum a Pytonissa dicentem Sauli. Quare me inquietasti, ut suscitarer? Red. ũ ad [illegible] dicit inqetẽ, cum nõdum in cælo aĩa [illegible] Samuelis id dicit: Sicut ergo puer plorat, cum ægredit ab utero mrĩs, sed cũ semel exierit, in uterũ nulla rõne reuerti uellet. Ita nos ploram⁹, dũ morimur, sed si semel exuta a corpore uili aĩa ad illud reuerti oporteret, nullo modo id pateret, quia esset quasi in uterum regredi. Hieronymus, Strabo, & alij refetũt, Hiero.
apud Indos Philosoph⁹ fuisse Brachmanes dicentes. Vitam esse tanq̃ fœtus in utero concepti uigorẽ quendam mature scentẽ ad partum mortẽ uero esse diẽ natalem ad illã ueram fœlicitatem, non oĩbus tñ, sed ijs, qui hic rectè fuissent philosophati. Et ut ad mortẽ se pararent, habebant sepulchra aperta præ foribus domorũ, ut mortis memoria bene philosopharent, ꝙ uitam probe dirigerẽt Et rectè, qm̃ in his, quæ ordinantur ad finẽ, regula sumit ab ipso fine, cũ ergo mors finis sit, ut rectè uiuas, uiue tãquã moriturus. Iõ Sapiẽs ait, in illa finis cunctorũ Simile B
admonet, & uiuẽs cogitat, qd futurũ sit. Eccl. 7
In hoc sẽsu Plato ait, uitã sapiẽtis eẽ meditationẽ mortis, idest, meditatio mortis efficit uitã sapiẽtẽ. Sicut ergo nauclerus in pupi nauis sedet, ut eã gubernet, & dirigat, pupis uero extremu est nauigij, sic ex mortis cõsideratione recte tua guber Simile
nabis. Cõposito uero mors conueniens est, licet. n. dissoluat, tñ ita corrũp it, ut ĩ ppetuũ postea cõsolidet. Malũ quidẽ uidet illi uasi apud Hieremiã, ꝙ frangeret Hie. 18
sed uere bonũ illi fuit, qm̃ meli⁹ refectũ est, q̃ fuerit ante. Sicut ergo dissoluis, & frãgis uas uetus, ut illud multo melius, & pulchrius efficias, ita corrũpitur uetus homo, ut nouus, & glosus resurgat.

Licet uero uniuersis iustis bona sit mors, illis tñ præcipue optima est, q per
C fecti sunt, & Deũ totis uiribus dilexerũt Audi perfectũ Paulum, quid sibi melius arbitretur. Mihi. n. uiuere Chrs est & mors lucrũ. Qd si uiuere ĩ carne, hic mi- Phili. 1
hi fructus opis est, & quid eligã, ignaro. Coarctor autẽ ẽ duobus, desideriũ habẽs dissolui, & esse Xpo, multo magis melius, permanere aũt in carne necessariũ propter nos. Mirã in his uerbis charitatẽ Pau. exprimit. Ait. n. Mihi uiuere, Christus est D. Th. in hæc uerba ait. Vita importat motionem quãdam, illa. n. uiuere dñr, q̃ ex se mouetur. Et inde est, & illud D. Th.
uidet esse radicaliter uitã hoĩs, ꝙ est principium

A cipiū motus in eo, hoc ăt est illud cui vnit affectus ut fini, qa ex hoc morit hō ad oīa, unde solent hōies illud appellare vitā suā, q; precipue diligit. Cū ergo ait. Mihi uiuere Chrs est. Significat Xpm a se summe dilectum, q principiū erat oīum operationū ipsius. Addit uero, &
2. Pe.2 mori lucrū, qa si ut infirmus lucrū dicit qn salutē assequit, qa uitā pficit, ita uita grāe in gloria pficit, ideo mori lucrum est ei verò mors est lucrum. Cui uiuere Xps est. Statim Paul. dubitationē ponit quid nā eligat sibi. Quia uiuere in carne Christo, fructus est ipsi, quia sic Xpm clarificabat ī mūdo, esse vero cum Xpo multo melius quid ergo eliget? Certe si se attenderet, morte eligeret, qa ipsi lucrū est, & multo melius. Hinc iusti, ac pfecti illud
B arbitrant optimū, si dissolui tur, & aiunt
Ps. 11. cū Paulo. Cupio dissolui, & esse cū Xpo, & gaudēt, cū ad sepulchrū veniunt, sicut gaudet qui erēs thesauros, cu n sepulchrū
Ioā. 10 reperit, i quo solet thesaurus esse. Hinc Iob. Qui expectant mortē, & non venit, quasi effodientes thesaurū, gaudentque ve hementer, cū inuenerint sepulchrum. In q verba Greg. ait. Omnis cū defunctis i sepulchris thesauri recōdebant, iō thesaurū reqrēs gaudet visō sepulchro, qa certo
Ps. 54. noui, ... Sic ergo pfectus vir gaudet i morte, ... dū sibi thesaurum ... Deum. s. Ad
Ps. 38. dit Greg. Qui ... thesaurum querit cū fodere ... cœpit, ad laborē instātius inardescit, q ... thesaurū abscōditū iā iam ppropinquare existimat, eo infodiēdo enixius laborat. Sic uir perfectus,
C quo uicinior fini, eo est in opa ardentior. Hinc Pau. Nō deserētes collectionē nrā, sicut est consuetudinis qbusdā, sed consolantes, & tāto magis, quanto uideritis ap
Isa. 38. propinquantē diē. Collectionem appellat Pau. ... charitatis officia, quia studiosius peragendi, quo magis morti ... propinquamus, sicut mentis naturalis, quo termino ppinquior, eo est uelocior, q.d. Pau. Thesaurū qritis, confodere ardentius debetis, quo viciniores illi estis. Quidā certe sepulchrū in uita hac pfectus inuenerat, diuinā. s. cōtēplationē, vt Greg. ait in ea uerba Iob. Sicut. n. sepul chro abscondit corpus, ita aīa abscondit A in contēplatione. Quasi. n. huic mundo viuimus cū mēte ī eo foris uagamur, sed mortui i sepulchro abscōdimur, cū mortificati exterius in secreto internæ contēplationis celamur. Vn Ps. ait. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ a conturbatione, hoīum, &c. qa iterna gustata dulcedine a pōib. exterioribus aīa recedit, Sed qa absōo in isto pfecti morte cōparat a iusto in cælo, iō mortē optat, & cum Iob ait. Suspēdiū elegit aīa mea, & mortē ossa mea. Desperaui, nequaq; vltra iā uiuā. In q uerba Greg. ait. Qui sic suspendit, ab imis eleuat. Aia ergo suspendiū eligit, cū in supērioribus fixa, ab imis eleuat. Sancti viri suspendiū eligunt, quia desideria terreni deserētes, ad alta animū tollūt. Vis suspēsum uidere? Attēde Pau. dicētē, Vi- B
uo ego iā non ego, viuit vero in me Xps. Et iterū. Desideriū habēs dissolui, & esse cū Xpo. Et iō electo suspēdio, cōtinuo sequit. Et mortē ossa mea. Q... ab oībus terrenis eleuatus, dū cæ estia no assequit, su- Sap. 4.
spensus est, iō mortē optat, qua cælestia assequitur. Ait pterea. Desperaui, nequa q̄ ultra iā uiuā, Sunt. n. iusti, q sic cælestia apperunt, ut tñ a terrenorum spe minime frangant, nec vniuersa terrena relinquāt. Alij vero, vt pfectionē assequantur oīa terrena oīno relinquūt, hi desperare dnr, ... separari a terra. Sic ille fecerat, q ait. Cōcupiscit, & deficit aīa mea in atria dñi. Qui cælestia appetit, & terrena ... deserit, cōcupiscit atria dñi, sed non deficit. Qui oīa peritura relinquit ēt deficit huic mundo, s. Vn nihil mundi ei dulce sapit, quia oīno ad cælestia suspi- C
rat. Sicut si cui Rex daret annulū suū in signū, vt ei traderent Regna ... Italię, ū viā a gerer, vt regna ca ... ret, si i ... de ... ret, licet multis delitijs ei datis, nō quie sceret, nec in eis delectaret, donec regna ipsi pn sti adipisceret. Ita pfecti uident intra se pignus 'pūs & æternæ hęrditatis, q illis Des dedit, de quo Pau. In quo credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostre. Et ideo q̄libet dulcia eis mundus offe- Eccl. 4.
rat, nō illis dulce sapiunt, omnia amara eis sunt, donec gloriam assequantur, &c. Ro. 8.

CON-

A

CONCIO

In Exequijs uiri illustris, ac fortis.

THEMA.

Iustorum autem animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est afflictio exitus illorum, & ab itinere iusto abierunt in exterminium & quod a nobis est iter exterminii, illi autem sunt in pace. Sap. 3.



Erba hęc difficilia sunt, Gręca clarius sñiam exprimunt, sic.n. habent: Iustorũ aïæ in manu Dei sunt, &c. iter eorũ a nobis cõtritio, supple ęstimata est, cum tñ illi sint in pace. Quæ uerba licet de omni iusto sint, qui in morte uiam afflictionis, & exterminij capere uidet, illis tñ singulari ratione conuenit, qui bellũ cum hostibus gerentes fortiter occubuerunt, qui bello confecto merito in pace esse dicuntur, ad q̃ post bellum deuenerunt. Vt ista recte inspiciamus, & inspectis proficiamus, gratia nobis opus est, quam exoremus per Mariam.

B

Tractatio mortis ita hoïs propria est, ut cum eo duntaxat de morte tractandũ sit. Quoniam ea, quę supra hoïem sunt, immortalia sunt, & ad ea mors non pertinet: Quæ uero infra hominem sunt, in morte omnino pereũt, nesciũtque, quid mors s.t. Sermo ergo de morte proprius est hominis, q est animal rationale mortale, Inter oïa uero, quæ de morte dicere possumus, in v i r iusti, ac fortis morte id conuenientius esse uĩ, quod gratiæ mysteriũ magnũ est, in quo illa singulariter elucet, ꝙ cum sit naturæ adeo inimica mors, adeo odibilis, & horrida, & terribiliũ terribilissima, gr̃a tñ illã dulcẽ reddit, ac desiderabile, ut iustus dicat, Mihi viuere Christus est, & mori lucrũ. Et iterũ: Audemus, & bonam uoluntatẽ habemus magis peregrinari a corpore, & pręsentes esse ad Deũ. Et viro sancto Ignatio de Loyola, id fuit familiare, ut quo

C

Phil. 2

2. Co. 5

de morte cogitaret, se a lachrymis temperare non posset pię gaudio, q a eos fructus fecit iustus, qui in morte perficiunt. Vnde Gre. hom. 27. tales fructus operemur: qui maneant, tales fructus, qui cũ morsuĩcta interimat, ipsi exordiũ amor te sumãt nam quod morte incipiant fructus iusti, testatur Ps. cum ait. Cum dederit delictis suis somnum, ecce hæreditas Dñi omnis, qui dormit in morte perdit hæreditatẽ, sed cũ dederit delictus mortem, ecce hęreditas Domini quia electi Dei cum peruenerint ad mortem inueniunt hæreditatem. A Greg. Ps. 126

Sed inquitis: Quomodo tanta mortis terribilitas ablata est? Certe illud fecit Christus seruator noster morte sua. De qua re loquit Oseas Christi noïe dicens. De manu mortis liberabo eos, de morte redimã eos, ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne. Consolatio abscondita est ab oculis meis, quia ipse inter fratres diuidet. Adducet urẽtem uẽtũ Dñs de deserto ascẽdẽtẽ, & sic cabit uenas eius, & desolabit fontem eius, & ipse diripiet thesaurum oĩs vasi desiderabilis. Quib. verbis expressit Propheta mirabilẽ X̃pi de morte victoriã, nec de alia reaudemus exponere hæc verba, ait. Hieron. cum de exposuerit Paul. Ait ergo, Ego liberabo meos de manu mortis, & ero mors mortis, eam.n. superabo, ero morsus inferni, uel quia cũ mordebo, cũ partẽ eius abstulero, sãctos uidelicet patres, uel me mordebit infernus, ut Rupert. explicã, & sic amum traijciet, quo uincat. Nunc quidem cõtristor, quia itideo mortem, ac infernum diuidere fratres a fratribus, sed ueniet ventus vrens Christus qui mortis, & infernifontẽ siccabit, pec catum, scilicet, & sic etiam uenas ars faciet malorum, quæ a peccato procedebant, & ipse Christus diripiet thesaurũ vasis desiderabilis, idest, sanctos, qui in limbo detinentur, liberabit. Sine ulla ergo fortitudine, ac uiribu. recta est mors a Christo, arefecit uena eius, & ideo similis reddita est corpori, quod omnino consumptum est, solamque retinet membrorum effigiem, iam carcerem limbi non habet, ut prius. B Ose. 13 Hiero. 1. Cor. 15. Rupe. 4 C

Sed

A Sed fœlicitas hæc iustis seruata est, de quibus Sapiens ait. Iustorum animæ in manu Dei sunt. Iustus appellatur is, qui probus est, quia se commẽsurat diuinæ legi, & iõ se elaborat, ac elaborari permittit tanquã lapis, ut ædificio cõgruat, & iõ regula regulatur. Quia ut Petr⁹ ait
2. Pe. 2. In quo & ipsi tanquã lapides uiui coædificamini. Deinde iustus dr̃, quia sic elaborat⁹ ex iustitia dignus est æterna mercede. Hi ergo iusti ĩ manu Dei sũt, idest, sunt Dei, & a Deo se regi patiũtur, de eis Deus agit, quæ ei placẽt, sicut tu de ea re quam manu tenes. Et hac ratione etiam in iusto sunt dona Spiritus sancti, quib. anima redditur facile mobilis a Spiritu sancto ad opera maiora. Peccator uero Dei manum fugit, ab eo regi non vult.
B Imo ait. Quis noster Dominus est.
Ps. 11. Secundo: Iusti in Dei manu esse dñr quia sicut illi Deo se tradiderunt, ita Deus singulari prouidentia eos regit, ac
Ioã. 10 tutat. Vnde ait. Nemo rapiet eas de manu mea. Et ideo nõ tangit illos tormẽtũ mortis. Peccatores quidẽ tãgit tormentũ mortis, quia inopinata eis mors aduenit nec illam tunc expectabant, & ideo semper repentinus, subueniet interitus, & uiri sanguinũ nõ dimidiabunt dies suos
Ps. 54. vt Psaltes ait, quia licet pluribus uiuant annis, putabãt se plus uicturos, & ordiũtur longas telas, nec putant uitam cito
Ps. 38. finiendam, & iõ eis illud accidit. Dũ adhuc ordirer, succidit me. Atq; adeo tãgit eos tormentum mortis, qa multo plus uiuere uellent, ut cupitis fruerẽtur, & telas suas perficerent. Contra uero iusti
C quotidie expectant mortem, nec illis inopinata aduenit, & iõ non illos tangit illius tormentum. Hoc significat Psaltes, cum ait. Notum fac mihi Domine finẽ
Isa. 38. meum. Non petit Dauid reuelari sibi diem mortis, sed tm̃ a Deo petit, ut mortem præ oculis semper habeat, quasi semper moriens, qui enim hoc agit, non intercipitur a morte, quia illam semper paratus expectat. Audi ergo nunc diuersitatem iusti, & peccatoris, & quõ illum non tangat tormentum mortis hunc uero tangat. Interrogo a peccatore, ut qd uitam longam uis? Dicet, ut uniuersas congregarem diuitias, ut ad supremum A ascenderem honorem, ut omnibus fruerer delitijs. Deum hęc agis miser homo, dum his intendis, ad mortem non disponeris, imò vero quotidie min⁹ aptus ad illam redderis, & ideo cum aduenerit, tanget te illius tormentum, discruciaris quoniam è manibus tibi aufert concupita, & ducit, quo tu non uis, nec ad eam suscipiendã aptus erat. Sed audi iustum, vt simul videas, qua ratione illum non tangat tormentum mortis. Vt quid viuere vis ò homo? Dicet, ut Deo inseruiã vt plura merita acquiram. Certus ergo esto, concessurũ tibi Deum eos omnes annos vitæ, qui tibi expediunt. Et licet nõ plures annos uixisse videaris plures vixisti. Primo, quia in libris suis scripsit B Deus tot annis te Deo obsecutum, quot illi obsequi optasti. Et deinde longiturnitas uitæ promissa iusto est, quia licet consumetur in breui, expleuit tm̃ tẽpora multa, & ætas senectutis uita immaculata. Omne ergo, quod iust⁹ vult, uiuit, Sap. 4.
qa explet tempora multa, & eo usq; uiuit, donec mereat̃ gloriã, ad q̃ a Deo prędestinatus fuit, vltra q̃, cũ quo progrediat̃, nõ habeat, non tangit illum tormẽtũ mortis, dispositus enim inuentus est.
Deinde iustus attẽdit maxime, ac dolet discrimina plurima in quibus in hac vita uersatur, eaque pauet, ac ideo cum se liberari ab his per mortem considerat, gaudet. Videt se in hac vita esse tanquam in mari procellis agitaro, in quo innumeræ tentationes, ac pericula sunt, in morte verò tranquillum inuenit portum, quo ab his omnibus liber fit, uidet C esse spiritum in carne tanquam in equo indomito, & effreni, qui nos ducit ĩ præcipitia, a quo liberatur in morte, & ideo gaudet. Hinc Andræas cum eum a cruce populus deponere vellet, Dominum orauit. Tantum in hoc exaudi me ut à corpore liberer, satis mihi fuerit, quod tot annis illud portauerim. Quid corp⁹ est nisi animæ cathena? inde vero ad regnum procedit iustus, sic Sapiens ait: Quod è carcere catenisq; interdum, qs Eccl. 4.
egrediatur ad regnũ. An non cathenis tenetur anima iusti cum ait: Non quod Ro. 2.
volo

A volo bonũ, hoc facio? nã corpus, qđ corrumpi~ aggrauat aiam. Vis orare, & teneris cathena pigritiæ, vis eleemosynã dare, & teneris auaritia. En ergo mortis utilitatem, liberat te a peccatis, a tentationibus, a difficultate bene operandi.

Deinde iustus angitur maxime serui tute corruptionis corporis, & illius mise Simile rijs, a quib. morte liber fit. Hoc interest inter iustum, & peccatorem, quod inter duos captiuos, qui a barbaris capti sũt, quorum alter filius est regis, alter vero infimus de plebe. Filius Regis uilibus mãcipatus officijs deplorat maxime serui tutis damna, labores, famem, subiectionem, & reliqua, quæ patitur, qm̃ dignitatem suam nouit, qua deberet oib. illis imperare, cui subijci cogitur. At vero infimus homo, qui in patria sua simi B lib. obsequijs incumbebat, damna serui tutis non deplorat, quia nihil in seruitute nouum experitur. Ita oino peccator, cum corporis necessitatib. inseruit, cum creaturis inferiorib. subijcitur nihil doler, quia in pecudem degenerauit, nihil altius sibi esse arbitratur, & ideo terrenis delectatur, & ait, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra. At vero iustus, qui se Dei filium agnoscit, cũ se videt van tati subiectum, & a creaturis inferiorib. mẽdicantem, & mala hic subeũtẽ, quid agat, nisi illud, quod Paul. Ro. 8. ait. Omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc, uanitati.n. subiecta ẽ non uolens, sed propter eum, qui subiecit eam in spe, quoniam ipsa creatura li C berabitur aliquando a seruitute corruptionis in spe gloriæ filiorum Dei. In q̃ D.Th. verba D.Tho. nomine creaturæ iustos intelligit, qui ingemiscunt expectantes gloriam filiorum Dei, cũ se vident mutationib. obnoxios, & temporalib. inser 3.Reg. 19. uientes. Fugiens Elias Iezabelẽ ait. Tolle Dñe animam meam, melius est mihi Tob. 3 mori. Et Thobias. Et nunc Dñe fac me cum secundum uoluntatem tuam, & p̃cipe in pace recipi spiritum meum, expe Ionæ 4 dit.n. mihi mori magis q̃ uiuere. Et Ionas, Tolle aiam meã, meli⁹ est mihi mo Iob 3. ri quã uiuere. Et Iob. Aperuit os suũ, & maledixit diei suæ, pereat dies i qua natus sum. Hinc Psaltes personam susci- A piens iusti morientis ait: Conuertere aia Ps. 114 mea in requiem tuam, quia Dñs benefecit tibi, quia eripuit aiam meam de morte, (idest a peccato) oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu, placebo Domino in regione uiuorum. Hæc uero præcipue locum habent in lege gratiæ, cuị ianua referata, qñ mors non solum malorum terminus est, sed gloriæ initium, qđ summa consolatio fidelib. est. Aug. lib. Aug. de morte Christiana ait. Mors est põs, per quem transimus in uitam æternam. In ueteri enim lege non sic iusti gaudere poterant laborantes, ac morientes. Hinc Iob: Si sustinuero, isfernus domus Iob 17 mea est, quasi dicat. Si post tantos labores cœli ianua mihi pateret, consolatione leuarer, at uero nunc etiam si plura sustineam, & usque ad mortem sperem B in Deo, in in infernum descẽsurus sum, nec.n. cœli ianua patet. Sed iam p̃ Christum ablatum est uelamen illud, quod ante Sancta sanctorum erat expansum, Heb. 9 vnde Paulus: Significante Spiritu sancto nõdum esse propalatã sanctorũ uiã, Isa. 9. sed iã æternitatis aditum deuicta morte nobis reserauit. Ideo ab Isaia dr̃ pr̃ futuri sæculi, nam scripturæ phrasi pater vocatur inuentor alicuius rei, ut Tubal Gen. 4. dr̃. Pater canentium cythara. Et ideo a Christo cœptũ est mortem sanctorum celebri die recolere, & natale appellatur. Et somnus ille quietus est, de quo Sapiẽs ait. Custodi legẽ meã, eritq; uita animę tuæ, Pro. 3. si dormieris, nõ timebis quiesces, & sua C uis erit somnus tuus, nec pauebis repẽti no terrore, Dominus.n. erit ĩ latere tuo.

Deinde iustus induit uiscera misericordiæ, tanq̃ electus Dei, & cũ uideat innumera mala, q̃ sub sole fiunt, tũ peccatorũ, tũ afflictionũ, angit animo, & mortẽ optat, ne illa uideat. Hinc Sapiẽs. Verti Eccl. 4 me ad alia, & vidi, calumnias, q̃ sub sole gerũtur, & lachrymas innocẽtiũ, & neminẽ cõsolatorẽ: nec posse resistere eorũ violẽtia cunctorũ auxilio destitutos. Et laudaui magis mortuos quã uiuẽtes, & feliciorem utroque iudicaui, qui nedũ natus est, nec uidit mala, q̃ sub sole fiũt. 4.Reg. Hinc promittit Deus Iosiæ tanquam 22. ingens

A ingens beneficium mortem, ne videat, mala, quę super Ierusalē uentura erant. Ait.n. scriptura. Fleuisti corā me, & ego audiui, ait Dñs: idcirco colligā te ad patres tuos, & colligeris ad sepulchrū tuū in pace, ut non uideant oculi tui omnia mala, quæ introducturus sum super locum istum. Summi dolores causa iusto est, cum uidet innumera mūdi peccata, tum quia in Deum perpetrantur, cuius offensa sunt, tū quia mala hominis maxima. Hinc Psal. Vidi præuaricantes, & tabescebam, quia mandata tua non custodierunt. Augent verò doloré istū mala pœnæ innumera. Refert Hieron. Xerxem illum antiquum regem, qui millia millium militum in exercitu habuit, q terror erat gentium, ex ædito loco contē platū uniuersos milites suos, fleuisse, ac dixisse, post cētum annos nullus horum virorum fortium reliquus erit, qui morte nō sit cōsumptus. Sed ex alta mēte, ait Hieronymus, cōsideremus nos uniuersos mortales, eorū labores, ac dolores, & mortē deniq; magniq; flebim⁹, si qua viscera misericordię in nobis sunt & ne ista cōspiciam⁹, mors optāda nobis est.

Pſ. 114

Hiero.

B

Addit verò Sapiens: Visi sunt oculis insipientium mori, illi aūt sunt in pace. Duplex oculus in hoīe fideli ē, alter naturalis, qui oculos corporis, & animę cōplectitur, alter supernaturalis, qui fides est, & hic oculus est, quo omnia intueri debet, ne decipiatur, reliqui.n. oculi facile decipiuntur, sicut cum videtur baculus, cuius medietas est in aqua, qui confractus apparet, & stellæ, quæ paruę videntur, cum magnæ sint. Ex omnib. vero rebus, quæ magis fidei oculis indiget tractari, mors est, nec tamē sic tractari, ac inspici solet. Et ideo iusti mors, mors apparet, ac dicitur, cum tamen non sit mors, sed quies. Visi sunt oculis insipientium mori. Insipiētes inimici sunt mortis, & ideo mortuos de domo, ac memoria cito citius eijciunt, dicuntque mors in domo nequaquam futura est, eijciatur foras. Nec mirum, quoniam qui diligunt mundū, & ea, quæ in mundo sunt, videntes hæc morte finiri, eam mortem & acerbam appellāt: Peccator videbit,

C

Pſ. 111

& irascetur, dentib. suis fremet, & tabescet, desiderium peccatorū peribit. Homini ergo terreno mors est, quia est terminus bonorum ipsius, & ideo etiā putant iustos mori in morte. At uero fides quid dicit? Non mori iustos, sed viuere post mortem in pace, sic etiam Ioannes audit vocem de cœlo dicentem. Beati mortui, qui in Domino moriūtur. Vox de cœlo, non de terra uox, fidei, non humanæ sapientiæ illa est, quæ mortuum beatū dicit: Omnis iusti labor, & mors non labor, & mors, sed quasi labor, qua si mors dici debet. Hinc Sapiēs: Fili mi, in mortuum produc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare. Non ait, dira passus, sed quasi dira passus, quia labor iusti, non labor, sed quasi labor est. Hinc Paū. Quasi morientes, & ecce viuimus, ut castigati, & non mortificati, quasi tristes, semper autem gaudentes. Cuius rei rationē reddit Aug. in Pſ. 48. Quia sicut bona peccatorum non uera, sed insomnia sunt, ita mala iustorum in somnia sunt, non uera mala, ideo quasi dicenda sunt. Cum enim somnium narras, non ais, uidebam hoc accidisse, vel me egisse, sed ais somniabam, quasi hoc, vel illud agerem. Sicut ergo peccatori vera uidentur sua bona, cum insomnia sint, quia dormierunt somnum suum, et nihil inuenerūt omnes uiri diuitiarum in manibus suis. Ita etiam mors, ac labor iusti ei apparet uera mors, cū nō sit.

A

Pſ. 14.

Ecc. 38

B

2. Co. 6

Aug.

Pſ. 57.

Sed interrogas, si hæc mors uera non est, quæ igitur illa est? Respondet Greg. Peccatum, quod animam occidit auferens spiritualem uitam, quia homo per malitiam occidit animam suā, De qua re Ioānes ait. Beatus, & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima, in his secunda mors nō habet potestatem, sed erunt sacerdotes Dei, & Christi. August. 20. lib. de ciuit. Dei, cap. 6. & 7. ait. Primum resurrectionem esse eorum, qui a peccatis resurgunt, & confirmat ex verbis Domini Ioannes 5. Venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint uiuēt. In resurrectione ergo prima partem habet, qui a peccato in iustitiā surgit, & in hos

Greg. 6

Sap. 1

Apoc. 20.

C

Aug.

A hos potestatem non habet mors secunda, infernus scilicet, ut ipse Ioannes explicat: Mors ergo peccati mors prima est, quæ quia sit mala, alibi explicuimus, lege ea, quæ diximus in secundo tomo nostrarum concionum, Dominica decima quinta post Pentecosten.

Diximus priuilegia mortis iustorum. Ex quib, quisque sibi colligit illud, quod Balan ait. Moriatur aīa mea morte iu-
Ma.23 storum. Sed quænā ista mors est? Audi quiusdam mortem quam Dauid magni facit, cum ait. Nequaquam vt mori solēt
2.Re.3 ignaui, mortuus est Abner. Manus tuæ ligatæ nō sunt, & pedes tui non sunt cō pedib. aggrauati, sed sicut solent cadere corā filijs iniquitatis, sic corruisti. Sed q̄ nā est mors ignauorū? Illi, pfecto ignaui sunt, q ad bellum uenire nolunt, sed
B domi manere, ac otiari, fortia uero, & egregia facta alijs relinquūt, quib. ex pro-
Iud. 5. brat Prophetis Debora dicens: Quare habitas inter duos terminos, vt audias sibilos gregū. Galaad trās Iordanē quiescebat, & Dan uacabat nauib. En ignauos, q ad pliuin non ierant, sed re familiari occupati sunt, hi uero eos significāt qui ad pugnā spūalem non ueniunt, sed his, quæ sæculi huius sunt, occupantur. Et hi ut ignaui moriuntur, de quorum morte Iob ait. Moriunt, & non in sapiē
Iob 4. tia, pmiserat uero, & quia nullus intelligit, in æternū peribūt. Manifestū est peccatores nō intelligere, & ideo in æternū
De.32. perire, quia stultus peccator est, & ideo damnatur. Et ideo Moyses ait. Vtinā saperent, & intelligerent, ac nouissima p uiderent. Sed qd est in sapientia mori, et
C in sapiā nō mori? Certe is sapienter mo ritsq̄ pmediata morte, & ad illā paratus morit, ille uero insipienter moritur, qui secus se habet. Sapienter opus aliqd facit, qui sępius, & cōsideratione adhibita fecit illud, qui ergo mortē considerauit, qui sæpius cogitatione sua mortuus est, qui Deum sibi deuinciuit obsequijs, ut tunc ei præsidio sit, ille sapienter morit, & non sicut mori solent ignaui. Addit Dauid. Manus eius nō sūt circūligatæ, & quibus uerbis fortem uirum describit, qui ab hostib. captus non est, nec in vincula cōiectus. Nobis uero significat iusti libertatem, in quam uocati sumus. A
Peccator seruus est, & cathenis uinctus tenetur sicut Sampson. cum in manus incidit inimicorum. Hinc Paul. Ne qñ 2. Ti.2
Deus det illis pęnitentiam, ad cognoscēdam ueritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius Isa.52
voluntatem. Hinc ēt ad Siō Isa. ait. Solue uincula colli tui captiua filia Siō. Diaboli mancipium peccator est, misera oīno seruitus, qua opprimitur homo à crudelissimo hoste, uincula uero, quib. eum ligat, peccata sunt, praua consuetudo, appetitus inordinatio. His ita homo ligari solet, ut quasi iumentum ducatur ad diaboli uoluntatem, & ut dicat, non posse sese a peccato exui. Merito uero, qui sic in uita ligatus fuit ad bona agenda, in B
morte etiam ligatur, & ligatis manibus ac pedib. proijcitur in tenebras exteriores. Iustus vero liber est. Vos fratres in Ma.22
libertatem uocati estis. Manus iusti, qui Gala.5
bus operatur, pedes, idest, affectus nō circumligantur, nec compedibus aggrauātur, facile enim uirtutis opera pręstat, et cęlestib. afficitur, ac terrena contemnit, & ideo in morte non ligatur, imo cum Psalte dicit. Anima nostra sicut passer Ps.123
erepta est de laqueo uenātium, laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Attende miseram seruitutem peccatoris, et iusti sortem fęlicem. Peccator à dęmone tenetur peccato, & dū in peccato est eius tentationib. resistere nō ualet, & iō noua peccata perpetrat, & dæmō in infernū traditur. Iustus uero a peccato liber, seruus iustitiæ, peccata facile uitat, & deinum gloriam cōsequit p mortē. Cuius C
rei uestigiū ēt Ethnici assequuti sunt, nā Xenocrates Platonis insignis discipul in lib. de morte ad amicum iā aīam agē Xeno.
tem ait, uitæ huius amissio a malo in bonum est transitus. Nō in mortem, sed in ipsam immortalitatem migras. Illuc pficisceris ab hoc carcere liber, ubi quieta omnia, & a tristitia, senectuteq; semota, ubi mendacijs tutari se nemo potest.

Quia tamē Balan mortem iustorum optauit, uitam uero iustorū imitari noluit, quia mercede effusus est. Sciēdum nobis

A nobis est, generalem esse regulam, qualis uita, talis mors. Cum.n.mors terminus sit vitæ, non mirũ si ei rñdeat, sicut calor calefactioni, vt ergo pretiosa iustorũ morte cõsumeris, vitã iustorum tene, augacẽ.n.eũ dices, qui uiã in Romam se agere diceret, cum versus occidentẽ iter faceret, si moribus, & vita in infernum properas, qũo in mortem iustorum, &
Pro.5. gloriam venies? Viæ inhonesti, viæ sunt inferi, vt ait Sapiens, pedes veloces ad malum quo pacto in cęlum veniant? Vis viam tuam corrigere? Mortis memorare iugiter. Hæc est aqua, quæ ignem concupiscentiæ extinguit, horologium quod nostra ordinat, speculum, in quo fœda
B nostra uideamus, & mundi vanitatem,
Dã.12 & mendacia cognoscimus, sicut cinere o-
Ecc.11 stendit regi Daniel fallacias sacerdotum. Sic.n.Sapiens ait. Si multis annis uixerit homo, & in his omnib. lætatus fuerit, & meminisse dẽt tenebrosi tẽporis, & dierũ multorũ, qui cum venerit, vanitatis arguentur præterita. Ideo sicut Moyses serpentis caudam, & Iacob Esau plantam tenet, ita sapiens nouissima rerum oĩum considerare debet, videbit vero omnium mũdanorum finem lutum esse, & cinerẽ & ideo nihil magnũ putandum esse. An non sic Danielis statua erat, cuius licet initium aurum esset, sed finis, pedesque fictiles, & lutei? & hinc factum est, ut par uo lapide oĩa comminueretur, & in cinerem verterentur. Contemplare nunc ho-
C minem, qui maximus sit in mundo, & eũ orna his omnibus, quæ maxima videnť,
Dan.2. ære, argento, auro, & omni lapide pretioso. Erexisti statuam Danielis, sed licet eam omnibus ornaueris diuitijs, non potuisti pedes non luteos facere, quia uniuersa hęc fundamentum habent, luteũ, hominem, scilicet, ex vili factum limo. Hinc uero procedit, vt vniuersa facile facile pereant, & in cinerem vertantur,
Ecc.10 leuis lapis, vel etiam aer eum interimat. Quid ergo superbis terra, & cinis. An non vir hic nobilis, ac fortis similis fuit statuę? Sed quid eum in puluerem vertit? Certe paruus calor. Nihil ergo putanda sunt omnia, quæ in mundo sunt, non enim fundata sunt super, firmam petram sed super arenam & super fœnum. Et iõ A impij in circuitu ambulare dicuntur. Ps. Psa.11 cum ait. Impij in circuitu ambulant, q̃a sicut rota, quę in circuitu fertur, in eodẽ loco semper est, nihil ambulando proficit, sed ubi mane fuit, ibi eam noctu reperies. Ita peccator temporalia quærens nihil proficit, nihil acquirit, sed qualis mane in mundum intrauit, talis nocte mortis egredietur, nihil tulit, nihil auferet, sed cum Iob dicet. Nudus egressus sum de Iob. 1. utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Et Paul. Nihil.n. intulimus in hunc 1.Ti.6. mundum haud dubium, quod nec auferre quid possimus. Iustus vero dicere poterit, omnia bona mea mecum porto, quia opera iustorum sequuntur illos. Hæc ergo acquiramus, quæ nobiscum portare B possimus, non quæ nobis relinquendane cessario sunt, &c.

CONCIO

In Exequijs (quas Hispane Honras nuncupamus) defunctorum.

THEMA.

Melior est dies mortis, quam dies natiuitatis. Eccl. 7.



SI aliquo die orare liceret, q̃ diues epulo orauit Abrahamũ, C ut mitteret Lazarũ in domũ patris, ut fratrib. annũtiaret, ac testaret illic, ne venirẽt i locũ tormentorũ, nunc id nobis orandũ foret, ac petẽ- Luc.16 dus à Deo aliquis mortuorum, qui hodie concionatorem ageret. Solus.n.is, q mortem gustauit, de ea recte agere potest. Reliqui non ut testes oculati, sed vt illi, qui solo auditu res perceperunt, de morte loqui possunt. Vnde Sap. Qui nauigat ma- Ecc.43 re, narrent pericula eius. Oremus, ergo, ut suppleat gratia, quod experientia docere poterat, eam uero nobis concedi postulemus orationi Mariæ.

Tria nobis in his funeralibus officiis occurrunt consideranda, & simul agenda. Primum sacrificia, ac orationes pro aĩa offerẽda. Secundum honoris qui corpori exhibetur, dum ad illud honorandum

A dum conueniunt præcipui ciues, luctuosis induti vestibus, & locus corporis ornatur tumulo, ac lucernis. Tertium denique fructus, quem ex proposita nobis morte colligere debemus.

Primum ergo huc conuenimus, ut sacrificia, & orationes Deo offeramus, pro defuncti anima, & hoc est, præcipuũ, quod hic agitur, quæ in utilitatem animæ cedunt, & ideo, licet officium hoc honos dicatur a vulgo, melius diceretur utilitas defuncti. Sancta uero, & salubris est hęc cogitatio, pro defunctis exorare, vt a peccatis soluantur. Sicut author libri
2. Mac. 21 Machabęorum colligit ex facto pio Iudæ Machabæi, qui sacrificia, & eleemosynas misit. Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum. Hęc vero præcipua
B sunt, ac potiora, quam cætus nobilium, luctuosæ uestes stemata, atq; insignia, quæ hic videmus. Vulgo iactari solet honor, & utilitas in unum non conueniunt. Quia non omnis defunctus capax est utriusq; multi.n. defuncti honorantur, quibus utilitas, nulla prouenit, alijs uero utilitas, & honor prouenit simu. De qua re Aug. in Enchiridion cap.
Aug. 110. ait. Ne dubitandũ est, defunctorum aĩas pietate suorum uiuentium releuari, cũ pro illis sacrificium mediatoris offertur, uel eleemosynæ fiunt. Sed nõ oĩbus ista prosunt, sed eis, qui cum hic uiuerent sibi ut postea prodessent, meruerũt. Triplex.n. hoĩum genus est, ait Au. Primũ eorum, qui nõ indigẽt uiuorum suffragijs, quia in cælũ statim euolauerunt. Ex quibus fuit Lazarus, qui in A-
C braham signum ab Angelis statim porta-
Lu. 16. tus fuit. Cum uero pro his pia opera efficiuntur in terra gaudium accidentale eis cumulatur in cælo, uident enim bona opera, quæ pro eis pstãtur, & grati sunt eis, qui illa præstant, pro eis orant, & iõ non magna utilitate ista opera pia nunquam fiunt. Secundum uero eorum quibus nulla bona opera prodesse possunt, quia in infernum descenderunt, ut diues epulo, quibus honor pstari põt in terra, sed nulla ad eum peruenit utilitas & licet eis præstetur honor, sed non nimius, de solis enim iusti scriptum est:

nimis honorati sunt amici tui Deus: Ve- A
re nimis honoratur, hic in terris, & cęlis Ps. 138
ab omnibus & Deo honoratur, & qui cum honore simul humilitatẽ capit. Peccator uero non honoratur nimium, quæ in terra solum honori habetur, & sine utilitate, qua tamen non caret, qui pro eo pia opera pręstat. Tertium eorum est, qui nec adeo boni, nec adeo mali fuerunt, sed cum peccassent, pęnitentiam egerunt, non tamen plenam, & ideo in purgatorio tenentur, donec eam persoluant. Persoluunt uero sacrificiis, & piis operibus viuorum, quę ideo suffragia dicuntur: De rationibus uero, quibus ostẽditur, iuuãdas a nobis defunctorum animas, plura diximus in tertio tomo concionum, in concione de commemoratione omnium fidelium defunctorum. B

Secundum nobis hodie considerandum est honor, qui corpori defuncto nunc exibetur conuentu nobilium virorum ad hoc coacto, tumulo ornato, & luctuosis uestibus. Et hinc actus hic vulgo dr̃ honor, uel honores defuncti. Sed quorsum ista, cum ex eis anima utilitatem non capiat? Certe corpus honoratur defuncti, & hic honos ei debetur, ac merito deferendus est: ut ostendit late Au- Aug.
gustinus in libro de cura pro mortuis agenda. Nec ulla natio ita defunctorum corpora honorat, ac Christiana. Olim corpora vel proijciebantur, uel cremabantur, sed Chr̃i Ecclesia ea honorat, sepelit, & multis modis cohonestat, & merito ait Augustinus. Qm̃ corpus instr̃m C
fuit aĩæ ad uirtutis opera, & iõ sicut honor, & gloria in oẽm aĩam hoĩs operantis bonũ defert, ut Paulus ait, ita honor, et gloria corpori tribuenda est tanquam Ro. 2.
instrumento. Eo enim hõ plura passus fuit, eo ieiunia, & opera pietatis exercuit Corpus ergo, ꝙ animã adiuuit, vt cælũ, expugnaret, gloria, ac honore dignũ est. Deinde corpus, ꝙ aqua baptismi lotum est, & diuino chrismate inũctum, & corpore Christi Domini pręsentia honoratũ, ac consecrato, & demũ in resurrectione glorificandũ, & sup cælos exaltandũ, merito dum uiuit honori habendũ est, & in morte similiter. Quod cũ uitũ est,

fit

A sit honorandum, ostendit Paulus, cum ait: Vt sciat unusquisque vas suum possidere in sanctificatione, & honore, nō in passione desiderij, sicut gētes. Vbi noīe vasis corpus intelligitur, quod ergo ī honore in uita est habitū, & merito ī morte honoratur. Deinde ait Aug. loco supe rius citato: Solet filius, & amicus in pretio habere vestem, aut ensem, vel arma parentis, vel amici, rōni ergo consentaneum est, ut amicorum, & parentū corpora honoremus, quæ indumenta fuere animarum pretiosa, & quæ animæ sup induere semper desiderant, quamque in æternum induent. Quod si ensem quo prædecessor tuus plures prostrauit inimicos, & victorias obtinuit magni facis & in maioricatu et ut rē pretiosā ponis, B & ideo Hispaniæ reges tanquā pretiosa inter thesauros suos reponūt enses Roderici de Biuar, & similia, quanto potius corpora iustorū seruanda sunt, & in honore habēda, quib. dæmones superauerunt, & fortes facti in bello castra verterunt exteriorū. Simul et ait Aug. hoc honore corporib. exhibito Deum honoramus, & mortuorū resurrectionē profitemur, & honorē exhibemus corporibus, tanq̄ resurrecturis, & sūmo tūc honore afficiēdis. Simul et viui cōsolātur, qui in hoc dilectionē in mortuos testanē. Hinc Sapiēs nos admonet, Fili in mortuū produc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare, & ſm indictū cōtege corpus illius, & non despicias sepulturā illius. Propter delaturā aūt amare fer luctū illius uno die, & cōsolare pp tristitiam, et fac luctū ſm meritum eius uno die, vel C duob. propter detractionem. Primo ait deplorandā mortē esse nrorū, & ex corde ac animo dolendū. Secūdo sepulturā corporis commendat, quam dicit faciendam ſm iudicium. i. ſm patriæ morem, & ius, ac honorem, qui corpori debetur, ideo sepultura honorandum est. Illud vero ſm iudicium, alij uertūt, iuxta morem funebrem, ritu. & exequijs funebris. Addit deinde lugendum mortuum magis uel minus secundum meritum, i. prout dignus est desleri a te, vel propter amicitiam, vel beneficia. Sed tandem deflendum, ne detrahatur tibi, quod de A morte amici non doles. Sed demum cōsolationem dicit recipiendam, ne contristemur de dormientibus sicut gentes, q̄ spem non habent. Tertium denique nobis considerandum est, profectus, quam nos hinc colligere oportet. De qua re August. ait loco citato, Ideo sepulchra monumenta dicuntur, quia monet mentē, quid uero aliud nos monent, nisi morituros nos esse? Aiunt certē. Iste fuit tibi similis, tu ei similis eris. Iste iam cognouit se mortalem, quia mortem expertus est, tu ergo in hoc disce mortalem te, & ne te perpetuum credas. Iste ex sepulchro ad te clamat: Memor esto iudicij mei, sic enim erit, & tuum, mihi heri, tibi hodie. Nullus licet uiuus maxime sanus, ac robustus sibi appareat, credat, se non moriturum, nulli priuilegiū concessum est non moriendi, nullus ab hoc tributo immunis, ac liber est. Statutum est hominibus semel mori, recte ait semel, quoniam est mors secunda, quam uitare possumus. Semel uero mori necessarium omnino est, ipse enim Deus, qui vita per essentiam est, homo factus mortuus est, quis ergo erit homo qui uiuet, & non uidebit mortem? Hinc Dauid Salomoni ait. Ecce ego ingredior uiam vniuersæ terræ. licet enim ſm rex declinare ab hac uia nō possum, nec uero tu declinabis in morte mea tuam agnosce. Sed forsan ais. Durum profecto mortis iudicium apparet. Imo uero ut Psalies ait. Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Sed qui ... Certe quoniam qui occidit iuste occiditur, præcipue si regem quis occidisset. At vero peccator Deum occidit, cur ergo occidendus non est. Deus quidem in se immortalis est, peccator vero quantum in se est Deum occidit, si enim Deus mori posset peccatum eum interimeret, & cū mori potuit in natura assumpta, peccatum ei uitam abstulit, & qui nunc peccant iterum Christum crucifigere dicuntur à Paulo: Et deinde licet Deus in se mori non posit, moritur tamen per peccatum in homine, uiuebat enim in illo per gratiam. Hinc Bernardus in sermone de

Margin notes: 1. Th. 4; Aug.; Aug.; Ecc. 38; Aug.; D; Ecc. 38; B; 3. Re. 2; Ps. 118; C; Heb. 6; Bern.

A de Resurrectione ait. Nouimus Christū habitare per fidem in cordibus nostris, & ideo q̃diu uiuit fides, uiuit Christus in te, illa mortua moritur in te Christus Ideo Paulus dixit. Iterū confringentes Iesum Xp̄m in semetipsis. Iuste ergo dānatus ad mortem est, qui peccauit.

Sed illud mirandum maxime est, ꝙ ex morte, quæ pœna peccati est, tanta bona iustus sibi colligat, ut dicat Sapiens. Melior est dies mortis, quam dies natiuitatis. Hęc uero verba prima fronte difficultatem continent. Qm̄ mors bona nō est, q̃uo ergo potest esse melior? Vidit
Gen. 2 Deus cūcta, quæ fecerat, & erant ualde bonā. Sed Deus mortem non fecit, ut Sapiens ait, ergo non est bona, quia omne
Sap. 1. bonum per ipsum factum est. Deinde in
B uidia diaboli mors introiuit in orbem
Ro. 5. terrarum, & peccati opus mors est, quia per peccatum mors, quomodo ergo bona erit? Prętera cum sit priuatio omnis boni, q̃uo bona esse poterit? Quid ꝙ ab omnibus odio habetur, omnes eam fugiunt, & horrent, & ipse Christus ora
Ma. 26 uit, si pos sibile esset, ut eam non incurreret, quo pacto ergo bona erit?

Respondeo. Quædam bona esse, quæ tn̄ mala fiūt propter eorum malū usum. Diuitiæ bonæ sunt, sed sunt diuitiæ congregatæ in malum Dñi sui. Et ipsa lex optima dicitur a Paulo ministratio mortis, quia occassione accepta peccatū per mandatum operatum est in me omnē concupiscentiā. Ita quædam natura sua
C nō sūt bona, sed diuina gratia, & uirtus hois efficit, ut in bonum conuertatur, quia ex illis maxima bona colligit. Eximiū hoc uirtutis priuilegiū est, ut uniuersa mala ī bonū mutet, & nihil mali secū patiat, sed cito illud in bonū uertat. Fingūt quidā lapidem esse philosophalem, qui est aurum ita purum, vt oīa metalia in aurum mutet, fabula hæc est, licet plures id asserant fieri posse, at ueritati hęc fabula redditur in uirtute, quę adeo bona est, ut uniuersa mala in bonum mutet. Aegritudo malum quoddam est, sed ex illa plura bona colligit iustus. Mors malum est, sed tot ex ea bona colligit iustus, ut non solum bona, sed melior natiuitate, & pretiosa sit in conspectu Dñi. Quia diligētib. Deum omnia cooperā
tur in bonum, etiam peccata, vt Augusti Ro. 8.
nus ait, quid mirum, si in morte fauum mellis inueniat, ut Sāpson in oue leonis.

Sed attendamus bona, quæ ex morte colligit iustus. Primū sui cognitionē, ac despectū, Sūt specula, quæ optime faciē hois referūt, alia uero q̃ male. Optimū speculū mors est, in qua qd hō sit, osten
dit. Dicis forsan, qa diues es, nobilis, nul Apo. 3
lius egens, potensq; & iō putas te aliqd esse cū nihil sis, quis te in meliorē mōtē reducet? Mors illa ostēdit, ꝙ sicut nudus ingressus es in hunc mundū, ita nudus ex eo procedes, & ꝙ oīs gloria tua flos est fęni, quæ cito corruet, in qua tibi immorandum non est, uel fidendum, quia B
non subsisti, & ideo in maximo uersari discrimine. Vt uero illud explicet Da
mascenus, fingit hoiem, quem insequit Dam.
leo, ut illum deuoret, ille uero fugiens ad p̄cipitiū uenit, ex quo cadere iam cœpit, in inferiori parte lacus est ignis immen
sus. Ne uero in ignem decidat, manū te Simile
bet paruum arbustū, pedē uero figit in fragili terrę parte, Duo vero vermes ppe pede corrodētes radicē arbusti illius, detinet, ex quib. unus albus est, niger alter. Cur uero corroserint arbusti radicem, statim homo cadit in lacum ignis. Quid agat homo iste in tanto constitutus discrimine? An non cito inde exire curabit? An non auxilia petet? Si uero ille discriminis sui oblitus solum curaret, q̃uo dulces roris guttas, q̃ in arbusto illo
sunt, gustaret. An nō insanū diceres? Au C
di quid persimile, qd tibi accidit. Cū primum nasceris, mors te insequit, ut deuoret. Putāt aliqui mortē nō insēq̃ hoiem a uitæ initio, sed dūtaxat in fine, sed non ita est, ait Seneca, sed queadmodū in horologio aquæ, uel arenę non ultima gut
ta, qua hora finit, eā cōsumat, sed uniuer Senec.
sę, quæ p̄cedunt guttæ, uel arenæ consumunt paulatim horā. Ita homo morit.
nō solū ultima uitæ hora, sed a natiuita Simile
te incipit mors hoiem depascere, ac paulatim deuorat. Sed ut homo uitā tueat, uenit ad p̄cipitium mundi huius, ex quo ad inferos p̄cipitiū est, arbustū paruū,

quod

A quod manu tenẽs detineris, uita fragilis est, quam perpetuo corrodunt uermes duo, alter niger, alb. alter qui sunt dies & nox. Inniteris uero i fragili terra, corpore, scilicet, quo nihil infirmius, & imbecillius. Et cum in tāto discrimine verseris, non curas, quomodo illud euadere possis, sed futiles, ac vanas delectatiũculas uitę huius colligis, & diuitijs honoribus, ac ludo delectatus æternam salutẽ non quæris. Hinc fit, ut innumeri in infernum descendāt, vbi incuria, ac negligentia tanta tantis etiam tormentis puniātur. Id vero prouenit ex mortis obliuione, eius uero memoria nos facit nostra curare. Sicut. n. ait Ambr. i Ps. 118. B

Ambr. Gaine. Quidã asserunt de regulo, ut Gainerius, quod si primũ ille hominẽ inspiciat, eũ occidit, si uero hõ illũ præuideat regulũ interficit. Ita si mortẽ nõ consideras, sed illa primũ te uidet, perdet te: si uero tu illã primũ conspexeris, ab ea non læderis sed eã superabis: ideo considera te moriturum, & ad eam præpara animã tuã, & a terrenis animum auoca. En fructum, quem ex præuisa morte iustus colligit.

Secundo, ex morte iustus sibi capit vtilitatem, dum alterius morte inspecta mouetur de sua. Fœlix, quẽ aliena faciũt pericula cautũ. Mors alterius præco est, qui nos monet, vt caueamus, & nos in

Simile tuto ponamus. Grex columbarum pascitur in prædio, auceps uero tormēto bellico v ius vnam occidit, auolant statim C reliquę cibo relicto, & se in tutiori loco ponere curant, canebant dulciter in arbore plures passeres, arcu uero distentò auceps, vnum occidit, vel accipiter, ut pascatur, reliqui cantu dimisso auolant, & seipsos curant. sumus nũc plures in uno oppido, domo, vel etiam mēsa, raptus a morte unus est, an non ab auibus discemus, ut esca, ac cantu dimisso, nos in tu-

Cipr. to ponamus? Ciprian. ait. Est magna incredulitas, magna dementia, ut non solum audiendo, sed etiam uidendo, mors non credatur. Quotidie uides morientes, & non credis te moriturum, magna incredulitas est. Ideo melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij, quia in illa finis admonetur oium.

Ecce mortis admonitionem, q dximus A Nec solũ uiuis, sed & defunctis melior est dies mortis, q dies natiuitatis. Primo licet fœlix sit natiuitas, & ppitiæ sint nato cęli stellæ, tñ i peccato nasci, & i peccato nutritur, nec adeo iusta uita esse potest, ut ab omni peccato sit libera, quia si dixerimus quod peccatũ nõ habemus, ip- 1. Ioã. 1 si nos seducimus. Misera pfecto uita, q peccatis īquinat. Infelicia multa Iob de homine dixit cũ ait: Homo natus de mu- Iob. 14 liere, breui uiuẽs tẽpore, repletur multis miserijs, q quasi flos egreditur, et cõteritur, & fugit velut umbra. Multa mala his uerbis sũt cõprehẽsa, ait enim, hominẽ de muliere natũ, uilia, ac abiecta nomine mulieris scriptura exprimere so- B let. Vnde cũ multa mala Aegypto fuisset cõminatus Deus p Isaiam, tandẽ ait. In illa die erit Aegypt⁹ quasi mulieres et stupebũt. Si ergo homo ex muliere nascitur, uilis, & abiectus erit, nec enim colligũt de spinis uuas, aut de tribulis ficus, nec ex musca, aut aranea leo nascetur, causa enim agnita, facile erit effectum nosse. Et ideo oportuit, ut hõ renasceretur alia natiuitate, ex aqua & Spiritu sancto, ut utilitas primę natiuitatis tolleretur. Addit deinde Iob: Breui uiuens tẽ- Sap. 5. pore, quia ut illi dicunt nati continuo desinimus esse, sed breuis uita non breues aut paucas miserias continet sed multas ac graues. De qua re mira Plato dixit in C Axioco, Qui asserit, iõ omnes hoies lachrymari cum nascuntur, quia quasi p- Plato. phetant, ac præuident mala, quæ illos expectant, quæ innumera sunt, & quasi horret cumulum maximum malorum, quia innumeræ eum miserię manent, fames, sitis, īfirmitas, dolor, pauperies, las- Sap. 7. situdo, & similia. Et Salomon, qui fœlicissime ortus uidebatur, quem innumera expectabant in hac uita bona, simile ait, uocẽ omnib. emisi plorãs, quia licet felicissim⁹ uideat fuisse, sed repletus fuit multis miserijs, cũ in omnib. solũ repererit uanitatẽ, & afflictionẽ spũs, q a nec status regius ditissimus, ac opulentissimus, nec sapiẽtia ei īfusa, nec innumeræ delitiæ Salomoni, paratæ eũ a miserijs leuare potuerũt. Has hoīs miserias de-

 plorat

A plorat omnis creatura,& ingemiscit, & parturit usque adhuc,ut Paulus ait. Vbi creaturæ nomine iusti intelliguntur, quia iusti has agnoscunt miserias ac deplorant. Sed precipue sancti,& maxime Apostoli,de quibus Paulus subiungit,Sed & nos ipsi primitias spiritus habētes,& ipsi intra nos gemimus reuelationē filiorū Dei expectātes redēptionē corporis nři. Hi enim,qui superna cōsiderauerunt,maxime Paulus, qui raptus in tertium cœlū est,magis miseriā humanam agnoscūt, & deplorant, quod subiecto exēplo facile perspicies. Finxit Plato Republicā hominū,qui in tenebris,& caligine uersarentur,nec ea,quæ mundi sunt ui dissent;miserā profecto,ac miserāda hominum conditio. Si uero ex eis unus inde procedens,mundi huius pulchritudinē intueretur,& his fueret, quæ hic optima sunt,cum ad suos rediret,diceret. O miseri,qui in umbra mortis ac tenebris sedetis,& hic cōsolationē aliquantulam percipiti,si nossetis regionem aliam lucis,quam ego uidi,in qua immensa pulchritudo,& innumera sunt bona, certe hæc uilia relinqueretis deploraret certe eorū miserā sortē ille q̃ meliora uidisset.

Ro. 8.

Plato.

Similit.

B

Ita omnino nos ī tenebris uersamur, in regione umbræ mortis habitamus,in qua minimis bonis fruentes,beatos nos credimus,pauculas pecunias habentes, diuites nos credimus,nullius ualoris dignitatem obtinentes,magnos nos putamus,minimis uoluptatib. fruētes,dulcissimos nos capere cibos credimus,& miserias nostras non agnoscimus. At uero Paulus,qui cœlestia uidit deplorat miseriā nostrā,nosq; monet,vt hac relicta regione ad cęlestē properemus, quid.n.in hoc mūdo est, q̃ miserū nō sit? Cōsidera te ipsū,& eā,quæ tua sunt,& congeriē miseriarū uidebis, ī capite dolores tibi sunt,hebetudo mētis, memoria labilis,oculi nō recta uidētes,linguā impeditā, quid narrē aliorū membrorū maculas, dolores,infirmitates,atq; miserias? si exteriora cōspicias,uidebis demum nō commodum, substantiam non sufficien[illegible] ... profecto in breui uita, ac

C

corpore innumera cōtineri mala, atque miserias. Sed miseriarum miseria,& q̃ omnes longe superat,illa est,quam diximus,quod uita nostra peccatis plena est quia non est homo,qui nos peccet. Si quanta miseria peccatum sit, agnoscere mus;uitam hāc odio prosequeremus:& ideo mortē optaremus,quia mors sicut reliquarum miseriarum corporis terminus est,ita etiam peccatorum est finis. Post hanc uitam anima iusti nō peccat, nec uenialiter quidem,secura iam a peccati labe est,etiam dū in purgatorio detinetur. Expetenda profecto mors est, quia finis est laborum corporis,sed præcipue,quia finis peccatorum. Audit Ioānes uocem de cœlo dicentē sibi: Scribe beati mortui,q in Domino moriūtur,amodo.n.iā dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis. Primum audit:Scribe. Peccatū necessitatem scribendi in mundum inuexit,in paradiso opus scriptura nō fuisset,quoniam scriptura in memoriæ supplementum inuēta est, & in ueritatis defectum,quia enim homo promissis nō stabat & ueritatem negabat,opus fuit,ut scriptura ueritatem contineret. Audi Psaltem. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Sed si omnis hō mendax est,forsan tu mēdax eris o Dauid? ego in hoc dicto mendax esse non possum, quia illud dico in excessu meo, nunc excedo me ipsum,nunc a me ipso non loquor,sed à Deo: ideo mentiri nō possum,quādo uero homo a se loquitur mendax est: ideo scriptura opus est,qua ueritas ostēdatur promissorum. Et legē suam tabulis lapideis scripsit Deus digito suo, quia difficilius in corde hominis ueritas scribitur,quam in lapide,& ideo fulgura, ac tonitrua in monte facta sunt, cum lex daretur,ut sic hominum cordibus inscriberetur,quid scribendum est? Certe illud, Beati mortui q in Domino moriuntur. Sed qui est in dño mori? Illud in Hebræis est idem quod pro, uel propter,ut Ge. 18. ubi legimus: Delebis propter quinq; uniuersam urbē? In Hebræo est in quinq;, & alibi sæpe: & sic et interpres noster usurpare solet, in pro propter,ut Mi... Principes eius in ... bus

A

Apo.14

B

Ps.115

C

A bus iudicabant, i. pp munera. Ita nunc, Beati mortui, qui in domino moriuntur. idest, pp dominum: loquutus. n. Ioannes fuerat de martyribus, qui tempore Antechristi moriennur. Sed communis expositio, quam Andræas Cæsariensis, & Beda sequitur, est, vt loquatur de omnibus iustis, cui Ecclesia fauet, qui in officio omnium defunctorum hæc verba pponit. Omnes. n. iusti in Christo sunt, tanquam viua membra, & sic de eis Pau. ait. Salutate eos, qui sunt ex Narcissi domo, q̃ sũt
Ro. vl. in domino. Idem est esse in domino, & manere in domino, sic Christus ait. Manete me, & ego in nobis. Et qui manet in
Ioã. 15 me, & ego in eo, hic fert fructum multũ.
B Ita ergo in dño moriuntur, qui usque ad mortem in eo manent, & cum moriunt, viua Christi membra sunt. Sicut cum quis Curiam adit, ut litẽ gerat, si ibi moritur, ais, in lite ille mortuus est, quia illã agebat, ita in superbia, & luxuria moriẽ, qui eis intendebat, in domino uerò, qui ei intẽdebat, cui uiuere Christus erat, qa ei soli uacabat, id enim est uita eius. Qui enim in Christo manet per charitatem beatus est, cum morit, quia nihil damnationis est his, qui in Christo sunt. Secure mortem videt, qui dominum prius uidit, ut Simeõ, qui ait. Nunc dimittis, &c. in pace, qua uiderunt oculi mei salutare tuum. Tu ergo Christum agnosce fide ui
C ua, in eo mane, & in eo moriere, & beatus eris. Sed cur hic beatus erit? quia amodò dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis. Vsque ad mortem labores iustorum perdurabunt, & ibi finem accipiẽt, ideo beati dicuntur. Potior tñ eorum est beatitudo, qa amodò dicit spiritus, ut à peccato oĩ cessent, hoc. n. præcipuus hoĩs labor est, à quo mors liberat. Nec vero solum à peccatis sequentib. hominẽ seruat, sed & a superioribus liberũ reddit, dum eorum pœnam delet, pœna mors est peccati, & medicina, qua deletur, dãnatus ob peccatũ es ad miserias, & mortẽ, his peccatũ deles, ea suscipiens patienter, debitũ peccando contraxisti, datur tibi pecunia, qua soluas. Et cũ Adam ad mortem damnatur misericordia ei exhibetur, dum pecunia ei datur, qua debitum peccati soluat, & qm̃ simul cũ eo Christus ad mortem dãnatur, in cuius morte plena peccati satisfactio fuit. Summa ergo misericordia Dei homo ad mortem damnatus est. A Iam. n. tentationes non erunt, iam carnis concupiscentia transiuit, iam denique omnis miseria abijt. Et absterget Deus oẽm lachrymam ab oculis sanctorum, et Ap. 21 mors vltra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra, quia prima abierunt, quia opera illorum sequuntur illos. Id retributionem, s. quia propter illa æterna gloria donabuntur, vbi veri honores defuncto fient, ibi, n. honorificabit eũ Ioa. 12 Pater meus, qui in cælis est. Ibi cœtus uirorum illustrium illum cinget, & corona regum, non quidem luctuosis vestib. sed candidis, ac gloriosis, ibi nõ tumulus, sed solium regni ei præparatur, quod non lu B minaribus hic, sed pretiosissimis lapidibus splendit tanquam solium regni Assueri, qui lapides opera sunt uirtutum, quibus in hac uita se ornauit, & in æternum ornabitur in futura, &c.

CONCIO.

Habita ad Patres Societatis Iesu in obitu Patris Ignatij, fundatoris Societatis. De eius vita, & religionis suæ instituto, ac regula.

THEMA.

Quintus Angelus tuba cecinit, & uidi stellam de cælo cecidisse in terram, et data est illi clauis putei abyssi, & aperuit puteũ abyssi, & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ, & obscuratus est sol, & aer de fumo putei. Apo. 9. C

Erat antiquũ in Ecclesia est, cõciones haberi in laudem uirorum perfectorum, qui decesserunt, prius etiam cũ in sanctorum catalogum ab Ecclesia numerentur. Hunc antiquissimum Ecclesiæ morẽ refert Dion. Areop. de Eccl. hierar. c. 7. quo Dion. loco ait: Eũ, qui sancte, pureq; uixisset, ac deinde obdormiuisset, ab amicis prædicari q. ad certãmẽ victor æ peruenerit, ideoq; authori victoriæ laudes cũ gratijs

A rum actione pro illo persolui. Sanctosq;
iam defunctos in Ecclesia publice con-
celebrari, hortante omnes sacerdotes, vt
sibi ipsis identidem postulet beatam in
Christo consummationem. Hanc do-
Nissc. ctrinam sequutus Greg. Nissen. in epist.
Naziā. ad Olympium mortem sororis suæ Ma
crinæ laudib. celebrauit. Et Grego. Naz.
orat. 2. in Iulianum obitum Constantij
Cæsaris, & Cæsarij fratris sui concele-
brauit encomijs. Id ipsum in Paulæ obi
Hiero. tu factum, Hieron. asserit in Epitaphio
Paulæ ad Eustochium. Tātorum patrū
exemplo ad oēs fideles concionē hsc po-
terā de S. Pris Ignatij laudib. sed ut plu
rimum modestiæ demus, solum ad So-
cietatis Iesu patres hanc habemus con-
cionem, qui eius filij sunt, ac imitatores
esse tenentur, sicut ille Christi fuit imita
tor. Aderit beata Maria, a qua ille singu
laria suscepit beneficia, & de qua ille
B multis nominibus bene meritus fuit, huic
enim se toto corde deuouit, & illa ei ap-
parens mirifice recreauit, ac cōfirmauit,
ad eam ergo accedamus, &c.

Superfluū nunc erit, à viris religiosis
Societatis Iesu attentionē peti, aut capta
ri, cum de laudibus parentis dicendū sit.
Hoc. n. nobis a natura īsitū est, ut maio-
rū nostrorū egregia facta, nō solū liben
ter audiamus, sed multo studio pdicem⁹
& eorū īsignia seruemus, & stemata cu
stodiamus. Primò, quia vt Salomon ait:
Pro. 17 Gloria filiorum Patres eorum, & iō pa-
rentū magnalia quasi propria ducimus.
Secundo, quia illis nobis propositis, ac-
cendimur ad eorū imitationē, & pp illo
C rū meritū multa nobis bona prouenīūt.
Ecc. 44 Hinc Sapiens ait: Laudemus uiros glo-
riosos, & parētes nostros ī generatione
sua, multā gloriā, fecit dñs in eis, magni
ficētia sua a sæculo, cū semine eorū pma
nēt bona, hæreditas sācta nepotes eorū,
& in testamentis stetit semen eorū, & fi
lij eorū pp illos in æternū manēt. Vt er-
go de Ignatio aliquid dicamus, illud pri
mo occurrit, quo tpe eū De⁹ optim⁹ ma
ximus ī mūdū miserit. Cōsueuit. n. De⁹,
cum permittit malū aliquod, aut perse-
quutionē in Ecclesiā insurgere, auxiliū
cœleste singulare destinare, missis ad

hoc viris sanctissimis, quorū doctrina, A
& exēplo iusti teneant, ne decidant, & si
q ceciderint, alij eorū loco surgāt. Cū. n. Ro. 11.
sine pnīa sint dona Dei, q̄ semel confert
gratiam, nō oīno aufert, sed si ab hoc eā
tollit, quia indignus est, alium petat, cui Ma. 22
eam tribuat. Vnde ipse ad quosdam di-
xit: Auferetur à uobis regnū Dei, & da- Mat. 21
bitur genti facienti fructus eius. Et ite-
rum. Nuptiæ quidem paratæ sunt. Et q
inuitati sunt, non fuerunt digni: ite ergo
ad exitus uiarū, & quos inueneritis, ad-
ducite: Sic ablato sacerdotio ab Heli, p
uidit sibi Deus Samuelē, ad quē ēt de re
gno auferēdo à Saule ait. Prouide mihi
regē de filijs Isai. Si indignus tu fueris 1. Reg.
Dei misericordia, prouidebit sibi alium, 16.
cui eam tribuat. Hinc Iob: Qui cōterit Iob 34
multos, & innumerabiles, & stare facit Luc. 18
alios pro eis. Si auferē gratia a Pharisæo Mat. 15
datur Publicano: & ideo ait ipse. Habē Apo. 3.
ti dabit, & abundabit, ei autem, qui non B
habet, & id quod habet, auferetur ab eo.
Merito nos admonet Ioannes. Tene, qđ
hēs, ut nemo accipiat coronā tuā. Vt er-
go vasa sibi præparet Deus, in quæ mise
ricordiā effundat, cū uasa iræ dissipat, si
gulos, uel potius argētarios ī mūdū mit
tit, qui uasa ista præparēt, ac conficiant.

Hoc præclare ostendit Ioannes, qui
enumerans Ecclesiæ persequutiones gra-
uissimas, simul ostendit auxilium, quod
Deus Ecclesię tribuit ad eas sustinēdas,
dicens: Angelum missum, qui tuba cane
ret, ut hoīes moneret. Et cum descripsis
set quatuor persequutiones, enumera-
uit Angelos quatuor, qui tuba cecinerāt,
qui merito dici possunt quatuor ordines C
mēdicantiū, quæ Ecclesiæ adfuerunt in
discrimine versāti. Describit deinde qn
tam persequutionem, quæ proxima est
Antichristo, dicens: Vidi stellā de cœlo
cecidisse in terrā, quæ stella, uel Lucifer
est, de quo Isaias ait. Quomodo cecidi-
sti, de cęlo Lucifer? Vel Luther⁹ hęresiar
cha, qui stella dr, & de cęlo cecidisse, qa Isa. 14.
Doctor stella dicitur à Daniele, & à reli Dā. 12.
gione, & statu perfectionis defecit. Deci
dit uero in terram, quia ad terrena, &
carnis uoluptates homines duxit, & li-
bertatem Christianam in carnis licen-
tiam

A tiam uertit, quod singulare est in hac hæresi, cum reliquæ potissimum circa intellectualia, & speculatiua uersarētur. Aperuit abyssum, q est uel infernus, vel peccatoris cor, quod apertū dr, quia ꝙ latebat in impiorum cordibus, palam erupit: optat enim iniquus libertatem peccandi, & quasi filium onagri esse liberū, nullaq; lege adstrictū, id vero Lutherus concessit. Exijt cōtinuo fumus, qui solē, & aerē obscurauit, i. doctrina hæretica, quæ obscurat scripturam sacrā praua interpretatione. Prodierū deinde locustæ lædentes hoīes qui non habent signum Dei viui in frontibus suis, i. qui fidē operibus non produnt, fides enim signum Dei est, & tūc est in fronte, cum operib.
Iaco. 1 B manifesta fit. Iuxta illud Iacob. Ostēde mihi fidem tuam ex operibus. Hæc, quę diximus in explicatione huius loci Apocalypsis, accepimus ex Celio Pannonio
Celius in collectanea, quā fecit in Apocalypsim ex oībus sanctis, & doctoribus. Oculis cernimus grauissimā istā ecclesiæ persequutionem, quæ nostra hæc tēpestatem ferè in Ecclesia grassatur, quod ergo fuit Dei auxilium, quis angelus destinatus, ut tanto malo mederet? Sanè quintus Angelus tuba cecinit. Per quatuor præcedētes angelos intelligit D. Tho. in Apoca-
D.Th. lypsim, quatuor ordines Prædicatorum per quintū uero alterū ordinē Prædicatorum, quē Deus missurus erat in mundū, cū alia hæresis ex orta fuisset. En id
C impletū in Ignatio, & eius Societate, q
Nota bene. quintus ordo mendicantium prędicatorū a Pio Quinto est declarata, & miris priuilegijs aucta. Hanc ordinem misit Deus eo tēpore quo Lutherus ecclesiam labefactare conatus est, ut in regione Septētrionali Catholicos foueat, & ita strenuè Societas præstat, ut Catholici eēs Iesuite dicantur, eo quod Iesuita eorum omnium duces, ac magistri sint. Et alia parte hic ordo remotissimas mundi prouincias penetrauit, & ad Sinas & Iaponios peruenit, ubi innumeros Christi filios genuerunt. Et nostra hac tempestate summa totius Ecclesię, & pontificum admiratione, ac gratulatione principes tres adduxerunt, ut Romano Pontifici obedientiam præstarent nc ie regnorum A illorū. Ex quo manifeste impletum videmus, quod mox diximus resarciri, s. alia in parte, qd in hac deperditur. Multo.n. plures infideles ad ecclesiā conuersi nūc sunt, q̄ hæretici defecerint a fide. En ergo quintum angelum in tanti mali remedium missum. De qua re ad literam videtur uaticinatus Isaias, cū ait. Et ponā in eis signū, & mittā ex eis qui saluati Isa.66. fuerint ad gentes in mare, in Africam, & Lydiā tenemus saggittā, in Italiā, & Græciā, ad insulas longe ad eos, q nō audierunt de me, & non uiderunt gloriam meam, & annunciabūt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres vestros de cūctis gentibus donum Dño, in eqs & in quadrigis & in lecticis, & mu- B lis, & in carrucis ad montē sanctū meū Hierusalem, dicit Dñs qūo si inferant filijs Israel munus in vase mūdo in dom ū Dñi. Hæc sanè Isaiæ verba primum de Apostolis dicta sunt, qui vniuersum mundo prædicauerunt, & plurimos ad Christū adduxerunt. Sed non de illis solis dicta sunt, sed & de illorū successoribus in prædicationis officio, & sic verba ista interpretatur Greg. de his, quos ipse misit Grego in Angliam. Et iō ad literā de Societate Iesu accipi possunt, quæ uniuersum mūdum peragrauit, & in remotissimis regionibus Christi uexillum erexit. Singula ergo Isaiæ verba expendamus, & Societati Iesu acōmodemus. Primū ait. Ponam in eis signum. Sed quod nā hoc si- C gnū est? Planè charitas mutua, quę maxime in Societate viget, q signū est discipulorum Xpi, en dicente. In hoc cognoscēt, vos meos eē discipulos si dilectionē Ioā13. iuicē habueritis. De quo signo illud merito accipi pōt, quod Isa. ait. Et scietur in gentibus semē eorū, & germen eorū in Isa.61. medio populorū omnes, q uiderint eos cognoscent illos, quia isti sunt semē, cui bīdixit Dominus. In hac.n. mutua charitate filij Societatis agnoscunt. Vel forsan signū in Societate positū nomen Iesus est, ꝙ merito nuncupare signū possumus, & signū, cui cōtradicetur, & signū positum ad sagittā, qu a pp Dei nomen nulla fuit in mundo persequutio, at pp

nomen

A nomen Iesu uniuersæ mundi persequutiones exorte sunt. Et cum nomen esset dulcissimum, ac suauissimum, nihilominus aduersus illud vniuersus mundus conspirauit, & signũ ac scopus fuit, contra quem oĩs est emissa sagitta. Vñ Christus ait. Hæc oĩa facient uobis propter nomẽ meum. Hinc fit, vt mirari non debeat vir Societatis, si a mundo persequutiones tolerer, quia dũ noĩe Iesu insignitus fuit signũ habet, & scopũ quo sagittæ oẽs diriguntur, & ideo dr̃. Hæc omnia facient uobis propter nomẽ meũ. Sicut. n. res illa, in qua scopus ponit, sagittis configitur, quia scopũ habet, in quẽ illæ diriguntur, ita Societas Iesu persequutiones tolerat, & sustinebit, qa scopũ in se collocauit, nomẽ. s. Iesus. Hoc ergo in eis signo posito, subiungit Isaias, missos fuisse in vniuersum mundũ, mare, ac remotissimas insulas, quę de Christo nihil audierant, ex quibus plurimos ad ecclesiã adduxerunt donũ Domino in Hierusalẽ, i. ecclesiã. Hoc aũt mirè Societas præstitit, & manifeste ostẽdit in Iaponierũ, quem diximus aduentu. Quod uero Isaias ait, adductos in equis, quadrigis, lecticis, alijsque vehiculis significat, diuersis vijs, ac rationibus fideles ad Christũ duci, quidã. n. molliter tractãtur, & uehiculo dulciori trahuntur, alij aliter, atq; aliter, sicut diuersa, ait, munera Deo offerũtur a filijs Israel cum lætitia in templo.

C Ignatius ergo quintus est angelus, qui proximus a fini mundi est, & Lutherus Antechristi est præcursor, vt merito nos dicamus. In quo fines sæculorũ deuenerunt. Et post quintum angelum sextus angelus tuba cecinit, vt ad Antichristi persequutionem hoies præparet, vt Ioãnes subiungit, tũc enim alii soluti dæmonia quatuor, & bellum supremum futurum. Septimus autem angelus ad iudicium vocat, iurans per viuentem in sæcula sæculorum, quia iam tempus non erit. Lutheri ergo persecutio proxima est Antichristo. In cuius rei cõfirmationem grauissimi doctores nostri temporis aiunt, nomen Lutheri Hebraicè scriptum, efficere numerum illum sexcenti sexaginta sex, quod nomen Antichristi efficere debet, vt Ioannes in Apocalypsi ait. De qua re Genebrardus in Chronologia, anno Christi 1513. & Belarminus libro 3. de Romano Pontifice. ca. 10. Et Doctor Hẽriquez de fide bois, c. 23. licet enim Luthedras Antichristus nõ fuerit, fuit tñ illi proximus, eiusque præcursor. Apo. 13 Gene. Belar.

Cum vero Ignatiũ, & eius religionẽ Angelum dixerimus, ostendendum nobis est, quo pacto angelus fuerit, & quo modo tuba cecinerit. Similiter ostendi oportet, quo pacto filij eius, & angeli erunt, & tuba canẽt. Duo quidem mirè præstitit Ignatius, & suos pstare uoluit, & eum in finem regulam direxit suam, impensę suę, & proximorũ saluti intendit, ac suos intendere voluit, & hæc summa est regulæ ipsius. Quia sibi intendit, angelus fuit, quia saluti aliorum tuba cecinisse dr̃. Hæc illa summa est, quam paucis verbis Paulus discipulo tradidit, dicẽs. Attende tibi, & doctrinę insta in illis hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, & eos, qui te audiunt. B 1. Ti. 4

Primũ, quod Ignatius præstitit, fuit, Angelum esse sibijpsi. Nec vero mireris tantum nomẽ homini tribui, illud enim sacerdotibus præstat diuina Scriptura. Vnde Malachias ait. Labia sacerdotis custodiunt sciam, & legem de ore eius requirent, angelus. n. Domino exercituũ est. Societas Iesu religio clericorũ dicitur à Concilio Tridentino: & ideo sacerdos iure dicitur, qui de societate est, & ideo angelus teste Malach. Sicut. n. Angelus custodit, regit, gubernatq; hoies, et uniuersa corporea, inferiora. n. a superioribus regi debent: ita is, qui alios a uos facere debet, Angelus est, oportet. Est. n. propriũ uiuentium generare, sed viuentium perfectorum. Vnde Dionysius ait, illuminati illuminantes, purgati, purgãtes, perfecti perficientes. Ideo Apostoli ad hoc opus exire prohibentur, donec induantur virtute ex alto. Et qui imperfectus cum sit, alios perficere vult, similis est, ait Greg. auicula, quæ uolare vult, priusquam plumis ornetur, decidit. n. in terram, & pueroruñ opprobrium est. Similis etiam ei, cui multum oneris imponit debili colũna, aut tenero parieti, vniuersa C Mal. 2. Acto 1 Greg. Simile

A uersa enim corruūt. Recte Origenes ex
pēdit a Salomoni nominari sapientiam
iam sponsam, iam sororem, primo nam
que sponsa esse debet, quā sibi homo ser-
uet: deinde autem soror, quam alijs com
municare oportet. Vt in plurimū sic se-
res habet, ut qui non audet, non incedat
& q sine virtute alios pficere vult, parū
aut nihil proficiat. Qui enim pfectione
caret, similis est homini illi, qui cum li-
gna cæderet, ferrum amisit, quod in aq.
cecidit clamauitque ad Eliseū, heu, heu,
4.Re.6 heu domine mi, & hoc ipsum mutuo ac
ceperam, ferrū autem natauit misso ab
B Eliseo ligno, & restitutum est, cędenti li
gna, quo accepto cędere deiceps potuit.
Quid enim aliud est præclarū ingeniū,
sc etiā multa, si diuina uirtus absit? pla-
nè lignum sine ferro, quo cæli ligna non
possunt, vis enim diuina est, quæ cōfrin
git cedros Libani, quæ homines deijcit,
& à vitijs separat. Et hoc ipsum mutuo
acceperā, ait ille, quia diuina hæc vis nō
nostra, sed Dei est, quam nobis mutuat.
Qui ergo sine hac virtute se videt, ne cæ
dat ligna, sed potius ad Deum clamet, vt
ei restituatur, et tunc in opere conuersio
nis laboret. Mirè hoc Ignatius præstitit
per multos annos sibi uacās, seq; primū
perficies, vt alios pficere posset, curauit
cū primū Angelus fieri, vt tuba caneret.
Sed Angelicas aliquas eius virtutes i
tueamur, quas imitari debemus. Et pri-
C mum, vt aliarum radicem explicemus,
donum orationis maximum habuit, &
cum Deo ita familiariter agebat, ac ami
cus, cum amico. Et demum vt ipse patri
Laynez confessus est, eo peruenit, vt eēt
diuina patiens, q de Hierotheo B. Dio-
Dion. nysius magnificat, dicēs: Erat diuina pa
tiens. Hinc ea exarsit Deum charitate,
ut in omnibus maiorem Dei gloriā sem
per spectaret. Vnde illius titulus, & en-
comium est, Ignatius ad maiorem Dei
gloriam. Nec.n. contentus gloriam Dei
in omnibus quærere, maiorem semper
quæsiuit. Ex hoc vero ardentissima in
Deum charitate processit, vt insigni ar-
deret amore in proximos. Quē in pluri-
bus ostendit, in uniuersa regula religio-
nis suæ, quam in proximorum profectū
ordinauit. In eo egregio facto, cū se im- A
misit in lacum frigidissimum hyberno
tempore, vt transeuntem illac moneret
peccatorē vt a peccato abstineret, dicens
se illa frigiditate aquæ cruciandum, dū
ille illicite uoluptati se daret. Et in eo vel
maxime, quod cū lecto decumberet op-
pressus ægritudine, si graue aliquod alia
rum negotium intercederet, continuo è
lecto surgebat, et quasi sanus negotio in
cumbebat, uincente charitate ægritudi-
nem, & corporis infirmitatem. Hinc in
numeros subijt labores gaudens, vicit
semper in bono malum, reddens bonū
pro malis. En hominem Angelicum.
Sed illud silentio præterire non pos- B
sum, quo Ignatium Angeli nomen me-
ruisse oino asserendum est, quod ea fuit
præditus animi magnitudine, sic in eo
excelluit magnanimitas, ut nulla re tem
porali commoueretur, nec uero tangi vi Simile
deretur. Sicut.n. cælestia corpora nullas
suscipiunt peregrinas impressiones, cū
reliqua inferiora innumeras recipiant:
ita inter spiritus hominum illi supremi
censendi sunt, & Angelis persimiles, qui
inferioribus non tanguntur. Sicut.n. in
spūm corpus non angit, ita in hominem
spūalem inferiora nihil possunt, altissi-
mū.n. ille posuit refugium suū, nō acce-
det ad eum malū. Et sicut in cacumine
Olympi montis nulla perturbatio est
aeris, ut historici memorię prodiderunt:
ita pfectus uir sublatus a Deo est sup al C
titudines terrę: & iō terrenis nō cōmoue
tur. Hinc Gr. Liber mētis oculos attolle Greg.
re, & electos Dei exterius oppressos, quā
tæ intrinsecus arci psideāt, intueri, nā cū
cta, q exterius fulgēt, corā ei nihil sunt,
nā super se interius rapti aīum in altissi
mis figūt, q in hac vita patiunt, quasi lō
gæ a se posita, & aliena cōspiciunt, & dū
mēte extra carnē fieri decertant, pene ip
sa, quæ tolerāt, ignorāt. Hic Pau. Appor 1.Co.4
tamur, sed nō destituimur, psequutionē
patimur, sed nō derelinquimur, deijcimur,
sed nō perimus. Hęc animi magnitudo
ita in Ignatio splēduit, ut admirabilis fa
ctus sit, cum.n. uniuersa illius uita tot
psequutionib. infirmitatib9, ac doloribus
plena fuerit, ut cōtinua, ac una psequu-
tio

A tio dici potuerit, ac infirmitas, nunq̃ tñ afflicti animi signum, uel leuissimũ uisum fuerit, sed vu ltus in oĩbus æqualis, ac hilaris planè vultus eius nõ sũt in diuersa mutati, vt de Anna Scriptura ait. Et cũ graui ægritudine opprimeretur, audiretq; a medico, vtile ipsi futurum, si tristitia nulla premeretur, nec angori se daret, cogitare ipse cepit, an aliquid ita graue euenire posset, quod illum contristaret, & nihil tale inuenit. Cumq; ei vnum occurrere, quod magis cor eius tangere posset, si. s. societas dissolueretur, dixit, et si id fuerit, paruo temporis spatio in oratione posito ea animi pace, ac tranquillitate futurum, ac si nihil accidisset triste. Tñ miraculum est hæc animi magnitudo in aduersis, vt summum miraculũ sanctorum, hoc sit, et miraculum, miraculorum, quod reliqs oĩbus miraculis merito præponitur. Et ideo Pau. volẽs se Co-
2. Cor. 12. rinthijs commendare, ait. Ego. n. a uobis debui cõmẽdare, nihil. n. minus feci ab his, q̃ sũt supra modũ Apl̃i, tametsi nihil sũm. Signa aũt Apostolatus mei facta sunt sup vos in omni patientia, insignis, & pdigijs, & uirtutib. Vocat Pau: supra modum Apl̃os Petrum, Iacobũ,
D. Th. & Ioannem, ut ait D. Tho. cum autẽ signa Apostolatus enumerat, primo loco patientiam enumerat, qua magno, ac excelso aĩo aduersa tolerauerat, deinde numerat signa, & prodigia, q̃ miracula sũt
C ait D. Th. maiora & minora. Et hac de causa in titulo de reliquijs, & ueneratione sanctorum præcipitur ad sãcti canonizationẽ fieri præcipua informationẽ de laborum intolerãtia, ac patientia, potius q̃ de miraculis. Hoc est. n. signũ grãde, & uisio illa magna, de qua Moyses ait. Vadã & uidebo uisionẽ hãc magnã, q̃ sanè erat rubus igne plenus, integer,
Exo. 3. tñ pseuerãs. Magna planè visio, maximũ miraculũ hõ igne tribulationis ardens, nec tñ pusillanimitate consumptus. Ex hoc fuit maximũ miraculũ, q̃ dũ pateret Xp̃s exhibuit, cum reliqua omisit, q̃ aĩo forti, ac maximo passus fuit, nihil dices, aut faciẽs, quo aĩum deiectũ ostenderet.

Oñdimus Ignatium angelum fuisse, nunc uidẽdũ est, quo pacto tuba cecinerit. Hoc certè mire præstitit se ipso ac re- A
ligione sua, q̃ in hoc munus instituit, vt animarum saluti impẽse intẽderet. Hoc aũt esse tuba canere ex scriptura cõstat, sæpissimè Isa. ait. Quasi tuba exalta uo- Esa. 58
cẽ tuã. Et Osæ. ait. in gutture tuo sicut tu- Osea 8
ba. Et Ioel. Canite tuba ĩ Siõ. Et Amos. Ioel 2.
Si clãget tuba in ciuitate, & populus nõ Amo. 3
expauescet. Sicut. n. clangor tubæ exortatio est militũ ad pugnã, ita prædicatio exhortatio est ad pugnam ineũdam aduersus dæmonẽ. Hoc aũt Ignatius præstitit, implẽs illud Isaiæ. Super mõtẽ ex- Esa. 58
celsũ ascende tu, qui Euangelizas Siõ, exalta in fortitudine uocem tuam tu, q̃ Euangelizas Hierusalẽ. An non mirabitis fortitudo uocis Ignatij, quæ obstinatorũ corda in meliorẽ mentẽ cõmuta- B
uit? Cui deniq; nobiles, principes, & inimici acerrimi sudebant? An nõ mirabilis fortitudo illa uerborũ, cũ dixit Isaac, maneto nobiscũ, quibus mutauit aĩum perfidi, & obstinati Iudæi, qui Cathecumenus cũ esset, agitatus supra modum a demone Christianam religione omnino deserere statuerat? Tñ hoc miracu ũ est, subdito animum induratum cõmutare, ut Gre. censeat, maius esse q̃ mortuũ suscitare. Hãc uocis Ignatii miram vim demones experti clamabant, summũ eorum hostem, q̃ in terris uersaretur, esse Ignatium. Tuba etiã fortitudine cecinit per religionem suam, quæ cum fructum C
animorum fecit, tum in fidelibus permouendis, tum in hereticis confutandis, ac cõuertendis, tũ in gentiũ conuersione, ut multis libris explicari nõ possit. Et ideo merito Societati uerba Ioannis tribuere possumus, q̃ntus Angelus tuba cecinit.

Filij uer. eius eum imitari debent, sic quæ illius laudes præcipue celebrabunt. Gregor. Nissenus laudibus Basilii ait, Sicut nullus ita verbis exprimere poterit quem in sigillo aliquo sunt, ac is, q̃ illum imprimit in cera, & lineas ceręimpressas ostendit, ita nullus ita laudibus ferre uirum sanctum poterit, ac is, qui se ipsũ cerã efficit, & in se exprimit sancti illius uirtutes. Sic ego a nobis laudãdus Ignati⁹ est, sic. n. filii eius efficiunt imitatione, & tũc marito dicetur. Mortuus est

A est pater eius, & quasi non est mortuus: si
Ecc. 30 mile enim reliquit sibi post se. Oẽs qdẽ sancti nobis proponũtur imitandi, vniuersi. n. fuere uirgæ illæ, quas Iacob i canalibus posuit, ut ea intuentes oues, varios, & maculosos, fętus cõciperent. Singula riuero ratione eos imitari debemus quos patres appellamus. Hinc Pau. Mementote præpositorũ uestrorũ, q uobis loquuti sunt uerbũ Dei, quorum intuentes exitũ conuersationis, imitamini fidẽ. Hinc Isai. Attẽdite ad petrã unde excisi estis, & ad cauernam laci, de qua pręcisi estis, attendite ad Abraham patrem vestrum, et ad Sarã, quæ peperit uos. Hinc ad filios suos Pa. ait. imitatores mei esto te, sicut, & ego Christi. Tenetur enim filius nobilis uiri nobilia præstare. Tanti ergo patris filij cum simus, eum imitemur. Singulari aũt ratione hi, qui in initio religionis eam ingressi sunt, ad hoc tenentur, quia oĩum successorum exemplar esse debent, & in initio religionis cum sint, reputare se debẽt quasi nouos Dei ministros, nouus uerò minister oĩno curare debet, in oĩb. sollicite inseruire. Ministri quidem antiqui, & qui multis annis tum ipsi, tum eorũ progenitores in domo aliqua ministrarũt, licet in multis negligentes sint, tolerari solẽt, & multa, quæ petunt, obtinent, ẽt ut à suo munere aliquando uacent, & otiẽtur: at minister, qui nunc in domum ingreditur, multo aliter se habet, nec enim uacare permittitur, nec defectus illius tolerãtur. Certe multæ sunt in Dei Ecclesia religiones sanctæ, & spiritu feruentes: sed licet earum aliqua aliquando licentiose ageret, licet uacaret, licet multa obsequia Dei Ecclesiæ non pręstaret, tolerãda esset, quoniam ueteranus miles est antiquus Dei minister, & ꝑpter priora obsequia tolerari aliquamdiu posset, sed qui nouus miles, qui nunc ministrare incipit, sollicite se agere debet. Qui a patribus multa hæreditauit bona licet ea ipse non acquirat, parẽtum bonis uitã ducit, non sic is, qui labore suo ea acquirere debet, laboremus ergo strenue qui postrema hora in uineã vocati sumus, ut similem denarium cum primis recipiamus.

Ce. 19.

He. 14.

Isa. 51.

1. Cor. 11.

B

Simile

C

SECVNDA PARS A

Vel altera Concio

Qua exponitur Ignatij pręclara militia, qua Deo militauit postquam sęculo militauerat.

THEMA.

Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in quam uocatus es, confessus bonam confessionem coram multis testibus.

1. Tim. 6.

B



Ignatius Ex Loyole illustri familia in Guipuzcoa natus, adolescens sæculo huic militauit, & Gallis inuadentibus. Nauarram, a duce Nauarræ positus fuit Pampelonæ, custodiæ causa cum paucis alijs. Sed magno Gallorum exercitu reliqui exercitũ vrbem relinquere omniuo decreuerũt. Ignatius uero multis uerbis homines ab eo cõsilio reuocare conatus, ubi se nihil proficere hortando perspexit ardentibus oculis detestatus ignauiam, perfidiamque, spectantibus omnibus in arcem solus introiuit, quam cum paucis ĩ ea commorantibus tueri decreuit. Cum uero arcis custodes deditionem tractarent, quod in tãta propugnatorum paucitate contra tantas hostium copias negarent plerique locum obtineri posse diutius, Ignatius, quo erat animi, & corporis robore quã acerrime sese rursus opposuit, remq; disiecit. Cum uerò Galli tormentis arcem quatere, atque diruere cæpissent, Hispani, eos hortante Ignatio, uerbis, exemplisque arcem tuebantur. Tunc uero lapis e muro excisus vt globi, lęuam Ignatij tibiam grauiter læsit, & globus ipse dexteram adeo labefactauit, ut e uestigio semianimis corruerit. Quo deiecto, deditio facta est. Silentio nunc prætereo plura C

alia,

A alia quibus animi magnitudinem miles mundi ostendit, vt ad ea veniamus, quæ Dei miles effectus præstitit. Sicut enim piscatores Christus uocauit dicens: Faciam vos fieri piscatores hominũ, ita militẽ Ignatium ad militiã uocauit. Et vitæ spiritualis initia instructio militaris fuit. Cum.n. nosset, in more positum esse, ut nobiles equites antequam in ordines referantur, in sacris ædibus noctem vnã armati excubent (quod in Hispania peruigilium armorum appellãt) militarem illum ritum ad rudiméta Christianæ perfectionis in semetipso trãsferre constituit. Et ideo sacco indutus, fune que præcinctus, relictis priorib. uestib. nouis armis circundatus ante aram beatæ Mariæ mõtis Serrati tota nocte ĩ oratione fuit. Atque in hunc modum Christianæ militiæ nomẽ ex aĩo dedit Ignatius. Et paulo ante a Deo vocat' fuit ad militiæ normã. Cum.n. liberos legisset inanes, lectoque decumbens, ut tempus falleret librum similem posceret, nullus huius modi inuẽtus est, sed alter quo sãctorum flores, ac egregia facta cõtinebãtur quorum quibusdam perlectis varijs cogitationib. cor eius vrgebatur, cũ.n. excelso esset corde, semp magna cogitabat. Iam ergo occurrebant eius animo, ut in mundi obsequium magna opera, præstaret, quib. insignis esset, iam verò recolens sanctorum miranda opera, C quæ, ut Deo obsequerentur, prestiterãt, ea imitari inducebat ĩ animum. Hac uicissitudine, & quasi conflictu dies aliqd exagitatus est, cum ĩ eius pectore uirtus ac mundus pene ex æquo certarent, anxiusque erat, quam uiam teneret. Sed diuina luce perfusus, animaduertit a mundi cogitationibus, ut erant inanes ipsæ, sic se ieiunium, & aridam ab his autem, quæ sanctæ erant, uelut a pabulo salutari lætum uegetumq; discedere: liquidoque perspexit, fucata, & insidiosa bona quantum a veris distarent. Tunc firmo animo decreuit, uiam Dei tenere, ĩ militiam eius adscribi, & ingentia facta ĩ illa præstare, cuius. ut diximus, arma postea suscepit, & sic militiæ huic nomen dedit, & laborauit tãq̃ bonus miles Xpi Iesu, certans bonum certamen fidei, ut Paulus ait in uerbis initio propositis.

Mat. 4.

A Ex his uero, quæ nunc diximus, illud omnino accidisse Ignatio apparet, quod Amalechitæ illi, de quo sic habet sacra Regũ historia, Inuenerũt uirum Aegyptium in agro, & adduxerũt eũ ad Dauid, dederuntque ei panẽ, ut comederet, & biberet, aquã, qui cũ comedisset, reuersus est spiritus eius, & refocillatus ẽ. Dixit itaque ei Dauid cuius es tu? vel unde et quo pergis. Qui ait, puer Aegypti' ego sum, seruus uiri Amalechitæ, dereliquit autem me Dominus meus, q̃a ęgrotare cæpi nudi' tertius. Huc autẽ duce Dauid ad hostes ductus eos superauit, & predã uniuersam tulit, quę a Sicelegablata fuerat. B Aegyptius fuerat Ignatius dũ vanitati deditus erat, sic.n. magnus Antoni' uiros sæculi huius compellebat, cum.n. ei dicebatur, aliquem aduentasse ut eũ q̃reret, interrogabat, Aegyptius ne esset, an Hierosolymita? quibus uerbis interrogabat, an Deo adhęrendi studio, uel tempor ali cupiditate ad eum quærendum ille uenisset? Is ergo Aegyptius est, qui caduca, & terrena quærit. Relictus vero a mundo Ignatius fuit, cum ægrotare grauiter cœpit vulnere in tibia accepto, tunc substitit, nec sequi potuit Dominum suum, nec bellum peragere. Sed eum lassum, ad infirmum Dauid assumpsit, qui præliabatur prælia Domini, ut certaret bonum certamen fidei, cum.n. C ducem exercitus sui Christus cõstituit, vt hostes superaret, & ablatam iam prædam caperet. Et sicut tunc clamauerunt milites, hęc est præda Dauid. Ita nunc Societas uniuersa, quæ a mundi tyrãni deliberata est, non præda Ignatij, sed Dauidis dicitur, non Societas Ignatij, sed Societas Iesu nuncupatur, Simili & ratione præda animarum, quã a dæmonis potestate uiri Societatis eripiunt, dicenda est Christi præda, non nostra, q̃a neque qui plantat est aliquid, neque q rigat, sed qui incrementum dat Deus. Nemo ergo dicat. Ego sum Pauli, ego sum Apollo, sed ego sum Christi. Et nos socios dicamus non Ignatij, sed Christi, quod summa contentione Ignatius curauit,

1. Reg. 30

2. Co. 3

rauit,

A rauit,ex quo ei mirabilis uisio apparuit. Cum enim Romam properaret cum socijs, res ei contigit ad memoriam posteritatis insignis,& ad societatis consolationem mirabilis. Etenim orandi causa non longe ab urbe in templum ingresso Ignatio, statimque ut sæpe solebat, abstracto a sensibus atque alta quadã animi contemplatione defixo, clarissima in luce per speciem illi sese Deus pater ostẽdit, Iesu filio baiulanti crucem,& crudelissimis affecto supplicijs psentẽ Ignatium, sociosque commendans, quos ille cum in fidem ac patrocinium libentissime recepisset, ad Ignatium placido & sereno uultu conuersus,& hæc ipsa effari verba dignatus est: Ego uobis Romę ꝓpitius ero. Quo tanto tãquam diuino solatio mirum in modum erectus & confirmatus Ignatius est. Et hoc ipsum uel in primis fuit causæ, cur Ignatius confirmatæ postmodum societati, salutare potissimum Iesu nomẽ indiderit, quia eos in socios Christus admiserat. A sæculari ergo militia vocatus Ignatius est ad Christi militiam, ut prę̃liaretur cum Dauid prælia Domini, ut certaret bonum certamen fidei,& ad hoc societatem instituit,& quasi militum copiam collegit quasi strenuus dux.

B

Sed ut hoc ipsum magis pateat, attendendum est, ea de causa potissimum in mundum Christum venisse, ut illum expugnaret, dęmonem superaret,& mũdũ ab eius potestate eriperet. Hoc ipse expressit parabola illa, qua ait. Cum fortis armatus custodit atriũ suum, in pace sũt omnia, quę possidet, si aũt fortior illo superueniens vicerit eũ, omnia spolia eius aufert. Et alibi ait. Nũc princeps huius mundi eijcietur foras,& ego si exaltatus fuero a terra, oĩa trahã ad me. Et in Apocalypsi Ioannes ait. Ecce equus albus,& qui sedebat super eum uocabatur fidelis & uerax,& cũ iustitia iudicat, et pugnat & uocabatur nomen eius uerbũ Dei. Et exercitus, qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis albis uestiti byssino albo & mundo. Et uidi bestiam,& reges terræ,& exercitus eorum congregatos ad faciẽdum prælium cum illo, qui sedebat in equo,& cum exercitu eius. Prælium hoc a Christo inceptũ durabit usque in mundi finem, cum supremum bellum cum Antichristo geretur. Cũ uero Christus in cœlum ascendit, suis præcepit, ut hoc Dei prælium præliarentur,& euntes in uniuersum mundum, illum Deo subijcerent,& à dæmonis potestate liberarent. Hoc fuit Apostolorum munus,& eorum, qui imitati sunt. Sicut autem rex, qui in curia sua est,& misso exercitu suo ad prælium magni momẽti, curat præcipuè ea, quæ ad exercitum pertinent,& nummos,& ac cibaria mittit indies,& nouos milites, qui prioribus auxilio sint. Ita militanti suæ Ecclesiæ sæpius Christus auxiliares mittit copias fortes, ac nouos milites, qui vita, ac doctrina fidelibus sint præsidio,& parta tueantur,& noua regna Deo acquirant, ut Christi regnum crescat. Si enim Nabuchodonosor habuit mysterium consilij sui cum ducibus suis, dixitque cogitationem suam esse, ut omnem terram suo subiugaret imperio, cur non eadem Christus cogitet, qui est hæres uniuersorum, cui a patre data est potestas in cœlo,& in terra? Cur non idipsum Christi milites cogitent,& curent? Cur non huius rei causa circumeant mare,& aridam, ut faciant plures proselytos? Cur non re inquam ad hoc opus peragendum uniuersa alia,& militarem uitam ducant,& laboribus militiæ se dedant? Hinc factum est, ut postquam Christus hoc in bello uictor occubuit, Apostoli hoc bellum strenue gesserint,& in eo fœliciter occubuerint,& deinde plurimi eorum filij,& imitatores,& fidem tutati sunt, ac propagauerunt. Ad hoc autem opus religiones destinauit Deus in Ecclesiam, quæ acies militum sunt, chori castrorum, quos in humanitate uidere licet, qui omnia mũdi reliquerunt, ut huic bello omnino intenderent. His religionibus mirum in modum Deus exercitum suum auxit ac corroborauit. Et quemadmodum exercitus conflatur ex diuersis militib. diuersis etiam vexillis, ac etiam nationibus, sed unus exercitus est sub uno duce

Margin notes: A; Simile; B; Iudit. 2; C; Luc. 11; Ioã. 12; Apo. 19; Simile

A ducem,idem oēs intendunt, vnū oēs sunt, mutuoque se iuuāt, ita licet diuersę sint in Ecclesia religiones sed vnū esse debēt corde charitate,sineq; mutuoque se iuuare debent. Et quemadmodum ciues ī ciuitatibus securi degūt, milites uero in duris armis pericula subeunt,ut ciues seruentur,& in laboribus illi uersantur,ut ciues,quiescant. Ita prælatoru m,doctorū,ac religiosorū est,excubias agere, cū hostibus decertare,uitia extirpare,uirtutes augere,in hoc.n.cōstituti sunt. Hinc ad Ieremiā dr. Ecce cōstitui te hodie sup
Iere. 1. gentes,& super regna, ut euellas,& destruas,& disperdas,et ędifices,& plātes.

Hoc consilio hisce diebus misit Deus Societatem Iesu in mūdum,& illius du
B cem Ignatium,tanquam nouam aciem, quæ prēsidio sit,ac leuamini antiquis militibus,ac ueteranis. Solet lætari exercitus,cum noua acies aduenit, quæ illum iuuet,& noui,qui ueniunt milites,exemplo antiquorum militum ad eximia patranda facta accenduntur, ita ergo Dei Ecclesia,& illius milites antiqui lætari debent Societate hac noua, & illa egregia priorum facta attendens strenue se gerere debet. Sed ut Ignatij uitam,ac filiorum eius describamus, explicandum nobis est quomodo fidei certamen obeūdum est,quo pacto Deo militandum.

Chrys. Chrysostom.to.5.in homilia de militia spirituali ait. Miles durioribus legibus adstrictus est quam ciuis,illa namque relinquenda ciuitas,ac domus propria est
C & illius delitiæ dies noctesque laboriosas ducere debet, armis indui onerosis, victus illi parcus est,solum necessaria ei ministrātur,& hæc quidē aspera, & ab omni voluptate aliena. Hoc ipsū miles Christi præstare debet,ut ostēdit Paul. Labora sicut bonus miles Christi Iesu,
2.Ti.2 nemo militās Deo implicat se negotijs sæ
De.20. cularib.ut ei placeat,q se ,pbauit. Hinc in lege præceptum fuit,ut pugnam non iniret,qui sponsam nuperduxerat, q ui neam denuo plantasset, aut domū ædificasset. Ad hoc bellum oportet exui uniuersa impedimenta. Nam qui in Agone contendit,ab omnibus se abstinet,nudus cū nudo luctari dēt, ne si uestitus sit,habeat unde teneatur,& succūbat,ut Gregor.ait. Quia ergo delitiæ, ac diuitiæ impedimento esse solent, spinæque sunt verbum suffocantes, uoto paupertatis,ac castitatis hæc tolluntur. Perditus Annibal,& eius exercitus fuit delitijs Capuæ,quibus debilitati milites infirmi redditi sunt,& à Scipione superati. Hæc mire præstitit Ignatius tanquā bonus miles. De Angelica illius castitate quid dicam? Initio conuersionis de castitate seruāda sollicitus,ratus nullum continentiæ præsidium posse firmius inueniri quam Dei matris patrocinium in eius maxime clientelam, fidemque confugit,ac studio uirtutis incensus illico fecit,ut eidem uirgini sacratissimæ sese irreuocabili uoto castitatis obstringe- B
ret. Qd religiosi animi obsequium,& sacrificium pro sua infinita bonitate ratū, & gratum Deus ipse uidetur habuisse, quando quidem beatissima uirgine deprecante,uidelicet ex eo tempore,ad extremum usque diem Ignatius plane omni sensu libidinis caruit. Deinde uitæ instituit rationem asperrimam uictu, atque uestitu, & ea fuit ī Deum fiducia,atque extrema paupertate ut nauigaturus in Ierusalem,nec nummos, nec victum deferret, ne quid de summa paupertate, et magna in Deum fiducia,unquam minueret. An non ista mutatio dexteræ excelsi fuit? quis enim hominem in Angelum,quis carnem ī spiritum mutare po- Simile
tuit nisi Deus? Certè sicut planetarum C
influxus ac beneuolus respectus in hāc terræ partem ueniens eam mutat ī lapillum pretiosissimum, cum reliqua quæ adiacent, quasi terra uilis relinquantur ita planè Dei respectus in electos illius, illius oculi respicientes singulari gratia Ignatium,e terra in cœlum mutauerit, è uili pretiosissimum reddiderunt.

Sed hic forsan hæresis,& dices,cum Ignatius asperrimam uitam duxerat, qua de causa noluit eandem socijs indicere,& certa regula eam taxare, ac suis subeundam omnino proponere? Planè religiosa uita aspera esse debet, & à delitijs aliena,& pęnitentiæ laborib. plena, & huius modi uitam suos ducere

Igna-

A Ignatius voluit, vt ex illius constitutionib. liquido cõstat. Voluit tñ, ut hæc aspera uita primũ q̃rat in interiori affectuũ mortificatione, in iugi Dei memoria, ac cõpositione interioris hoïs, quæ oium asperitatũ sũma est. Deinde voluit suos impēse proximorũ saluti impendere, & hac ĩre oẽs vires corporis cõsumere, cui rei ita intendere nequaq̃ possent, si nimiũ vires debilitarẽt alijs externis laborib. Et ideo iudicio superiorum reliquit asperitates taxandas, qui coutẽ orospicerẽt, quid cuiq; viriũ superesset post labores plurimos in proximos impensos, vt corpus affligere posset, & ea adhibita cõsideratione, cuiq; penitentiæ rõnẽ taxaret. Ac tandẽ, sicut Deus humanitatẽ in-
Sicut ergo infidelis non iudicatur iudicio discussionis, sed condemnationis, quia qui nō credit, iam iudicatus est. Sic per aliud extremum, qui omnia reliquit uno actu explēuit omnia opera misericordiæ, de quibus iudicandi sunt alii, ideo illi non iudicabuntur, sed alios iudicabunt, qui sibi reseruauerunt temporalia, etiam sanctiores se, & qui eos excedunt gloria essentiali, hæc tamen accidē A tali iudicandi soli pauperes spiritu donabuntur. Abulens. super cap. 15. Mat- Abulē. thæi, quæst. 324. addit sanctos omnes cathalogo sanctorum adscriptos non iudicandos, sed iudicaturos cum Apostolis, quia iam ipsi Ecclesię iudicio iudicati sunt.

Ex quo patet optima cōditio eorum, qui uoluntariā paupertatem sunt sequuti omnia pro Christo relinquentes: hęc enim temporalia tandem relinquenda sunt, quod si uoluntarie relinquis ea, maximo donaberis pręmio, si non, audi q̄ do relinquis Isa. 2. Oculi sublimes homini humiliati sunt, & incuruabitur altitudo uirorum, & leuabitur Dominus solus in die illa, & idola penitus contererentur, quia dies Domini exercituum super B omnem carnē. Tunc solus Christus erit Dominus nunc enim sunt dij multi, & domini multi an, nō muliter Deus tuus nummus, &c. tūc hæc idola penitus cōterentur non solum a Deo, sed & tu ea manifestabis, & maledices, nec abscondes, ut Rachel Isa. 2. In illa die proijciet hō idola auri, & argenti, & dicet oīb. egredere, & quemadmodum, qui naufragiū patitur proijcit merces in mare, ita tunc proijcies, maledices, contemnes temporalia omnia, sed sera tunc duceris pænitentia, sicut pænitentia ductus Iudas retulit triginta argenteos, & laqueo se suspendit, similis huic erit illa pæniten- tia. Vide idola cordis tui quæ sunt, & ca 1. Re. 5 dent illa sine dubio, enim coram arca cadit Dagon, multo magis coram iudi- C cante Christo omnia mundi alia, nec uero solum uadent Christo imperante, sed & te proiiciente, contemnente, & maledicēte ea, sed cum tūc relinquetis nihill prodest, si modo relinqs, si ab omnibus te abdicaueris iudex eris in iudicio illo. Holcot Sapient. quarta lect. 56. uidēs simia uenatorē duos habēs iuxta se fætus, dilectiorē inter brachia sumens fugit, alter uidēs se despici matrē, uel iniuriā cōcendēs eam commitatur, fugit simia onerata duobus fœtibus, lassatur relinquit dilectum, sed alter eam sic opprimit, ut cum eo in manus deueniat uenatoris, fugis

A gis o homo mortem & iudicium, sed nõ effugies, capis tecum peccati delectatio nẽ, sed culpã non tollis: tñ illa collo tuo affixa sequitur, tandem in morte & iudicio perdes omnem peccati delectationẽ, culpa te commitante in æternum.

Tertio erũt in iudicio accusatores, qui multi erunt, primo Angeli boni, qui nos custodierunt, & uiderũt diuinas in nos misericordias. Iob. 20. Reuelabunt cęli iniquitatem eius. Scdo dæmones. Apoc. 12. Proiectus est accusator fratrũ nostrorum, quorum accusationem Aug. dicit.
Aug. Aequissime iudex iudica eum meũ esse per culpam, qui tuus esse noluit per gratiam tuus per passionem, meos per suasionem, tibi inobediens, mihi obediens,
B nunquã ego pro eo sanguinem fudi, ut tu fudisti, & me plus dilexit quam te, uide innumera peccata eius, qui modo tã facile tibi ostendit peccata quomodo postea difficile monstrabit? quis malum perpetrat eo suadente, qui hoc solum intendit, ut continuo accuset?

Tertio accusat ipsa consciẽtia, in qua omnia peccata exarata sunt. Hiere. Peccatũ Iudã scriptũ est stillo ferreo, vngue que adamantino, in cornib. ararum ve-
Hie. 17 strarum, in tabulis cordis uestri, ibi ut in tabulis oĩa quę gessisti, apparebũt. Quarto homines socios accusabũt, ipse Moyses accusat uos, qui scandalizati sunt accusabunt scandalizantem, filij parentes & tandem omnis creatura, quia male es
C vsus, lapis de pariete clamabit. Iacob. 5. Diuitię vestre putrefectę sunt, uestimenta a tineis comesta sunt, aurũ, & argẽtũ uestrũ, æruginauit, & ærugo eorũ uobis in testimoniũ erit. Et tandem omnia secreta Deus pandet, sicut dicit Dñs ad Dauid. Tu fecisti hoc secreto, & ego faciam in conspectu solis huius.

Testes necessarij non erunt in re oĩbus notissima. Nihil opertũ quod nõ reueletur, nec absconditum, quod non sciatur
1. Reg. 12. Deꝰ testis omniũ. Malac. 3. Testis uelox oĩb. maleficis adulteris, & piuris. Iob.
Ma. 10 16. Ecce testis meꝰ in cęlo, & cõsciꝰ meus i excelsis. Hie. 29. Ego ero testis et iudex.

Quarto erunt tibi iudicandi oẽs mortales. Matt. 25. Congregabũtur ante eũ omnes gentes. Rom. 14. Oẽs stabimus A ante tribunal Christi, scriptum est. n. uiuo ego dicit Dñs, quoniã mihi flectetur omne genu & oĩs lingua confitebitꝰ Deo quia cũ omniũ fuerit redemptor, & humiliatus patris obedientia, ibi exaltãdus & ab omnibus adorandus, et oẽ genu ei flectendũ uelint nolint, cælestium terrestrium, & infernorũ. Corã illo procidẽt Ps. 71.
Aethiopes, & inimici eius terrã lingent. Primo ergo oĩs hõ iudicandus iudicio approbationis, uel reprobationis, sed iudicio discussionis non iudicantur paupe res spiritu, sed iudicant, quia fiunt q sup ædificãt aurũ, argẽtũ, lapides preciosos: qui uero temporalibus addicti ædificant fœnum, lignum, &c. iudicabũtur iudicio discussionis, ut uideat qualiter eleemosyna peccata redemerit. Similiter omnes B impij iudicabuntꝰ iudicio reprobationis, sed discussionis soli fideles, nã infideles iã iudicati sunt, sicut inimici reipublicę anteq̃ audiant, necant, sed ciues priusq̃ interimantur, discutiendi, & audiendi in iudicio sunt. Vnde Gre. 16. Moral. c. 24. duæ futuræ sunt tũc partes electorũ, & Greg. reprobrorũ, sed bini in quolibet ordne continentꝰ, alij. n. iudicãtur & pereũt, ut mali Christiani, alij nõ iudicãtur & pereũt, ut infideles, alij nõ iudicãtꝰ, & regnãt, ut boni fideles, alij nõ iudicantꝰ, & regnãt, ut uiri Apostolici. Angeli uero ibi aderũt nõ ut iudicandi, sed in Xpi ministeriũ, q eorũ est caput & rex: Data est mihi oĩs potestas in cęlo & in terra. Iudica- Ma. 28 buntꝰ uero Angeli quoad pręmiũ accidẽ C tale, uel pœnam eis peruenientem ex salute, uel perditionem hominum, quam iuuerũt & in hoc uerum habet illud Paul. Nescitis, quoniã Angelos iudicabimus? 1. Co. 5 Pueri etiã sine baptismo decedentes ibi aderũt. Ex quo patet hoc iudicium esse conuẽtũ generalissimum cœli & terræ.

De loco iudicij. Ioel. 3. Congregabo oẽs gentes, & deducam eas in valle Iosaphat, & disceptabo ibi cum eis, q̃ uallis est ad radicem montis Oliueti, unde Christus ascendit in cælum, & alia mysteria perfecit. Veniet vero Christus in Aug. forma gloriosa ut August. dicit tanta cũ maiestate, ut ab oĩb. cognoscatur Deus sedens

A sedens ad dexterã Patris: sic Matth. 26. Amodo (idest postmodum) videbitis filium hois venientem in nubib. cœli, sedẽtẽ à dextris virtutis Dei. i. videbitis in tãta maiestate uenientẽ, vt in filio hois agnoscatis filium Dei ad eius dexteram sedentem, de quo Daniel. 7. Aspiciebam donec throni positi sũt, & antiquus dierum sedit, aspiciebãt ego ĩ uisione noctis & ecce cũ nubib. cæli, quasi fili⁹ hois veniebat, & vsq; ad antiquũ dierũ peruenit, & dedit ei ptãtẽ, & honorẽ, & regnũ, & oẽs populi trib. & linguæ illi seruiẽt, & ptãs eius potestas ęterna, q̃ nõ auferetur.

Dan. 7

Tunc libri aperti sunt, quia in oĩ conscientia scripta sũt oĩa peccata manifestabũtur, tum ei qui ea fecit, tũ uniuerso mundo virtute diuina, iõ dr̃ dies ista reuelationis, Illuminabit abscondita tenebrarũ, & manifestabit cõsilia cordiũ: qñ videris abominationes tuas corã te, & oẽs hæc uideãt, ò inaudita confusio, cum. n. illud iudicium sit publicũ, oĩb. oĩa patere debent, ait Aug. Similiter oĩa merita iustorum ipsis, & oĩb. manifestabuntur in eorum gloriam, q non solum misericordia, sed merito ad tantam gloriã deuenere, ibi implebitur illud Ioan. Si qs. mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus, qui in cęlis est. Et Luc. Qui me confessus fuerit coram hominib. & filius hoĩs confitebitur illum coram Angelis Dei. Peccata iustorũ (Magister Sõtent. dicit.) non reuelãda, quia de eis dr̃, quorum tecta sunt peccata. Sed certum est reuelanda fore, sed non in cõfusionẽ, quia non reuelantur puniẽda, sed ut materia pœnitentiæ, cuius uis ibi aperitur: vnde nõ erunt pudori, sed laudi, sicut. n. Deus facta pœnitentia omnium delictorum non recordatur amplius, nec cum eo erit pudor, ita hoc diuinum iudicium ipse in omnibus constituet, tanta est vis pœnitentiæ, & diuinæ gratiæ.

B
1. Co. 4
Aug.
Ioã. 12.
Luc. 12
Magis.
C

Modus iudicij est, omnis accusatio, et discussio mentaliter peragenda est, sed Christi sñia ore Christi proferetur uoce grandi, ait Greg. priusq; ad bonos loquetur filios dexteræ in dextera collocatos, Venite benedicti, Videbit ibi multos, q nunq̃ peccauere mortaliter, o q̃ fęlices q nunq̃ extitere proditores, alios qui pauca peccantes multa pniæ fecere opera: alios qui tandem peccata uicerunt, seminauerunt lachrymas, & opera fructus que pnĩa dignos, aspiciet eos Christus dulcissimis oculis, tanq̃ fideles seruos, imo amantissimos filios, ut eo solum possint obliuisci oĩum laborum suorum, qs nõsset, qui hi sunt, ut eorum deosculaceť pedes? venite benedicti, iam non erit luctus nec ullus dolor, quoniã priora transierunt, est merces operi tuo, percipite ergo regnum, quia oẽs uos reges estis, nudus fui, & operuisti me, tũc uidebis plus tibi profecisse nummum in eleemosynã datum, q̃ millia milliũ quæ insumpsisti vane. Ecce in die mala liberabit eũ dñs, qui intelligit super egenum, & pauperẽ, nec satis dictum putat, quamdiu uni ex his minimis meis fecistis, pro me fecistis sed ingentissimæ emphasis gratia, mihi fecistis, stupenda Dei dignatio, cum sedeat in sede maiestatis suæ, ut eleemosynarum merita summe extollat, nihil cũctabitur, confiteri, & pauperem, & egenum fuisse, qui in personis pauperum ad ianuas esurierit nostras, si ergo non sufficit tibi Christus pauper, ut uiscera aperias, sufficiat uel saltem ille inenarrabilis honor, quando coram omni mundo cõfitebitur se pauperem à te alitum.

Greg.
Ma. 25
Ps. 40.
B

Ite maledicti, oẽ mel effudit ĩ bonos, & oẽm misericordię thesaurum, versus ad sinistram incredibili ira (ab ira tua libera nos dñe) dicet, ite. Isa. 30. labia eius repleta sũt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorãs. Apoc. 1. Vidit eum oculis flammeis, & ĩ ore eius gladius ex vtraq; parte acutus. Ignei oculi ostẽdũt Christi furorẽ, quia illuminabit abscondita tenebrarũ, gladius uerò vt dicit Rupertus & Aretas sup Apoc. mõ est ĩ vagina: sm illud Ps. Accingere gladio tuo super femur tuũ potentissime, quia nũc hortatur ad pñiam, cõsilia pbet: sed tũc silebũt monita salutis, & euaginatũ gladium bis acutũ ore portat, ut intelligas gladium esse pro lingua, utraq; parte acutum, quia corpus & animam trãsuerberabit, Ier. 7. Duplici cõtritione cõtere eos. Duplex peccati malũ, auersio à Deo con-

C
Rupe.
Aretas
Ps. 44.

A conuersio ad creaturam, de quib. Iere. 2. Duo mala fecit, populus meus, quib. duo supplicia rñdent duæ pęnæ dãni & sensus. Prima damni, noluistis Deũ in æternum recedet a uobis, ite, discedite, non me in æternum uideatis, quanta hæc sit pęna dici non potest, quia est amissio infiniti boni, & sicut eum uidere omne bonũ, illo carere omne malum. Chryso. decem mille gehennæ non est tantum malum, ac ab illa beata uita excidere, talem amittere thesaurum, qualis Deus est, & hoc in perpetuas æternitates indicibile malum, exultare in æternum a beata Ierusalem infęlicitas summa, infinito bono priuari infinitũ est malũ, & sicut ex Dei uisione resultat sũmus amor gaudium, ita ex hac priuatione summum odium, & summus dolor. Secunda sensus, in ignẽ æternum: respondet hæc conuersioni, per ignem uero nõ solũ ignem accipe, sed omne quod in illa misera regione torquet, de quo innumera sancti, quanta uero illa sint mala ostẽdit, quod ibi potentiã suam ostendit Deus in inimicis torquendis, sapientiam in tormentis inueniendis, bonitatẽ in suppliciis eorum, qui eam offenderunt, sicut ergo ut suos beatificet in cęlo innumera adinuenit bona, ita ut satisfiat eius indignationi innumera ĩ inferno adinuenit mala. Sagittas meas complebo in eis, ò gẽs misera, & miseranda posita in signũ ad omnes Dei sagittas, inimica omnipotentis.

Chrys. (margin)

B (margin)

De. 32. (margin)

C

CONCIO.

De tertio nouissimo.

Inferno, scilicet.

THEMA.

Præparata est ab heri Thopheth à rege præparata, profunda, & dilatata. Nutrimentum eius ignis, & ligna multa, flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam. Isa. 30.



Vm omnia propter semetipsũ operatus sit Dñs, infernum et in sui gloriã fecit. Sicut.n. glorificat Deus in pręmijs bonorum, ita glorificatur in supplicijs dãnatorum. Hinc Moyses ait. Sicut ante lętatus est Dominus super uos, bene uobis faciens, uosque multiplicans, sic lętabitur disperdens uos, atq; subuertens. Sicut in regis gloriam cedit, fidelem muneribus afficere, & proditorem supplicijs. Quia in altero Dei misericordia, in altero iustitia manifesta sit. Quædam.n. misericordia uasa sunt, quædam uasa iræ apta in interitũ, illa replebit misericordia, ut effluat, & superefluat, hæc vero ira. In Dei etiam gloriam cedit inferni vltio, quia tanta erit, ut ex ea colligi possit immensa Dei bonitas, cũ sic eius offensor puniatur. Et hoc ex maximũ, qd de inferni tormentis dicere possumus, quod tanta erunt, vt respondeãt diuinæ bonitati, in quam damnati peccauerũt.

A (margin)

B (margin)

De hoc supplicio loquitur Isai. c. 30. Ecce nomen Dñi uenit de lõginquo, ardens furor eius, & grauis ad portãdũ: labia eius repletã sũt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorãs, spũs eius velut torrens mundus usq; ad mediũ colli, ad perdendas gentes in nihilũ. Quibus verbis uenientẽ in iudiciũ Chrm describit, ut ęternas pęnas improbis imponat.

Isa. 30. (margin)

Tunc uerò lætabuntur iusti de damnatione impiorum, quia lætabit iustus, cum uiderit uindictã; ut Psal. ait. Et ibi addit Isai. Cãticum erit uobis sicut uox sanctificatæ solẽnitatis, quæ verba Hieron. explicat de cantico iustorum, cum viderint malorum interitum, sicut cantauerunt egressi ex Aegypto, cum uiderunt Aegyptios suffocatos, cũ dixerunt: Cantemus Dño, gloriose.n. magnificatus est, equum & ascensorem proiecit in mare. Et ideo Ioannes in Apocalypsi vidit eos, qui uicerunt bestiam stantes super mare vitreum. Habentes cytharas Dei, & cãtantes canticum Moysi serui Dei. Quia sicut Moyses suffocatis Aegyptijs cantauit, & dixit: Cãtemus dño gloriose, &c. Ita sancti cantabunt Xpo in iudicio uidentes ultionem de impijs sumptam. Quo vero Deus gloriam suã ostendant in hac punitione, ut ei decantari possit, ostendit Isaias eodem capite subiungens. Et auditam faciem Dominus

Psal. 57. (margin)

Hiero. (margin)

C (margin)

Exo. 15 (margin)

Apo. 15 (margin)

minus

A minus gloriã uocis ei⁹ & terrorẽ brachij sui ostẽdet in cōmin: t one furoris,& flã ma ignis deuorãtis. Et tãdẽ ĩfernũ descri bẽs ait. Pręparata est ab heri Thopheth, & cætera,quæ in themate dicta sunt.

Sed primum inquires, quid sit Thopheth. Multa de hoc loco refert Iansenius in cōcordia Euang.c.40. Fuit iuxta Hierusalem ad radicem montis Moria uallis irrigua fontib. Siloe amęnissima. quæ dicebatur Gehinnon, idest, uallis Hinnon,ut hr̃ Iosue 15.& 18. Vbi Iudęi erexerunt idolum Moloch,cui filios cōbustos immolabant. Quem locum dixerant etiam Thopheth quod significat tympanum,quia tibi tympana pulsabã tur, dum filij cremabãtur,ne eorum eiulatibus auditis patres commouerentur.

B Hunc locum Iosias contaminauit proiectis in eum ossibus mortuorum,ut dicit 4.Re.23. Contaminauit quoq; Thopheth,q̃ est in conualle filij Enõ. Et p Hie. comminatur Deus,non uocãdum eum locum Thopheth,non etiã Gehinnon, sed uallem occisionis. Ideò nomine loci illius infernus iam intelligitur,tum q̃a ibi pueri cremabantur,tum pp loci contaminationem postea factam. Et ideo ĩ Euangelio infernus dr̃ Gehenna, à Gehinnon. Nũc ergo Isaias ait. Præparata est ab hæri, idest a præterito tempore, Thopheth,idest infernus,a rege, Deo scilicet, p̃funda,q̃a in terrę cẽtro,dilatata, ut oẽs damnatos capiat. Vnde Isai. ait. Propterea dilatauit infern⁹ os suũ absq; termino. Et ĩ eo ignis,& ligna multa,dãC nati.i.qui sunt ligna uitis a uite præcisa, & arbores sine fructu,quæ exciduntur, & in ignem mittuntur. Flatus uero Domini eã succendit,quia æternus est ignis ille Deo sic disponente, in quo in æternum impij ardebunt.

Sed obijcis,qũo Deus infinite bonus, & misericors prædicatur,si æterno igne punit Chrys.hom.50. ad populum Antiochenum,hanc quæstionem proponit, & soluit dicẽs: vis Deum uidere bonũ? Propter se mundum non creauit,sed pp nos. Qm̃ si ipse mundo indiguisset,prius illum creasset,bonitate ergo sola ductus eum cōdidit. Bonus ergo Deus est. De inde qui solem suum oriri facit super bonos & malos,an nõ bonus est?& q̃ sãguinẽ p̃ inimicis fudit,an nõ optimus? Sed ait Marcionista quidam,si peccatorum rationem non exigeret bonitatis esset,si tam seueram rationem exigit,non adeo bonus est. Ita quidem peccator uellet Deum sibi effingere conuenientem, qui eum non puniret. Sed dico:si peccatorum rõnem exigit,bonus est,si non exigeret,bonus nõ esset. Dic enim mihi. Nisi rationẽ exigeret,staret uita humana?nonne inferas erupissemus? Nam si timoribus,& pœnis imminẽtib. nõ coerceremur pisces superarem⁹, alter alterũ comedẽtes,leones, & lupos uinceremus aliena rapientes,si timor, & pœna nõ esset,qua:is uita foret?quis iam foret,qui

B fabulis celebratur,labirynthus ad mũdi confusionẽ?quis patrem reueteretur?q̃s uoluptati pepercisset? In domo tua id tibi manifestum faciam,habes plures seruos,sciunt hi, nullum esse supplicium, quicquid agant,licet domum uertant, licet vxorem,& liberos perdant,qualis obsecro domus tua esset? An hoc bonitatis esset, si vxorem liberos, & domum tuam perdi permitteres, ut seruis licentiam dares?non hoc bonitatis,sed stultitiæ,& crudelitatis esset. Nec hoc dico in seruis solum,& sed in filijs,si scirẽt, nullum esse supplicium,quales euaderent? Hominibus bonum est punire, cur non Deo? Quia ergo Deus bonus est,ideo infernum parauit. Est & alia ĩ hac re Dei bonitas,quod gehenna posita non permittit bonos fieri malos,nam si deberẽt C eadẽ assequi,omnes essent mali. Nũc verò contigit timore carnes nostras,a iudicijs enim tuis timui. Hinc Psaltes: Lætabitur iustus,cum viderit uindictam,manus suas lauabit in sanguine peccatorũ, non insultans,sed timens,ne eadem patiatur,puriorem suam efficit uitã,& manus lauat. Sed ais,satis ad hoc esset minari,nec necesse er t punire. Punit,& tu dicis,minę sũt,si tãtũ minæ essent,q̃d diceres;q̃d taceres? Si Niniuitę cognoscerẽt,minas tãtũ eẽ,pęnitẽtiã nõ egissent, Vis id tãtũ esse minas? Ipse Domin⁹ es fecti,meliοr efficere, & minæ tantum erunt,

Marginalia (left): Iansе. — Hier.7 & 19. — Isai. 5. — Chrys.
Marginalia (right): A Mat.5. — B — C Ps. 54.

A erunt, si uerò ruinas cōtempseris, uenies ad experientiā. Qui in diluuio perierūt: si minas timuissent, nō periculum sustinuisset, sic & tu. Hæc Chrysostomus.

Sed quoniam inferni pœnas multas, ac graues audiuimus, eas sigillatim expendamus. Prima ac potentissima pœna est damni, respondes auersioni peccati. Quia enim peccator auertit se à Deo, in æternum eo, & illius gloria priuabitur. Quantum hoc sit malum nulla humana ratio assequi potest, quia tantum malum est boni alicuius priuatio, quantum bonum illud est, quo priuat: cum ergo bonum, quo damnatus priuatur, sit infinitum, & omnem superet cogitatum, similiter & pœna ista. Alijs

B quidem particularibus bonis carere, malum est, ut priuari uisu, honore, diuitijs, vxore, ac similibus, quid ergo erit priuatio

Simile summi, & infiniti boni? Finge nunc principem magni regni hæredem, cui cum regnum hæreditare deberet, eo priuatur, & diuitis gloria, ac honore, quæ sperabat, cum regno, & cum feris eijcitur, vt Nabuchodonosor, quo dolore tāgeretur? Quid ergo erit hominem pri-

Chrys. uari regno æterno, ac infinito? Chrysostomus hom. 17. ad populum Antiochenum ait. Multi inferni ignem timent, sed ego maxime dico amaram gloriæ amissionem. Sic enim intelligitur illud

Ps. 10. Psalmi: Pluet super peccatores laqueos

C ignis, sulphur, et spiritus procellarū pars calicis eorum, quasi dicat, hæc oīa minima pars erit, & quasi gutta calicis amari, quem epotabunt, quia præcipua pars calicis eorum, & maximum malum pœna est damni. Addit Chrysostom⁹. Qui non nouimus magnitudinem cęlestium bonorum, non possumus intelligere, quantum sit malum illis priuari. Paulus qui illa uidit, melius id nosset. Hæc pœna notatur a Christo Domino illis verbis: Discedite à me, & nescio uos, & illis

Ma. 25 etiam, abscondam faciem meam ab eis,
De. 32. & similibus.

Ad hanc etiam damni pœnam pertinet inimicitia Dei æterna, qua se ident damnati odio à Deo habitos in æternum: summa, ait Chrysostomus pœna erit, cū audierint. Nescio vos, Discedite A a me, ò uerbum asperum, audire accusātem nos ac dicentem; Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Videre vultum eius auersantem nos, terribile omnino erit. Qua confusione audies dicentem, dedi sanguinem meum tibi, nec dare uoluisti mihi parum panis: hæc uero audiet peccator coram vniuerso mundo. Sicut pœna damni intellectus est, carere diuina visione, ita pœna damni uolūtatis erit, uidere Deum sibi in æternum inimicum, simulque uidere nunquā ab eius manibus euaturum, sed perpetuò sub eius futurum pedibus conculcandū id. n. in mūdo summo dolore nos afficere solet. Hinc perpetua, iugisque rabies oritur, odiū Dei, & summa afflicti, qa uniuersa ista in damnati pęnā conuertūtur. B

Secunda inferni pęna ignis est, quo in perpetuum damnatus ardebit, nec tñ consumetur. Hæc uero respondēt in ordinatę conuersioni ad creaturā. De qua dicitur. Ite maledicti in ignem æternum Ma. 25
Et iterum. Excidetur, & in ignē mittet, Mat. 3.
& ardet. Et iterum. Quātū glorificauit Apo. 18
se, & in delitijs fuit, tātum date ei tormētum, & luctū. Nec uero ignis ille similis nostro, licet enim eiusdem sit speciei cū nostro, tamen ille multo est actiuior, adeo, ut quasi pictus noster ignis sit, si cū illo conferatur. Inter ignes vero etiam in hoc sæculo uidemus distantiam plurimam, ignis. n. fulminis multo actiuior C
est, q̄ ignis vulgaris. Interrogo ergo nūc vos cum Isaia. Audite, qui longe estis, q̄ Isai. 33
fecerim, & cognoscite uicini fortitudinē meam. Cōterriti sunt in Siō peccatores, possedit tremor hypocritas. Quis poterit habitare de uobis cū igne deuorante, qs habitare de uobis cū ardorib. sempiternis? Si in igne manū tenere ad paruū tempus non sustines, quomodo sustinebis igne ardere inferni in æternum a pedibus ad caput vsque?

Tertium inferni supplicium est oīum sensuum pęna, nec enim tactus, in quo homo excedit cuncta animantia, ut Aristoteles ait solum torquebitur, sed etiam omnes alij sensus: uisus enim torquebitur, horribilibus, tenebris, & tremendis figuris, Arist.

A figuris, quæ ea excedent, quæ olim Aegypti passi sunt. Auditus terrebitur strepitibus maximis, gemitibus, & vlulatibus inenarrabilibus. Olfactus torquebitur intolerabili fœtore, quia in mundi purgatione, & renouatione uniuersa mũdi peripsemata in sentiam illam descendent, illuc congregabitur mundi fæx vniuersa. Gustus torquebitur misera fame, & siti, & prauo aliquo humore inficietur ut iugiter gustẽt fel, ac absynthium. Quibus oĩbus adde societatem malignorum spiritum, de quibus Saluator ait.
Ma.25 Ite maledicti in ignem æternũ, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Omnib. sensibus nunc delectaris, aut delectari quæris, tunc omnis sensus torquebitur.

B Quarta inferni pœna est congregatio oĩum dolorum, vniuersi.n. in damnatũ irruẽt, dolor capitis acerrimus, dolor dẽtiũ grauissimus, dolor stomachi durissimus, podagræ dolor intolerabilis, & sic
Iob 20 de oĩ alio dolore dicendũ. Hinc Iob ait, Cum satiatus fuerit, arctabic, æstuabit, & oĩs dolor irruet super eum. Vtinam impleat uenter eius, ut immittat in eum iram furoris sui, & pluat super illũ bellũ suum. Pẽsandum est uerbum illud, omnis dolor irruet in eum nullus.n. dolor est, qui dãnatũ nõ cruciet, & illud pluat super eum bellũ suum, quia sicut in bello solẽt innumera tela in hostes iaci, quę
C ita multa sunt, ut pluuiæ guttis assimilẽtur, ita pluet Deus bellũ in hostes suos, innumeros immittens dolores. Caue ergo ô peccator, ne impleatur uenter tuus peccatis, bibis vero iniquitatem quasi aquam ea copia, ut cito implendus sis, cũ vero impletus fueris, oĩs dolor irruet in ter. Id ipsum significat dñs illis uerbis:
De.32. Congregabo super eos mala, & sagittas meas cõplebo in ei, quasi dicat. Sparserã ego mala multa in multos, sed in dãnatos uniuersa cõgregabo nulla in pharetra mea sagitta manebit, q̃ in eo non dirigam, oẽ malum, q̃ fieri põt, illis faciã. Miserandum oĩno spectaculum, hoĩem videre scopũ factum diuinarum sagittarum. Si media hora dolorẽ uehemẽtissimũ toleras extra te sis, qua obsecro rabie vexaberis, cum omnis dolor simul, & sine intermissione cruciabit te? Nũc summus dolor aliquando sensum hebetat, ne sentiat, at in inferno acuet potius.

Quinta inferni pœna, erunt supplicia quædam particularia, ut ita dicam, quæ diuersitati criminum respondet. Ibi.n. superbus mirè deprimetur, & inhonorabitur ab oĩbus, ibi auarus in mira egestate erit, ibi epulo mira affligetur fame, & siti, vt nec gutta aquæ ei concedatur, ibi inhonestus miris, & exquisitis doloribus cruciabitur. Et tandem ut Ps. ait. Psa.48
Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. Sed quõ oues sunt, nonne hic fuerunt lupi, tygrides, leones? fuerũt certè: sed diuina vltio eos reddidit oues, ac ita mansuefecit, ut nul i malo resistere ualeãt, sed mors depascat eos. Depascere uero dr̃, ait Gregor. quia sicut ouis depascens herbam, non eam radicitus euellit, sed ita pascit, ut manẽte radice iterum herba crescat, ut iterũ depascatur, ita semper mors depascit miseros, quia semper illis relinquitur uita, ut tormẽta ualeant sustinere. Vnde nec illa dicenda uita est, nec mors. Mors.n. terminum dicit, uita vero bonũ: ibi vero mors est sine termino, & uita sine bono, & requie. B Greg.
Merito ergo dictũ est. Bonũ erat ei, si natus non fuisset hõ ille, quia pabulum erit morti perpetuæ. Addit Psal. Et dominabũtur iusti eorũ in matutino, & auxiliũ eorum ueterascet in inferno a glia eorũ. Ma.26
Matutinum dicit resurrectionẽ, in qua à somno mortis surgẽt iusti, & tunc stabunt in magna cõstantia aduersus eos, q̃ se angustiauerunt Tunc vero auxiliũ impiorum ueterascet, i. putrescet, & deficiet, abolebitur, peribit inutilis prorsus erit eorum potẽtia. A gloria eorum, ait, idest, post ipsorum gloriã, sicut Latine dicitur, a cena, i. post cœnam. Hebræa habent. Petra eorum (idest fortitudo potẽtia, præsidium ad inueterascẽdũ supple erit) in inferno, ab habitaculo suo, id est, post suum gloriosum domicilium. C

Sexta inferni pœna est uermis perpetuus, quo eorum cor contabescet et mordebitur. De quo scriptum est: Vermis eorum non morietur. Hic uero est pęnitẽtia perpetuo, sine ullo fructu, quam dam- Ma.10

A nati in inferno semper habent. Sicut enim vermis exit à putredine ligni, & semper lignum corrodit, sic ex animę peccatis procedit etiam nunc morsus cõscientiæ, & displicentia, qua homo sibi dicit, malè feci, perperam operatus sum. At uero nũc inspicimus peccata sub velamento delectationis, & ideo nõ ita fœda apparent, in inferno uero uidebũtur cum vniuersa fęditate, quã Deus damnato ostendet, & dæmon, & tormenta, quę peccatorum causa patiuntur. Et sic erit damnato iu≈is, & perpetuus dolor, cum sibi dicet, ergo erraui, malum perpetraui, facilè potuisse hæc vniuersa mala uitare, & bona æterna consequi erit ergo perpetuũ væ damnato, cum hęc uideat,
B cum recordetur, fuisse se in ecclesia, diu expectatum ad pœnitentiam, ac uocatũ à Deo, & memorabitur bonorum, quæ bona reputauit, dum uiueret, cum bona non essent, & cum uideat sub illis latuisse infinita illa mala, quæ patitur dicet il-
Sap. 5. lud Sapiẽtis. Quod profuit nobis superbia? diuitiarũ iactãtia qd cõtulit nobis?

Septima pęna, quę superiores grauat nimium, et singularis etiam est pęna, est æternitas uniuersorum horum malorũ,
Ma. 25 sine vlla spe illi unquam euadendi. De
Isa. 30. qua dominus ait. Ite maledicti in ignem ęternũ. Et ibidẽ in supplicium æternũ. De qua æternitate Isaias ait. A voce.n. Dominus pauebit Assur, virga percussus, & erit trãsitus virgæ fundatus, q̃ requiescere faciet dominus super eũ. Qua-
Hier. si dicat, ait ibi Hier. Nequaquã eum vir-
C go percutiet, & eã rursus leuabit, ac more cædentium finem faciet verberandi, sed quasi fundatã, & alta radice defixã
Isa. 24 in pœnis eius faciet permanere. De eadem æternitate idẽ Esaias agit. Agitatione agitabit terra sicut ebrius, & grauabit eã iniquitas sua, & corruet, & nõ adijciet, ut resurgat. Et erit in die illa, vitabit dñs super militiam cęli in excelso, & super reges terrę, qui sunt super terrã, & congregabunt in congregationẽ unius fascis in lacũ, & claudẽtur ibi in carcere & post multos dies visitabunt. Quidam hæc verba accipiunt de extremo iudicio in quo iterũ uitabuntur, ac damnabuntur impij. Sed in Hebræo loco illius dictionis post, est in, quasi dicat in multis diebus uisitabũtur, idest in æternum punientur dæmones, & homines, ex quib. vnus fascis colligitur. Hæc penarũ æternitas est fides certissima. Et hæc est summũ malũ, ac tantum, ut uniuersum humanum iudicium absorbeat. Si enim finis aliquis illarum pœnarum esset, licet longissimus, & pœnæ acerbissimæ, aliquo modo tolerari posset. Sed tanta mala, ac sine termino, horrendum prorsus ac formidandum est. Si damnato Deus diceret post millia annorum tenuissimum terræ puluerem accipiam, & in nihilum redigam, & cum consummauero ac annihilauero uniuersam terram hac-
via, & ordine, tunc liberaberis, aliquam B susciperet consolationem damnatus. At dicere, in æternum liberandus non es, omnimodam inducit desperationem, et summum supplicium. Et ita certè erit. Vnde Psa. ait: Laborabit in ęternum, & Ps. 84. viuet adhuc in finẽ. Diximus vero hanc æternitatem non solum esse aliarum pęnarum modum, sed & pœnam singularem, quia ex illa prouenit, vt damnatus non solum patiatur pœnam præsentem sed sciẽs certo illam futuram ęternam, quasi pondus totius æternitatis super se sustinens, modo patitur, quod in æternum patietur. Certe tanta res hæc æternitas est, vt alius quam Deus talem pœnam infligere non posset, nullum enim esset creatum cor adeo magnum, ac con- C stans, ut ęternam pęnam infligeret. Sed triumphator in Israel non parcet, & pœ- 1. Reg. nitudine non flectetur. 15.

Sed obijcies, crudelitatis esse uidetur imponere pœnam tantam, ac æternam homini præsertim multis, qui uno, aut duobus peccatis mortalibus admissis decesserunt. Nec in cõsonare uidetur Dei ingenio, de quo Psaltes ait. Aut obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in irã sua misericordias suas? Respondet Augustinus libro 21. de Ciuitate. Vbi la- Augu. tissimè de hac pœnarum ęternitate disseruit, etiam cum damnatis misericordiam Dei non contineri, quia punit citra condignum. Deinde crudelitas ista non est

sed

A sed æquissima iustitia. Primo, quia vt Greg. ait, iustum est, vt qui in suo æterno peccauit in Deum, in æterno Dei puniatur. Non quod homo tota uita peccauerit, sed quia ex hoc ipso, quod in finē in peccato stetit, voluntatem habuit in æternum peccādi, iniqui enim votu issēt sine fine viuere, vt sine fine potuissēt in iniquitatibus permanere. Deinde peccatum quatenus Dei offensa est, infinitum est malum, quia contra infinitum bonū & quo digniori s est, cui fit iniuria, eo culpa, & pœna ei debita maior est. Cum ergo Deus infinitus peccato offendatur infinita offensa illa est, & infinita pœna digna, q̄ cū nō infligat intensione, infligit duratione. V.m uero huius rationis
B colligi facile est, si attēdas, necessariā fuisse Christi passionē ad satisfactionē Deo reddendam de iustitia pro hoīs peccato, erat.n. infinita offensa, & iō persona infinita ei debuit satisfacere, ut infinitū infinito compensaret. Et qui participat X̄pi satisfactionē, infinitā Deo offert satisfactionē, qui uero eam nō participat, ut damnatus infinitā pœnā iuste patit.

Ex his, quæ hucusque tradidimus, aliqua colligere licet. Primum timorem Dei, qui est terribilis in consilijs super
Ma.10 filios hominum, & æterno igne punit momentaneum peccatum. Ostendam autē uobis, quem timore debetis, timete eū, q postquam occiderit corpus, potest aīam mittere in gehennam ignis. Cū aliquod
C malum maximum est, & pluribus congregatis dicitur, vnus vestrū hoc malū incurret, omnes pauent, & quo malum maius est, licet inter plures vni contingere debeat, omnes timent. Cum ergo dānatio æterna infinitum sit malum, etiam si infiniti homines essent, & eis cōgregatis diceretur, vnus vestrum damnabit, omnes pauere deberent. Quanto ergo magis timendum est, cum audierimus.
Eccl.1 Stultorū infinitus est numerus. Et dila
Isa. 5. tauit infernus os suū absq; termino, &
Mic.7 lata est porta, & spatiosa uia, quæ ducit ad perditionē, & multi intrant per eam. An non timendum, & tremendum.

Secundo, ex dictis collige, quam sit malum peccatum. Vides hominem in suspēdium duci, & in uia igneis forcipibus corpus illius dilaniatur, colliges ex graui supplicio grauissimum hominis scelus, quantum ergo illud erit piaculū, qd tanta, ac æterna pœna, unitur? Hoc uero explicatur amplius exēplo matris dulcissimæ, quæ unicum, & unicē dilectum filium in fornacem mitteret ignis ardentis, in quo ea inspectantes per plures arderet annos, de quo diximus in tomo secundo nostrarum concionum Dominica septima post Pentecosten.

Demum nobis colligendum est, si dementes non sumus, hic agere pœnitentiam, ne pœnas experiamur æternas. Ne
Psa.77 tibi accidat illud psalm. Et excitatus est
B tanquam dormiens dominus, tāquā potēs crapulatus a uino, & percussit inimicos suos in posteriora, op.pbrū sēpiternū dedit illis. Quasi dormit nunc dominus, cū dissimulat peccata hominū propter pœnitentiam, factus sicut homo nō audiens, & non habens in ore suo redargutiones, exeitabitur tamen aliquando, & ira tanta, ut appareat crapulatus, ac
Psal.6. furibūdus, unde Psaltes. Dn̄e ne in furore tuo arguas me. Licet.n. iusta Dei sententiam in peccatorem sit, dū eū æterna pœna punit, tn̄ humana iudicio fu-
Mat. ror apparet, ac ebrietas. Ergo ò homo, quid tibi restat? Iā securis ad radicē arboris posita est, oīs ergo arbor, quæ non facit fructū bonū, excidetur, & in ignē
C mittetur. Terra fructum non proferens maledicta est, tu ergo proximus male-
Heb.6 dicto, & inferno cum sis non timebis?
Psa.30 Retribuet Deus abūdanter facienti superbiam. Hinc factum est, ut sancti se dānarēt ad asperrimam uitæ rationem, vt æternam fugerent damnationem: hinc quidam in vepres, ignes, niues, aquas frigidissimas se darent, deserta peterent
Aba.3 ne peccarent. Hinc Abacuch ait. Ingrediatur putredo in ossib. meis, & subter me scateat, ut requiescā in die tribulationis,
He.10. Tu ergo tecum cogita, & dic. Horrendū est incidere in manus Dei uiuentis. Caue ergo infernū tanquā oium malorum congregationem. Sicut.n. beatitudo est status oium bonorū aggregatione perfectus, ita infernus est omnium malorum

A lorum aggregatio,& ęterni ignis crucia- Isa.34.
tus. Audi demum Isaiam, Et conuertentur torrentes eius in picē,& humus eius in sulphur,& erit terra eius in picem ardentem, nocte,& die nō extinguitur, in sempiternum ascendet fumus eius. Caue ô homo hoc sempiternum, hanc æternitatem, hanc perpetuitatem,& ad Deū conuertere, licet dolore id agendum sit, vt æternus euadas dolores.

CONCIO.

De quarto nouissimo. Gloria scilicet cœlesti.

THEMA.

B *Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt illum, nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum. Isa.64. & 1.Corint.2.*



His, quæ Paulus de cælesti glia loquēs dicit, aio deficere possumus, vt ea loquamur, quis .n. enarrabit, q̄ nec oculus uidit nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascenderunt? nobis uero ait Paulus, reuelauit Deus per spūm suum, spūs enim scrutatur ēt profunda Dei, solus ergo hic spiritus ea reuelare potest sunt.n. illa profunda Dei, hic spiritus bonus, qui deducit in terram rectam, quo flante nauiga- C
tionem conficimus,& portū salutis consequimur, hic idem est, qui bona immēsa illic parata reuelare nobis potest, cum ergo nunc petamus petamus.

Cognitio gloriæ cælestis nobis promissę, regnique nobis parati ab origine mundi, non utilis solummodo, sed omnino necessaria est fideli, piq; uiro in illud tēdenti, simul uero est iocūdissimo oīque suauitate plena. Qd necessaria sit, manifestum est, cū ea beatitudo finis sit oīum hoīum finis uero cognitio ita est necessaria, ut sine illa nullum agens libere operari possit, oīa,n. q̄ agūt, pp finē agunt, ait Aristo. Quod adeo uerum est, ut non Aristo.
homo solum libere operans, sed & brutam, q natura ducit pp finem agat, non & ea q̄ sensu carent, interno quodā, & tacito impulsum in ipsum ferunt finem atq; adeo pp finem agere dnr. Cum ergo beata illa ac fœlix uita, finis noster sit, ea sq; permouēdus aius noster est, ut operari non cesset, semper ante mentis nrę oculos uersari oportet, ut nunq̄ eā ē conspectu amittamus nro. Quantū vero pmij maximi cognitio animum nostrum permoueat, ut operi assistat, familiari hoc exemplo facile cognoscēs; Finge tibi aliquē hoiem, cui suadere velis, Simile
ut q̄ citissimo cursu aliquod millia passuum conficiat, & in Regis curiam ueniat, cum primum hoc audierit, uidebis hominem pigrum, tardum, hęsitantem, ac cūctabūdum. Sed si statim subijcias, B
simul, atq; hoc cōfeceris iter, & in curiā veneris, fies proculdubio Hispaniarum rex tunc non tardus, non morosus, non hæsitās esses, nec solum correre, sed euolare vellet, si posset, quid alind hunc hominem tā subito excitauit, nisi propositum ob oculos premium? An non id cōtigisse Dauidi dices, cum eum audis dicentem: Propter uerba labiorum tuorū Ps.118
ego custodiui uias duras,& iterum inclinaui cor meū ad faciēdas iustificationes tuas, propter retributionē? Quę nam uię duræ erant? nisi uiæ mandatorum Dei, sed pp verba labiorum Dei, diuina promissa, has uias nō ambulauit solum, verum & cucurrit,& eisdē promissis inclinauit cor, quod alio uersum erat. Hinc C
ēt. Gen. 13. cū ad maximas grauissimasque res aggrediendas vellet Dñs excitare Abrahamum, sic ad eum loquutus est. Leua oculos tuos i directū, a loco in quo nūc es, ad Aquilonē, & Meridiem, ad Orientem,& Occidētē, omnē terrā, quā cōspicis tibi dabo & semini tuo. terra uero illa, q̄ Deus Abrahę promisit, terram uiuentium, in qua portio iustorū est, prǽsignificat cœlestem. s. patriam. Eiusdem rei exemplum prǽclarum est in Dauid. 1. Reg. 17. interroganti. Quid dabitur uiro, qui percusserit Philistęum hunc? cui responsum est, uirum qui percusserit eum, ditabit rex diuitijs magnis,& filiam suam dabit ei, & domū patris eius faciet absq; tributo in Israel?
His

A His auditis, ita eius animus accensus est ad ineũdum certamẽ cũ Philisthæo, vt nullam interposuerit morã, quin statim ad pugnam descenderit, licet Golias ille tutris carnea appareret omnib. formidanda: tantum allicit animum præmium eximium homini propositum:
Heb. 11 Hic Paulus enumeratis præclaris Moysi gestis, adiecit: Aspiciebat. n. in remunerationem. A nobis ergo cum multa exigant præclara facinora, cũ fortiter nobis cũ dæmone sit cõtendendũ, cũ uia arcta atq; difficilis percurrẽda, oĩno necessarium nobis est, ne deficiamus aĩo, ob oculos ꝓponi debet finis tãtus, beatitudo maxima, regnũ celeste, quod nos manet, nobisq; finis laborum omnium est.

B Sed quoniã initio diximus hanc gloriæ tractationem non solum necessariã, verumetiam iocũdissimam nobis fore, id restat exẽplo aliquo manifestandum, quod erit huiusmodi: Si rex Hispaniarũ
Simile vnicum filium suum, & omnium bonorum hæredem, simul ac natus esset, longe & in ultimas regiones mitteret educandum, ne delitijs aulicis, & blanditijs corruptus, (vt fieri solet) in prima illa ætate pro uirtutibus uitia una cum lacte animo imbiberet, cuius quidem infantuli curam fido proboq; homini cõmitteret, ut ab ineunte ætate ita princeps ille instrueretur, vt optimis morib. & disciplinis imbueretur, uirtutibusq; ornaretur, tanquam pulcherrimis animi ornamentis, atque his artibus, & disciplinis operã daret, quæ maxime principe uiro digna sunt. Vt cum sic fuerit educatus, omniq; uirtute præditus, tandem ad patrem reducatur, & princeps omni regno declaretur, toto vero illo tẽpore, quo sic educatur inscius ille est, cuiusnam filius sit, atque illum regna expectant. Si ergo tunc aliquis consilij secretique conscius ad eum accederet, quæreret, num nouerit cuius filius, sit quo respondente, & planè, ignoro quis mihi sit pater, solũ enim in pedagogi domo me esse noui, alter adijceret principis magni sine dubio illius filius es, exoptaret ille nosse cujus nam, si tandem ei diceret, potentissimi Hispaniarum Regis filius hæres es, quid ille suauius ac iucundius hoc nuncio accidere posset? Quid gratius, quam de amplitudine tantorum regnorum, quæ expectat hæreditario iure, sermonem usurpare? Quod si hic regius puer quæreret, quid nam fuerit in causa, quod cum ipse sit tanti uiri filius, & tanti imperij hæres futurus, nunc tanta rerum inopia prematur? Ita alter respondebit, sic Hispani Reges filios suos educare consueuerunt, ne in luxu & delitijs enutriri, in uitia, morbosque animi incidant. Sed bonos animo esto, breui namque sublata omni simulatione regijs insigni bus ornandus es, & regali apparatu in regiam ducendus, princeps omnibus declarandus, quando rerum oĩum abundantia & gloria perfueris. In simili nos statu uersari testatur Ioannes his B
verbis. Charissimi nunc filij Dei sumus, 1. Io. 3.
sed nõdum apparuit, quid erimus, cum aũt apparuerit: similes ei erimus, quia vidtbimus eum sicuti est. Si tãta ille prior voluptatem cepit audiẽs filium se regis esse, quanta lætitia affici oportet eum, q audit filium se Dei esse? Audi ergo lætissimum nuncium. Charissimi nunc filij Ro. 8.
Dei sumus, quod si filij, & hæredes, ait Paulus. At dices, qũo cum sim filius tanti patris, nunc tam miser, & ærumnosus sum? Huic quæstioni respondit Ioãnes, quod illi principi in exemplo proposito responsum diximus. Nondum, inquit Ioannes, apparuit quid erimus, cum. n. cepisset Deus hoĩem in sua regia in delitijs, & rerum omnium affluentia educare, elatus superbia, & insolentia est: ideoque decreuit foris eũ educare, ꝓcul a paradiso expellere, ac parte illi necessaria suppeditare, vt ignoret cuius filius, & sublatis iumoris, & supb iæ causis, humili aĩo sit, & modesto, sed cito transferẽdus C
est in paternam domum, cum primum oĩ virture imbutus sit, & tũc. Similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Tunc regnabimus cum illo in æternũ, tunc principatus noster apparebit, tunc regijs ornamentis induemur. Quæ ergo nunc nobis gratissima oratio? Illa sine dubio, quæ magnitudinem, & sublimitatem regni, quod propediem possessuri

A furi sumus,declarabit. Spe gaudétes,ait
Ro. 12 Paulus in tribulatione patiétes. Hac re
exultat,& delectatur fidelis animus, cũ
Dan. 6 Daniele,qui cũ in Babylone captiuus te
neretur,in superiorem ædium suarũ par
tem conscendens,illic apertis trib. fene-
stris versus Hierusalem spectantib. ora
bat quotidie. Sicq; mirifice se reficiebat:
nec solebat aperire fenestras,quæ ad Ba
bylonem pertinebát, sed quæ ad Hieru
salem,nihil.n.est in mundo,quo oculos
conijcere debeamus, habemus fratres
charissimi domum intra nosmetipsos,
cuius pars inferior corpus est, superior
vero animus,in hac superiori parte tres
sunt fenestræ,tres potentiæ spũales,quæ
versus Hierusalem spectant,gloriam di
B uinam contéplantes, intellectus namq;
oẽ ens contemplatur, uoluntas uero in
vniuersum bonũ natura sua fertur,quo
rum utrumq; in solo Deo plene, & per-
fecte inuenitur, quam ob rem nulla alia
re,nisi ipso Deo mẽs hoĩs satiari potest.
Quod si per hasce fenestras prospexeris
cœlestem patriam,mirum in modum læ
taberis in hoc exilio, sicut qui dicebat.
Ps. 136 Spe gaudemus. Et Ps. Si non proposue-
ro Hierusalem in principio lætitię meę.
Vt ergo de re admodum necessaria,
iocundissimaque,qua aius oblectet̃,nũc
Isa. 25. dicamus,audi Isaiã, sic de hac re disserẽ
tem. In nouissimis diebus faciet Dñs in
hoc monte conuiuium pinguium, con-
uiuium uindemiæ, pinguium medulla-
C torum,uindemiæ defęcate, & pcipitabit
Dñs in monte isto faciẽ uinculi colliga-
ti super oẽs populos,& pcipitabit mortẽ
in sempiternũ,& auferet Dñs Deus la-
chrymã ab oĩ facie,& opprobriũ populi
sui auferet de uniuersa terra, quia Dñs
loquutus est. Quo loco manifeste Pro-
pheta exprimit cęlestẽ glřiã:ostẽdit ue-
ro diuinũ illud cõuiuiũ,qd sup dñi men
sam nobis parat̃, q̃ sit diuersum ab his,
q̃ mundus ac caro parare tibi possunt:
nõ.n.dare queũt aialia pinguia, & exos
sata,iõq; oĩa dãt macie confecta,ossibus
& spinis plena,ut libidinosi, & auari
usu quotidiano experiunt̃. Cęleste vero
cõuiuiũ oĩ deliciarũ gñe affluit,mirabili
suauitate oĩa sunt cõdita, q̃ in eo appo-
nunt̃,nullũ macilentũ aĩal,nullũ deniq;
os,q̃ Hispanẽ dr̃ (es bocado sin huesso)
ubi non solũ bona optatis rñdent,sed &
multis partib. superant oẽ humanũ desi
deriũ:illic veri honores,diuitiæ solidæ,
uoluptates ppetuæ,nulla amaritudine,
aut acerbitate cõspersæ,illic est oĩum bo
norũ cumulus,dolorũ, ac molestiarũ fu
ga,hinc ad cœlestẽ illã Hierusalẽ regius
uates ait. Lauda Hierusalẽ dñm,lauda
Deũ tuum Siõ,&c. Et adipe frumẽti sa- Ps. 147
tiat te,quasi dicat,tibi optima & suauis-
sima queq; seruata sunt,frumenti adeps
tibi dat̃,similia tibi relicta est:nobis ue-
ro ĩ hoc exilio uilissima & abiectissima
q̃q; ibi purissimũ aurũ, hic uilis scoria;
ibi panis ex simila, hic ex furfure. Vis
hoc experiẽtia cõprobare? Audi,cũ cęle-
stes illos ciues oĩ gaudio, ac dulcedine B
Deus replere noluerit, missurũs ignẽ ẽ,
q oĩa,q̃ ĩ terra ꝑtiosa hñr:in cinerẽ uer-
tat,metalla,gẽmas,uniones,margaritas
serica purpurea,uiridaria umbrosa,hor
tos amenissimos tecta magnifica, pul-
cherrima ædificia,oĩa.n.ista, q̃ nũc ho-
mines magnifaciũt, indigna beatorũ cõ
spectu cẽsent̃,et ad breuissimũ tpis mo-
mẽtũ,nec est qcq̃ in illis, ut semel dũta-
xat in ea beati cõijciãt oculos, nã si huic
vni usui inseruire possent, nunq̃ Deus
ea deleri ea conflagratione pateret̃. Sed
qd mirũ,cũ Pau. semel, & p trãsennã vi
derit illius regionis diuitias,oĩa q̃ in hoc
mundo dñr,apparẽtq; bona, stercora ar C
bitratus est,hæc ergo uniuersa arbitran
tes stercora sancti, ea è conspectu tolli
volunt illo igne,sicut tu stercus, quod è
regione domus tuæ est, tollere curas.

Ex quo facile a nobis colligi põt,quã-
ta sint bona illa cęlestia, q̃ expectamus,
cum oĩa,q̃ hic desiderãtur,stercora sint,
si illis conferantur. Et si in hac infima
abiectaque mundi parte bona multa po
sita sunt,quæ erunt illa,quæ in sua regia
filijs,& domesticis suis ꝑparauit Deus?
Huius rationis uim hoc proposito exẽ-
plo intelliges. Audisti sæpius domum es
se regiã oĩb. numeris absolutã, ornatissi Simile
mã,& structura mira con ectã,ad eam
accedis,ut domus ampli udinem oculis
videas,cumq; primum pedem in eius li-
men

A men ponis,& uides ianuam paruam in porticu domus,interrogas,quid illic sit. Audis,nihil hic est spectatu dignum,est enim hic lacus & carcer domus huius, hic custodia est,quia uincti tenentur regis inimici,& proditores,sursum uero sunt oĩa magna præclara,& rege immēso digna. Sed adhuc curiositate ductus, cum solum,ut uniuersam cõtempleris domũ veneris, ais,adhuc hunc carcerē uidere desidero,nihil.n.quod ad hanc domum pertineat,præterire uolo,carcer ergo tibi aperitur, & in eũ ingressus:undes regias aulas,& cameras ornatas argēto et auro,sericisq; auro intextis,inde pcedēs adhuc ditiora,et opulentiora,uides dein B de hortos,fluuios,fontes mirabiles arbores artificio summo cõpositas,& homines per ista discurrentes lætos,ridentes, ludentes,mirè ornatos,ac compositos, an non dices te deceptum cũ audisti carcerem illũ esse? Sed si adhuc a uiro fide digno audires,uere carcer hic est, nihil regiũ hic,nihil opulentum,vallis lachrymarum hic dicitur,locus angustiæ,in superioribus domus huius sunt bona omnia pulchra & pretiosa,diceres tunc,quęnā esse possunt in superioribus, domus istius bona:si hæc,quæ in carcere sunt, bona non sunt?quæ ibi erunt pretiosa,si hæc uilia censentur? audi ergo,dum nõ uides,q̃ in superiori parte domus sunt, qualia sunt,uel ex hoc disce,q hęc omnia,quæ uides,stercus sunt,si illis conferantur,surfures sunt,nihil sunt:dum ergo,quæ in cœlesti patria seruata nobis C sunt,non uidemus,hac coniectura illud inuestigabimus in hac lachrymarũ valle,in hoc carcere, in hoc exilio innumera bona malis,& improbis,Deus cõcessit,& inimicis suis, ac proditoribus hæc abundãter largitus est,ingredere regias principum, tũ Christianorum tũ Turcarum, & reliquorum omnium infidelium,& ea omnia in illis uidebis,quæ in illo carcere diximus, & illa omnia etiã inimicis Deus parauit,ea in carcere posuit, ex quo colliges, quanta illa erunt, quæ filijs in cœlesti patria seruant. Hinc

Ps. 72. cum Psal.impiorum prosperitatem describere uellet,cœpit his uerbis. Qua bonus Israel Deus his qui recto sũt corde. A Sed vnde hoc colligis?ex impiorum prosperitate,quam illis in carcere Deus tribuit,colligo quanta sunt illa,quæ in regia seruata sunt rectis corde.

Sed cũ hæc Isa.& Paul.explicare uellent,dicũt,nec oculus uidit, nec auris audiuit,nec in cor hominis ascenderũt,ut uerò,quæ dicturus sum,aiæ tuę sint salutaria,te nunc conuenio,ad te loquor virtuti incumbe,vitia derelinque,substãtiã alienã euome,delitias corporis sperne q̃ si dicas,difficilia hæc & ardua sunt,audi mercedem,vt hæc tibi leuia appareant. Sed q̃ ais mihi merces si hęc prestitero? vere merces vr̃a magna est i cęlo:sed audi qualis merces:primũ tanta est,ut oculus similē nõ uiderit. Vidisti potentissimũ regē,multis imperãtē regnis, multa ornatũ gloria diuitijs affluētē & delitijs magnatib. stipatũ,& oĩ mũdi gloria ornatum:hæc oĩa oculus uidit,multo ergo maiora,ac præstantiora tibi i cęlo seruata sunt,quia oculus similia nusquam uidit. Sed quia oculis pauca cõspexim⁹,auditu uero plura accepim⁹,subiũgit Pau. nec auris audiuit talia. Considera nunc oĩa q̃ audisti,q̃ multa sunt,& ualde multa,audisti namq; monarchias pręcipuas mũdi quatuor, Assyriorum,Persarũ,& Medorum, Græcorũ,& Romanorum. Audisti earũ amplitudinem,diuitias,imperia,bella, triũphos,audisti singula regna,Frãcos,Anglos, Germanos,africanos. Nunc ergo oĩa,quæ audisti simul in vnũ collige,& hęc oĩa nihil sunt,si cum C his conferantur,quæ i cœlesti patria tibi dabuntur,hæc.n.oĩa auris audiuit. Sed quia parũ adhuc est,q auris ocipit,multa uerò,quæ corde & imaginatione hõ fingere ualet,addit Paul.nec in cor hominis ascēderũt:effigies,figuraq,expressa diuinæ omnipotentiæ imaginatio est hois:sicut.n.Deus oĩa,quę uult põt,nũc ergo ait Pau.finge,quę tibi libuerint,finge tibi mille myriades mũdorum,adde innumeros mõtes aureos,& hæc omnia ma pura,& demum quicquid maximũ excogitare potes,& postea duplum,quadruplum excogita,& adhuc hæc omnia nihil sunt,si ea conferas cum gloria beati, qui

A ti,qui in infimo gradu est. O summe Deus uere magnus faciésq; magna uere merces nestra magna est in cœlis. Quis ergò labor grandis,quod opus arduum, si cum tanta mercede conferatur?

At uerò licet, quæ a nobis hactenus dicta sunt,vix credibilia esse uideantur sed maiora multò restant, quæ obruent omnia ea,quæ dicta sunt; nam id quod Isaias,& Paulus dixerunt superare gloriã cęlestem:omne quod uidimus,audiuimus,& excogitare possum?, de gloria etiam corporis uerum habet; quæ tanta futura est,cum corpus surget in gloria, vt omnem transcendat uisum,auditum ac cogitatum. Sed super gloriam corporis,gloria est animæ, quæ illam in immensum superat,& excedit, quãtum ipsa anima dignitate corpori est antepenẽ

B da.Solent sacri doctores inter utrãque gloriã animæ & corporis huiusmodi discrimen ponere. Constituunt regem inclytum prouincias,& ciuitates suę ditionis lustrantem,quem publica lætitia ingenti gaudio,& regali apparatu ciues suscipiunt,cui amplissima munera offerũtur,cui conuiuia maxima, geniales cenę varia ciborum genera parantur: tũc seruulus quidam illum sequutus, qui reliquiarum,quæ ex mensa cadunt, fieret particeps,hic planè esset similis corpori si cum rege compararetur,ipse uerò rex animæ beatæ.Sin minus pro seruo pone catellum,qui dñm sequutus subter men

C sam latens ex micis, quæ de mẽsa cadũt fortè saturatur,pari modo in cęlesti conuiuio usu ueniet animæ & corpori, animæ namque præcipuus paratur cibus, corpori micæ solum,& reliquiæ seruantur,quòd si micæ sic usq;ad satietatẽ corpus explent,quid ipse solidus cibus efficiet sacietatis in anima?

Aug. Hoc ipsum Aug.alio exemplo explicat,finge hominem, in quo uno omnium hominum sitis esset,huic tam sitibundo & arido,si aquæ guttam dederis,eũ aliquomodo reficis,sed si ei dares fontem vberrimum,uel fluuium,quem ebiberet tunc penitus refrigeraret ardentia uiscera.Sitiens homo est,& ualdo sitiens, non tantum habet non sitientem solũ,sed quam dicere potes sitim esse boni. Quaratione Philosophi constituunt in intellectu habitum distinctum,ut prima cognoscat principia,non tamen in uoluntate ad amãdum ultimum ,finem naturalem,quia ipsamet uoluntas est propensio quędam in bonum,& sitis boni,nec ad hoc indiget habitu inclinante,cũ ergo homini tam sitibundo boni gloria corporis conceditur, nihil amplius datur,quam gutta boni,cum enim corpori Deus dari non possit,qui obiectum corporis non est,omne quod corpus glorificat creatum esse oportet,atq; adeo gutta est.Cum uero animæ, gloria sit Deũ uidere,eo frui, in eo delectari,uere animę cõcedit indeficiẽs fons, fluuius inũdans,mare ipsum,abyssus immensa, pe B lagusque bonorum omnem explens sitim,omnes sinus animæ replens. Hoc est illud Psal. Torrẽte uoluptatis tuę potabis eos,quoniam apud te est fons uitæ, Ps. 35. & in lumine tuo uidebimus lumẽ.Hoc item illud Psal. Fluminis impetus lętificat ciuitatẽ Dei. Et hinc est illud Ezech. Ps. 45. 48.postquam ciuitatis supra mõtem positæ multa dixerat præclara illud tãdem addit. Et nomẽ ciuitatis illius, ex illa die Dominus ibidẽ,quasi dicat,qd cæle-sti illi ciuitati nomen dat,quod eam illustrat,quod præcipuè eam ornat,hoc est, quod dominus Deus in ea sit, illeque sit hæreditas ciuium illius. Ex quo manifeste colligitur a nobis explicari nullo modo posse,quam sint diuites & opulẽ C ti,qui eam incolunt ciuitatem cum eorũ hæreditas,prædium,pars,& substantia. Deus sit,ut dens ingens prædium, hæreditatem permaximam,de qua mira tibi dicuntur,ex eo colligis, quam sit diues dominus,qui eam possidet,& qui illius prædij amplitudinem, & pretium explicuerit,explicabit simul, quam sit diues eius dominus,qui uero illud explicare nequiuerit,nec hoc explicare poterit: ut ergo sciamus quam diues beatus sit, inquiramus,quę eorũ est hæreditas? Deus vtiq. Sic Ps. Dominus pars hæreditatis Ps. 15. meę. Et dominus ad Abraham. Ego ero Ge. 15. merces tua magna nimis. Et iterũ Psal. Pars mea Deus in æternum. Et ideo: Ps. 72

Funes

A Funes ceciderunt mihi in preclaris, etenim hæreditas mea preclara est mihi. O affatim diuitem possessorem tātæ hære-
Ps. 143 ditatis? Beatus populus cuius Dominus Deus eius, quod si omnes creaturæ sum ma diligentia adhibita uellent numerare huius hæreditatis diuitias, nec mini. mam quidem partem poterūt pro digni tate complecti: nullas ergo explicare pot terit, quam sit diues beatus, qui Deū pos sidet, quippe cui est hæreditas sexcentis, ut aiunt, modis infinita. Augu. epist. ad Cyrillum scribit, quod cum in animo haberet scribere ad Beatum Hieronymum, & ab eo quærere, quid sentiret de gloriæ magnitudine, accidisse, vt iā ille mortuus esset, ibique appareret, dicens,
B uide si numerare potest stellas cæli, arenam & guttas maris, id namque facilius est, quam gloriam dicendo explicare, est enim res tanta, quantam nisi ipse uidissem, nunquam credissem, & tam longe abest ab eo, quod ego uidens cogitabam, ut omnino sit quippiam in infinitum maius,

Nihil amplius de gloriæ magnitudine dici posse videt, sed multa, adhuc restant, & potentissimi, & Augustinus in Moniali. cap. 25. causa ait omnium affectionum animi, & mēsura earum amor est, ex eo namque oritur tristitia, & gaudium, & cæteræ affectiones, ipse mēsura est, & modus earum, qui nimium diligit
C amicum, nimium etiam delectatur eo viso, qui plus æquo diligit diuitias grauiter, & iniquo animo fert, si eas amittat, hinc profecto fit, vt cum mille aureos acceperis plurimum gaudeas, quia te plurimum diligis, quod si frater tuus tantundem pecuniæ acceperat, gaudes etiā, ma gis tamen lætaris, quod ipse acceperis illum pecuniæ summam, quam quod frater, quia plus te, quam fratrum diligit, q si æque ac te diligeres fratrem, pariter de vtroq; gauderes, quia amor causa & mēsura est lętitię. His ita cōstitutis ait Aug. præceptū illud. Diliges proximum tuū, sicut te ipsum in patria perfecte omnino expletur, tunc enim pars æqualisque est amor quo te diliges, & quo fratrem? Nec ergo considera beatum cui sola corporis gloria concederetur, quæ omnem excedat cogitatum, quam hilarē eum esse oportet. Ad iūgi animi gloriam tanto præst antiorem, quantam fieri gaudij accessionem necesse est? cum. n. se diligit gaudet, quod tantis bonis fruitur, nūc vero ad latus beati alium constitue beatum, quem ille diligat æque, vt seipsum, cum similis gloria concedatur, duplicabitur tunc gaudium, quod si centum fuerint amici, eadem dilectione amati, & eadē gloria fruentes, centies incrementū capiet gaudium. Cum ergo beatorum numerus sit tantus, vt soli Angeli longissime superent omnes naturas corporeas, de hominibus vero dicat regius uates. Denumerabo eos, & super arenā multi Ps. 139
publicabunt. Et rursū numeras stellas si B
potes. Sic erit semen tuum. Et in Apoc. Apo. 7.
post hęc vidi turbā magnamque dinumerare nemo poterat, Si tot cumulātur Ge. 15.
gaudia, quantum, & quāle erit illud ex omnibus coaceruatum gaudium? at inuenit Deus modum, quo omnem gloriā omnibus diceret communē, charitatem eis infundens, quę omnia, quæ aliorum sunt, rapit, neminem spoliat. Hoc autē præsignificatum fuit in leprem Iob filijs, qui sic sibi mutuo chari erāt, vt quotidie per ordinem dierum hebdomadæ faceret vnusquisque conuiuium fratrib. vnde fiebat, vt omnia eis essent communia, nec minus vnusquisque commodi caperet ex re familiaris fratris, q̄ de sua. C
Hoc inter se beati faciunt, unde fit qui ille que sic de aliena gloria gaudeat, ac si ꝓpria ipsius esset. His, quę dicta sūt, nihil addi posse videtur, sed adhuc maiora restant, quæ ut intelligantur aduerte cum dictum sit amorem causam, & mēsurā est gaudij, inde fit consequēs, ut si alius esset, quem beatus magis diligeret, quam se, & omnes beatos simul, qui quidem haberet tāta bona, vt facile uinceret omnes beatos, plus sane gauderet beatus de bono illius, quam gaudet de bono suo, & omnium beatorum. Attēde ergo immēsum pelagus gaudij, quod est in beatos, cum gauisus de bono suo est, cum iterum de beatitudine aliorum gaudet: videt deinde Deum, quem plus diligit,
quam

A quam se,& omnes beatos longe omnes superantem beatitudine, de hac re plus gaudet,quam de sua, & omniū beatitudine,& hoc est immēsum bea o gaudiū quod Deus infinita sit gloria ornatus, cum uere dicitur. Intra in gaudium domini tui. Tantum hoc gaudium est, ut non dicatur gaudium ab homine contineri,sed contra hominē gaudio. Hinc intelliges beatorum cantus, quos sępe auditos a sanctis sacrę literę dicunt, nunquam uero audiri sunt dicere. O quam beatus lętus & gloriosus sum, sed potius ò quam sanctus gloriosus, omnipotens magnus Deus meus est, sui obliti, Deum B laudant, de eius gloria pręcipue exultant.

Multa de cęlesti illa ciuitate diximus Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei,& cum uerissima sint, omnia, cum in illa fuerimus dicemus. Sicut audiuimus, ita & uidimus in ciuitate Dei nostri. Verū non solum dicemus ea ibi esse, quę audieramus, sed nobis continget, quod reginę Sabbęorum, quę uiso Solomone ait. Cum essem in terra mea non credebam narrantibus mihi de uirtutibus,& magnitudine tua, donec ipsa ueni,& ui di oculis meis, & probaui, quod media pars mihi mendacia non fuerit,&c. Ad A Ez.c.4. ait Dominus. Sume tibi laterem, & scribe in eo ciuitatem Hierusalem, quia prędicatoris est in cordibus gloriā describere, sed quam longe distat Hierusalē depicta in latere ab ipsa vera, quam longe distat depictus in charta orbis terrarum ab ipso uero, sic uera gloria differt ab ea, quę modo a nobis depicta est vtcunque, si ergo pictura tanta est, quanta erit ipsa gloria? Ex dictis vero plura colligere licet primum, exigitur ne a te magnum aliquid pro re tanta? Quanta patitur mercator, miles, agricola, & digne se pati putat, si fructum & diuitias aliquas referat,& tu indignum duces p re tanta laborare? Secundum hoc sit tibi scutum ad omnem pellendam tentationem, mihi admittenda non est gloria tanta, nonne amentem diceres hominū, qui ad Regem Hispanię accederet dicens, da mihi omnia regna tua pro argenteo uno? Sed multo illo stultior rex esset, si pro eo illo daret, sed adhuc stultior,& stultissimus, qui pro uili sibi oblata creatura tanto regno se priuat, an non hoc dementius, quam pro lentę primogenita vendere, vt Esau,&c. B



TRACTA-

TRACTATVS DE TRIBVS HOMINIS INIMICIS,

Mundo scilicet, Dæmone, atque Carne, in sex diuisus conciones.



A CONCIO I.

De tétatione, & his inimicis in genere.

THEMA.

Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & in timore, & præpara animã tuam ad tentationem. Eccl. 1.

Mach. 
Acharius Aegypti⁹ magni Antonij discipul⁹, in sermone habito ad fratres in eremo, ait, multum interest inter Dei promissionem & eius impletionẽ, nec credendum nobis est, ea quæ promittũtur, continuo implenda esse: promittit q
B dẽ ille, qui est fidelis in oĩb. uerbis suis, nec cadet uerbum eius ullum in terram sed priusq̃ opere promissa compleat, uarijs probationib ac tentationib. suos pbat, quib. hoĩs fidelitas in Deum ostẽdatur, & tũc demum promissa implet. Pro
Exod. mittit Israeli terram fluentẽ lac & mel,
plurib. sed prius quadraginta annis tentatur in
ca. deserto. Promittit Iosepho per somniũ
Gen. c. futurum Dñm fratrum, sed prius vendi
17. tus est, seruus effectus, in carcerem missus, & fidelis inuentus, à fratrib. adoratur. Promittit Dauidi regnum, cum illũ unxit. Samuel in domo patris, sed prius quam illud obtineat, multis periculis, & laborib. agitatur. Hanc veritatem miris
A verbis explicat Iud. 8. Memores sint, q̃ tentati sunt patres nostri, ut probarent᷑, si uere colerent Deũ. Abraham tentatus est, & per multas tribulatiões probatus Dei amicus effectus est, sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & oẽs q placuerũt Deo per multas tribulationes transierunt fideles. De qua re innumera cõgerit Chry Chrys.
sost. in libris de prouidentia. Hoc uerò, q cum oĩb. Dei amicis effectum est, tecum agendum crede, promissa tibi gloria cœlestis est, quæ terra uiuorum est, verè fluẽs lac, & mel, regnũ est, & æternũ, inunctus in regẽ cum gratiam accepisti, promissa insuper tibi sunt dona, quãplurima, gratiæ ĩ hac uita, perfectio eximia. Noli ergo credere hæc tibi tribuenda esse continuo: prius ꝓbandus es, prius tẽ- B
tandus, & cũ fidelis inuẽtus fueris, & dignus Deo, tunc pficientur in te, q̃ dicta sunt tibi à Dño. Vt ergo tentemur, atq; probemur, relicti nobis inimici sũt, qb. cũ pugnemus, mũdus, diabolus, & caro.

Sed inquiris, qua rõne ductus De⁹ noster est, ut nobis inimicos relinqueret, velletq; cũ eis nos inire pugnam, ut nõ coronet᷑, nisi qui legitime certauerit, an non melius foret, sine certamine corona ri? & in pace sine hostibus uitam agere? Primum in hac re tibi rñdeo. Non posse hominem conqueri, quod ei dũtaxat inimici proponantur in omnibus. n. quę

A natura constant, contrarietas reperitur, bellumq; perpetuum, quo machina hęc uniuersi conseruatur, dũ unum in aliud agit, & è cõtra, ut patet in elementis, quę perpetuo inter se agunt, & patiuntur, & in animalib. Vnde illa antiquorum philosophorum emanauit opinio dicentiũ, litẽ principium esse generationis rerum omnium, pacem uerò corruptionis, dũ enim uniuersa in pace erant, athomi rerum oium conueniebant, efficiebaturq; chaos, & confusio rerum omnium, cum vero litigabant athomi, ad inuicem diuidebantur, & res omnes generabantur, q licet figmentum sit, tum aliquo modo verum illud esse Arist. ait, dicens principia rerum naturalium debere esse contraria. Hinc uero etiam ortum habet, vt oẽs ludi qui in uoluptatem hoium adinuenti sunt, in lite & bello consistant, dũ vnus in unũ, uel duo in duos cõtendũt. Hinc Eccl. 33. Contra bonũ malũ est, & contra mortẽ uita, sic & cõtra virũ iustũ peccator, & sic intuere in oia opera altissimi, quia duo, & unũ contra unũ, quod adeo verum est, ut & in cęlestibus corporib. contrarij inueniantur motus.

Arist.

B

Sicut ergo in naturalibus lis, contentio, bellum, quod perpetuũ est, quo mundus hic mutua actione, ac passione conseruatur, sic spũalib. & in Ecclesia spirituali uniuersa tẽtationem, ac bellum esse uoluit, in cuius figura dr Iud. 3. Hæ sunt gentes, quas Dñs dereliquit, ut erudiret in eis Israelem, & oẽs, qui non nouerunt bella Chananæorũ, & postea discerent filij eorum certare cum hostib. & haberent consuetudinẽ pręliãdi. Hoc tibi relictũ est bellum cum dęmone, mũdo, ac carne, cum quibus tibi strenuè pugnandum, quia non coronabitur nisi q legitimè certauerit. Sed cum sine bello nos in cęlum ducere potuerit Deus, qua ratione pręliari nos uoluit? Si Hispanię Rex nunc pararet conuiuium omnibus Principibus, ac nobilibus Regni sui uiris, quod per multos duraret annos, ut in mensa eius comederent, sicut quondã Assuerus fecit in Susa, summum in eos beneficium conferret. Sed si aciem fortissimorum militum, simul instrueret,

C

1. Ti. 2.

Simile

Esth. 1

A q in medio itinere apponeret, quo inuitati uenire debent, ut cum alij ad conuiuium properarent, ex insidijs milites, pcedentes cum eis manus consererent, & multos trucidarent, crudele id appareret. In cælesti quidem regno conuiuium nobis paratum est, dicente Christo Domino. Ego dispono uobis regnum sicut disposuit mihi pater, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Et iõ Ps. ait. Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Et iterũ. Iusti epulentur, & exultent in cõspectu Dei. Summa in hoc nobis confertur misericordia, dum eodem cibo regio nos alit, quo ipse pascitur, ut rex Babylonis pasci pcepit pueros principes; uisione scilicet diuinitatis, ac eius fruitione. Sed qua ratione Domine insidias inimicorum in uia constituisti, qui nos expugnent? Antiqua quæstio ista est, cui Dominus respondit loquens Iob sanctissimo. Nõ ut crudelis suscitabo eum. Dæmonem, scilicet aduersariũ nostrum, crudele tu illud putabas, sed Dominus ait, crudele non est, immo sicut summa fuit misericordia cõuiuium præparare, ita & hostes in uia abscondere, quibus cum contendamus. Pro cuius expositione aduertendum, Deum in diuina Scriptura iam hominum patrem dici, iam uero matrem, pater est & mater; quod pater sit, ille testatur, nosq; pręcipit sic orare Pater noster, qui es in cœlis. Et adijcit. Nolite uocare uobis patrẽ super terra, unus est enim pater uester q in cœlis est. Aliquando uerò mater dicitur Isa. 49. Dixit Sion, dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei, nunquid obliuisci potest mulier infantẽ suam, ut non misereatur filio uteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen nõ obliuiscar tui. Si ergo Deus noster, & pater, & mater hominum est, in eo reperies patris, ac matris dilectionem, ac affectus: sed qui nam hi sunt? hoc distat dilectio patris erga filium a dilectione matris, quod dilectio patris fortior est, & ut ita dicam honorabilior, bona filio uult, sed honorifica, magna & excelsa; matris uero dilectio tenerior, ac dulcior est, bona optat filio, sed dulcia, in-

Lu. 22.

Ps. 16.

Ps. 67.

Dan. 1

B

Iob 41

Mat. 6.

Mat. 23.

C

A dulgẽtias maternas, delitias, quietẽ. Deus ergo, qui pater & mater est, utraq; dilectione nos diligit, ut pater honorifica, ac magna nobis vult, vt mater uerò dulcia, & oĩ melle suauiora. cum ergo côuiuiũ celeste nobis parauit, matrẽ se exhibuit dulcissimam, torrentem uoluptatũ nobis parãs, & delectationes, quę in dextera eius sunt, usque ad finem. Recordatus vero, ꝙ pater etiam esset, honorẽ nobis cumulare uoluit, & ideo inimicos in via constituit, cum quib. pugnemus, & quos superemus; ut sic gloriam mereamur, & in cęlestem ingrediamur ciuitatem summo cum honore, ac triumpho, qua illam armorum vi, & egregijs facinoribus acquisiuimus. Sicut.n. si nunc
Simile Hispaniæ Rex Turcas debellans Constantinopolim triũphans ingrederetur,
B non diuitias solum, regnumque acquireret, sed præcipuum honorem simul, qa Turcas debellauerit, sic qui cœlestem ingreditur ciuitatem plurib. debellatis inimicis, summo honore dignus est, nec solummodo gloriam acquirit cœlestem, sed & honorem maximum. An non eximius honos Paulo conceditur dicenti:
2. Ti. 4 Bonum certamen certaui, cursum consummaui, i reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, q̃ reddet mihi Dñs in illa
Simile die iustus iudex? Est hic doctor, quem hoc compellas noĩe, quia sic illũ rex cõpellauit, non eo honore hunc censes habendum, ut illum, qui lauream cõsequutus est doctoratus examine duro, & curriculis oĩb. studiorum confectis. Sic nõ
C is nobis honor esset gloria donari sine meritis, ac pugna, ac cum difficili superato bello æterna corona decoramur. Prestatius.n. ac honorificentius est rem aliquã a se habere quã ab alio: ideo præstantiori modo lux est in Sole, quam in Luna, & stellis non solũ, quia maior in eo lux est, sed etiã, quia sol a seipso lumẽ habet. Luna uerò, & stellæ a Sole: optabilius, ac melius nobis esse debet, gloriã a nobis habere, quã ab alio: habere quidem gloriam a nobis, & natura nostra impossibile est, id.n. Dei est proprium,
Ioan. 5 vnde ait Christus Dñs; Sicut pater habet uitam a semetipsõ, sic dedit, & filio habere uitam in semetipso. Eo ergo modo, quo a seipso habere gloriam homo potest, illam habet, cum meritis illam acquirit, cum armorum vi expugnat: ideo que Regnum celorũ uim patitur, & uio- Mat. 11
lenti rapiunt illud. Vt ergo precipuũ nobis honorẽ cumularet, inimicos nobis dedit, tentari nos uoluit, impleturq; in nobis illud Sapientię. Honestauit illum in laborib. & compleuit labores illius. Sap. 10
Honestauit inqt. i. honorauit, & sic honor, & utilitas nobis simul ad sunt, si ut decet pugnemus. Sed ais, nouit Dñs plures tentatione uincendos, hic ergo conueniens non fuit tentari, Rñdet Chrys. Chrys.
libi. 1. de prouidentia, & uictorib. & uictis summa fuit misericordia, ꝙ tentarẽtur. Quod uictoribus fuerit, iam ostensum est, & ipsimet illud fatentur per Ps. Letati sumus pro diebus, quibus nos hu- Ps. 89.
miliasti, annis, quibus uidimus mala. Si B
cut enim miles, qui strenue militauit, cũ diues in patriam reuertitur, & diuitijs, & honore affluit, singulariq; lætitia nar- Simile
rat omnibus discrimina omnia, ac pericula, quæ in bello passus fuit, quæ licet molesta illa fuerint, cum in eis versaretur, tamen postea perpetuo illi gaudio sunt: ita cum nunc tentaris, ac tribularis, molestè fers, in bello nunc es, in discrimine uersaris: at cum in cœlesti patria fueris, hæc belli discrimina, has tentationes, ac tribulationes ingenti cum gaudio narrabis, dicens: Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, idest, tunc memoraberis paupertatis, quam pateris dolorum, quos toleras, tentatio- C
num, quas sustines, & in æternam tibi cedent lætitiã, interrogabunt te beati illi ciues, q̃ discrimina, quas sustineris passiones, ac tẽtatiões, & tu eas illis cũ gaudio dices, sic cũ Christo Domino factũ, Isaias asserit, quem interrogant Angeli: Isa. 63.
Quare rubrum est indumentũ tuum? & vestimenta tua, quasi calcantiũ in torcu lari? Et ille ait. Cõculcaui eos in ira mea, &c. Sicut.n. cum Israel uidit Aegyptios Exo. 14
submersos lætatus est, & decantat: Cantemus Domino gloriose, &c. Sic cũ hostes uideris superatos lętaberis, & exultabis, cantabitq; canticũ illud Moysi, ut

A Ioannes dicit: Vidi eos, qui vicerunt bestiam, & imaginem eius habētes cytharas Dei, & cantantes canticum Moysi serui Dei. Sicut ergo cecinit Moyses cāticum videns Aegyptios submersos, sic & tu cantabis uidens inimicos superatos. Sic etiā Virg. memorat, describitq; Troades qui confecto bello, Græcisque, vt putabant, fugatis, procedebant in cāpum, dicebantq;, hic contendebāt Achilles & Hector, hic tale cōmissum plium, & similia. Qd uictorib. conueniens bellum fuerit in dubium relinquitur, victis vero, ait Chrysost. et iā conueniens fuit, tentatio. n. culpam eorum minuit, nouit Deus illos casuros etiam, si non tentarētur, qui à pomo victus est, etiam si pomū nullum esset, quod cum tentaret, decideret, sicut Angelus in cęlo sine tentatione peccauit, sic qui tā facile ab inimico deijcitur caderet, etiam si non impeteretur, tentatio uero aliqua ratione culpam excusat. Et insuper de his dicendum est, vti Deum misericordia, cum tētationes esse uoluit, eos vero diuino hoc beneficio male fuisse usos, sicut & aliis: magnū tibi confertur beneficiū, cū oculis donaris, sed si tu eis male utaris, illicita uidēs, nō hęc Dei culpa, sed tua. Os tibi, linguā que cōcessit Deus, & ingēs fuit donū, si verò tu sic ijs utaris, ut sint sepulchrū patēs, culpa tua. i. Si pedes tibi concessit, quos tu ueloces facis ad effundēdū sanguinē, tibi, nō Deo id imputandum est.

Virg.

B

Simile

C Sunt præterea multæ tētationum utilitates, quas nunc cōsequimur quarum illa sit prior, q̄ tētatione ac lucta illa uirtus in animo perficitur, ac figitur magis quemadmodum cum aliquam tu nosti veritatem, cui ab alio contradicitur, tu uero illam defendis, cumq; super hac re cum illo longius contēderis, uidebis veritatem illam adhæsisse amplius intellectui tuo, quia ut illam defenderes, nouas excogitasti rationes, idem in uirtute cōtingit, cum aduersarius eam expugnat, motiua. n. noua queris, ut eam serues, & nouis animi propositis eā seruare ppōnis, atq; adeo tentatio efficit, quod ictus in incude, illam. n. magis indurāt, & qd gelu frumē. o, illud. n. magis radicari facit, & sic intelligitur i lud Pauli. Virtus in infirmitate pficit. Oīs naturalia fortius agunt, cum contrario rum ui repelluntur, ignis cōpressus, & aqua, cū ei obstaculū apponitur, sic uirtus ualidius insurgit, dum cōtraria inuenit, equus à lupo morsus hieroglyphicū fuit Aegyptiis, significans hoiem, q à tentatione fortior euadit, quia cum equus cum lupo contendit, & uulnus accepit, fortior reddit, & animosior, curat dęmō tētatione uirtutē labefactare, & merita hois pdere, & miro modo Deus in iustis oppositū pficit, virtus nāq; in illis radicat, ac perficitur amplius, & maiora cumulantur merita iusto, & lapides, quos in eū dæmō iacit, Deus accipit, ex eisq; coronā ei elaborat.

A 2. Cor. 12.

Hieroglyphicum.

Est & alia tētationis utilitas, q aīam humiliat, efficitq;, ut nouerit hō, q̄ sit nihil in se. Simulq; efficit, ut Deum agnoscat, & in eo oēm suam spem collocet, q̄ duo maxima, & proficua homini sunt, ac pernecessaria, q Deum agnoscat, tentatio manifeste facit, ut Psal. ait. In quacunque die inuocauero te, ecce cognoui, qm̄ Deus meus es, inuocaui inquit te, cū in tentatione ac tribulatione fui, fuisti mihi auxilio, unde cognoui, me Deum hre. Sic alio in loco psal. ait. Dixit, & stetit spūs procellæ, & exaltati sunt fluctus eius, ascendunt usq; ad celos, descendūt vsq; ad abyssos, &c. & clamauerunt ad Dnm, cum tribularentur, & de necessitatib. eripuit eos, & statuit pcellā ei in aurā, & siluerunt fluctus eius confiteantur Dño misericordiæ eius, &c. Quemadmodū. n. qui in grauissima maris tēpestate, cum ad dnm clamaret, exaudit, & tēpestas quiescit, inde agnoscit Deū, ita cum alius grauissima vrgetur tētatione, & inuocatus Deus ei adest, agnoscit Deum sibi patiem ac auxiliarium, & à tentatione procedit Deum laudans, quēadmodum Israel suffocatis Aegyptijs, q uero tentatione sui agnitionem assequat, facile apparet, uidet. n. ac experitur homo se proximum peccato, & uno ut ita dicam gradu solum ab eo distare, agnoscit infirmitatem suam, & sic humiliatur, hinc Pau. Ne magnitudo reuelationū extollat me, datus est mihi stimulus

B

Ps. 55.

Ps. 106.

C

Exo. 14

2. Cor. 12.

A malus carnis meæ. Angelus Sathanæ,q me colaphizet. Tētatione humiliat Paulus,sic et Iob ait,nō est auxiliū mihi ī me despicit ergo se,& se odio prosequtur sanctus optima profectò homini tētatio est, ex qua tāta bona colligit, hinc Ecclesiasticus,qui non est tentatus,pauca nouit.

Iob 6.

Ecc.24

Innumera alia bona à tentatione colligit iustus,afficit enim ut sæpe ad Deū accedat,cum sæpe oret, ab eo pendeat, & dicat,adhæsit anima mea post te,qua si accidēs inhæret substantię. Efficit deinde,vt plures præstet actus virtutis,vitio de quo tentatur,oppositos,efficit ut semper sit pauidus ac timeratus. Beatus autem homo qui semper est pauidus,qa perpetuo inimici audit arma,quæ eum uigilare compellunt, solertem ergo & uigilā tem reddit hominem tentatio, & arma spiritualia arripientem;sicut enim longa pax facit homines debiles,& inertes, bellum uerò,& armorū exercitatio homines facit fortes ac robustos,sic tentatio homines fortissimos facit. Hinc Magnus Arsenius,cum precibus suis à se tē tationes depulisset, animaduertit segnē se longa pace effectum,unde dicebat,uideo me longa pace languentem, & minus proficientem,pugna enim animam perficit,ideoque postea, cum iterum tentationes ei adessent, nunquam earū depulsionem, sed uictoriam postulauit: ideoque Paul. petens tentationem auferri,non auditur. Hinc Cato in Romano Senatu sentētiam dixit, Chartaginē non delēdam,ne Romani otio,& torpore lāguerēt,væ dixit Romæ,si Chartago non steterit. Sed non omnes tentatione proficiunt, unde Augustinus, tentatio ignis est in quo aurum rutilat,palea consumitur,iustus perficitur, peccator misere perit: tēpestas est,ex qua hic emergit, ille suffocatur. Videndū nobis est,qua arte nos in tentatione gubernare debeamus. Primum omnium agnosce te tentandum esse,te inimicos habere,nec mireris,si tentaris,etiam grauissime nō eo differt iustus a peccatore,quod hic tentetur, ille uero secus: sed in hoc quod, hic uincitur,ille uincit: ex nobis ipsis tentatio procedit, etiam si dæmon tentans

Ps. 63.

Pro.28

B

C

Simile

Aug.

nullus foret, Maledicta,dicitur Adæ,terra in opere tuo,spinas,& tribulos germinabit tibi. Licet terra, quam calcamus, maledicta sit,& spinas germinet,sed potius maledicta est terra carnis nostræ, quæ audiuit,terra es,& in terram ibis, hæc spinas germinat & tentationes scilicet,quibus nos pungit,& ultra eam dæmon est,cuius munus nullum est aliud, nisi nos tentare,additur his mūdus,absque dubio aduersa ac contraria simul posita contendent inter se, ac pugnabunt:sicut ergo uile ac abiectum non est, te inimicos habere, est uero ab eis superari & pessundari,ita ne te miserū dicas,quod tenteris, caue uero ne superetis,hinc monet Sapiens: Si spiritus potestatem habēs ascenderit super te,locū tuū ne dimiseris, curatio cessare faciet peccatum,quasi dicat,si inimicus ascenderit in pugnam contra te, caue ne in locum certaminis egrediaris pauidus, sed fortiter contende,tu enim,ut uincas multo superior es, ut continuo ostendemus. Consolare ergo etiam si tenteris. Sicut enim satis nō est,ut ignis producatur, lapidem esse ignitum,& insuper ferrum, aut æs,quo percutiatur, si non sit subtus materia facilis inflammari,quam dicunt fomitem,ita licet dæmō plures scintillas ex tua sensualitate prodire faciat, si uoluntas non accendatur, ignis non erit. Nec uerò terrearis,quod grauissimas patiaris tentationes diuturnas,ac fœdissimas,id enim argumētum est,te fortem & strenuum esse militem. Deus enim, ut Paul. ait, non patietur vos tentari supra id quod potestis. Vnde pro viriū diuersitate diuersa certamina suis disponit,& infirmo minora fortiori periculosiora concedit, hinc Christus tētatus est per omnia,quasi fortissimus athleta:vt fragilis paries facile ruit, & qualibet machina euertitur,sed fortissimo muro plura adhibentur machinamenta,sic infirmis minimæ sunt tentationes,fortibus uerò multæ, & graues, in illos tormenta bellica maiora, in vnū perfectum plures insurgunt dæmones, pluribus vero peccatoribus unus sat est dæmon, ut eos superet, sicut ut

A Gen.3.

Ecc.11

B

Simile

C

1.Cor.10.

Simile

Simile

A in custodia publica centum uincti com
pedibus teneantur, satis est, unus carce-
ris custos: ut uero unus, qui è carcere au
fugit, capiatur, & in eam reducatur, ne-
cessarij sunt centum iudicis ministri,
Eccl. 2. qui eum insequantur. Secundum tibi ad-
uertendum est. Sta in iustitia, & timore
ut Sap. ait, idest, i spe, & timore hac par-
Simile te sperandum. Sicut enim nauis indiget
velis, ut uiam agat, & pondere, quo pre
matur, ne huc illucque facile iactetur, sic
anima spe & timore in Deo firmat', sed
vnde timor? unde spes? timor quidē, quia
inimici tibi sunt, & fortiss. mi: an non ti
meres, si audires cētum esse fortissimos
viros in hac ciuitate, q coniuratione fa-
cta decreuerunt te occidere? an non plu
res, animæ tuæ inimici? time ergo, spe-
B randum uerò tibi inde est, quod Deus
auxiliator tuus sit, & eius gratia atq; au-
xilium tibi adest, et licet gratia naturam
nostram non omnino sanet vt originalis iu
Rom. 6 stitia, nec dæmones omnino coerceat, ta
men & carnem, & dæmonem nobis li-
gat, ligatum uero & catenis cōstrictum
inimicum facile quispiam superare pōt.
Vis uidere carnē nostram gratia Chri-
sti ligatam? audi Paul. Vetus homo no-
ster simul crucifixus est cum eo, si cruci
affixus est, ligatus ergo est, & hoc mira-
bile illud, ꝙ Dñs Iob. 39. se facturū dī-
cit: Nunquid alligabis Rhinocerota ad
arādū loro tuo? aut cōfringet glebas val
liū post te? Ferus erat Rhinoceros caro
C nostra ante Christi gratiā, sed illo in mū
dū ueniente, gratia sua carnē domuit, li-
gauit loro suo, vt spiritui subdita, cū eo
in Dei opere laboret. Fuerat ante Chri-
stum Dnm caro nostra similis Agar in
obedienti dñæ suæ, sed Christus magni
consilij Angelus ueniens, dicit ad carnē
nostram, quod Angelus ad Agar Gene.
16. Reuertere ad dominam tuā, & humi
liare sub manu ipsius. Sicque impletum
opere est, quod in figura præsst Dan. 4.
Ecce vigil sanct' de cęlo descēdit, & cla
mauit fortiter succidite arborē, præcidi-
te ramos eius, excutite folia ei', & disper
gite fructus eius, verūtamē germē radi-
cū ei' i terra sinite, & alliget vinculo fer
reo, & ęreo, & rore cęli tingatur. Succisa

per Christum est arbor veteris nostri ho A
minis, manet uero germē radicum eius,
se alligatum fortiter diuina gratia, & ro
re cœli intinctum, redundante enim gra
tia ab anima in corpus illud intingit, de
scenditque in oram vestimenti Aaron.
Sed si dæmonem quoq; alligatum per Mat. 12
Christum cernere uelis, audi ipsum dicē
tem, nisi prius alligauerit fortē & Apo-
cal. 20. Et vidi Angelum descendentē de
quarto cęlo, habētē clauē abyssi, & cate-
na magna in manu sua, & apprehendit
droconē serpentē antiquū, qui est diabo
lus, & Sathanas, & ligauit eū per annos
mille. Alligatus ergo fortis armatus est,
& adeo debilis redditus, vt dicat Iusti- Iustin.
nus Martyr, ideo in Ecclesia commis-
sum esse exorcistis dæmones pellere, cū B
sit infimus Ecclesiæ gradus exorcistarū,
& pueris committatur, vt per hoc signi
ficetur, tam debiles redditos esse dæmo
nes à Christo Dño, ut pueris super illos
concessa sit potestas, en hostes nostros li
gatos, parum ne hoc? Si nunc duo exerci Simile
tus pararentur in pugnam, & Deus alte
rum alligaret, uictoriam partā putaret
exercitus aduersus, ligauit Deus hostes
nostros, sunt quasi non sint, sic ꝓmissū Isa. 41.
fuerat ab Isaia, qui postquam Christi in
mundum venientis fortitudinem prædi
xisset, ad homines conuersus ait. Ne ti-
meas, qa ego tecū sum nec declines, quia
ego De' tuus cōfortaui te, & auxiliatus
sū tibi, & suscepit te dextera iusti mei, ec
ce cōfundētur, & erubescēt omnes, q pu C
gnāt aduersum te, erunt quasi nō sint, et
peribunt uiri, q contradicunt tibi. Præ-
cessit Christ' dux noster, debellauit, ini
micos nostros, illos semiuiuos reliquit
nobis, ut pueri illos facile uincant, quē- Simile
admodum in ꝓlio ꝓcedūt fortes milites
& inimicos in terram prosternunt semi
uiues, deinde pueri eos facile interimūt.
Vt uero qualiter cū inimicis nobis pu
gnandū sit, uideremus, illud nobis Deus
expressit, sub equi figura ad Iob loquēs. Iob 36
Nūquid præbebis equo fortitudinem?
aut circumdabis collo eius hinnitum? glo
ria narium eius terror. Terrā vngula fo
dit, exultat audacter i occursū pergit ar
matis, cōtēnit pauorē, nec cedit gladio.

Vbi

A Vbi audierit buccinã, dicit, vah procul
Greg. odoratur bellũ. Vbi de hac re mire Gre.
Equus Dei iustus est, iuxta illud, q ascẽ-
dit super equos tuos. Deus. n. iniusto, vt
Aba. 3. in æquo pugnat, unde Paulus (vt elegit
Chry.) an experimentum quæritis præ-
stantis in me Christi? Deus namque iu-
sto insidet, & freno legis eum gubernat:
insuper & consilijs, de quibus propheta
Zac. 14 ait. Et erit qd super frenum equi est, san
ctum Domino, cum frenum lex Dei sit,
quod supra frænum est, cõsilia sunt, qui
ergo legẽ & consilia seruat, sanctus est.
Ex. 14 Contra uero peccator dæmonis equus
est, equum, & ascẽsorẽ deiecit in mare.
Equo ergo suo, iusto viro, qui gratia vti
tur, miram præbet Deus fortitudinem,
B ut cum hostibus decertet, hinc Psal. Mi
Psa. 67 rabilis Deus in sãctis suis, Deus Israel,
ipse dabit uirtutẽ, & fortitudinem plebi
suæ. Mirabilia audimus sanctorum faci
nora, mirabilis in illis Deus noster est,
Phi. 4. oĩa possum, ait eorũ quidã in eo qui me cõ
Psa. 17 fortat, & aliter, fortitudo mea & laus
mea dñs, & factus est mihi in salutem.
Sed ais, infirmus ego & debilis sũ, hanc
fortitudinẽ non experior in me, ita sane
est, si gratiam non suscipis, si eius reme-
dijs non uteris, si Deũ non oras, tibi re-
lictus misereris, de te loquitur. Ps. Deũ
Psa. 13 nõ inuocauerunt, illic trepidauerunt ti-
more, ubi nõ erat timor, at uero de iusto
dicit: Iustus quasi leo confidens, ad nul-
Pr. 28. lius pauebit aspectũ. Pone me iuxta te,
C & cuiusuis manus pugnet cõtra me, ait
Iob 17 Iob. En dat Deus equo suo fortitudinẽ.
Sed qs est hinnitus, uem collo eius cir-
cundat? certe iusti gaudium, quo præliat
prælia Dñi in lætitia, de quo Psal. Exul-
Ps. 149 tationes Dei in gutture eorum, & gla-
dij ancipites in manibus eorum. Exul-
tatio spiritualis fortitudinem præbet ad
bellũ aduersus inimicos. 1. Re. 4. veniet
arca Dei in castra lætati sunt Israelitæ,
dicuntque Philisthæi. Væ nobis, non. n.
fuit tãta exultatio heri, et nudiustertius.
Ideo. Gaudete in Domino semper, iterũ
dico gaudete, & Petrus Quem, cũ non
Phi. 4. videritis, diligitis, quem nunc quoq; non
videntes creditis, credentes autem exul
1. Pe. 1 tatis lætitia inenarrabili, & glorificata,

reportantes finem fidei vræ salutem aĩa A
rum uestrarum, de qua lætitia Psal. Bea Psa. 88
tus populus, qui scit iubilationem. Mirũ
non est tantam esse iusti lætitiam, qui re
gna cęlestia sperat, licet hic possideat ni
hil, sicut. n. lætatur, qui centum aureos
nummos inuenit, sed gaudet alter, quod Simile
princeps Hispaniæ cõstituitur, mox rex
futurus, licet hic speret, ille possideat,
plus tamẽ tanti boni spes gaudere facit,
quam possessio illius: sic iusti lætitia ex
cedere debet mundanorum gaudium, li
cet enim illi possideant ea, de quibus læ-
tantur. Iustus uero speret, sed sperat re-
gnum ęternum, hinc Sapiẽs, Expectatio Pr. 10.
iustorũ lætitia. Vt ergo cũ inimicis con-
tẽdas, cura lætitiam habere spiritualem,
feruoremq; sic enim strenue pugnabis, B
hæc uero in rerum cælestium meditatio
ne assidua quęrenda tibi sunt, & circun
dabis collo tuo hinnitum. Addit uero
dñs. Gloria narium eius terror. Terrorem
dæmoni iustus incutit. Chrysso. cum di-
scedis ab altari, similis es leoni ignẽ spi- Chry.
ranti, cum sit intra iustum Christus Do
minus, qui ignis est infinitus, quid mirũ
ignem spiret: totus mons terribilis erat,
quia Dominus in illum descenderat. Vi
riliter ergo agite, & confortetur cor ue- Ex. 15.
strũ, omnes qui speratis in Domino, ait
Ps. Ne debilis sis, & infirmus miles, qui Psa. 26
inimicos pauet, eisque continuo terga
das. Subiũgit Dominus, terram ungula
fodit. Iustus enim oĩa arbitratur, ut ster
cora, huic, illucque terrena iactat, distra C
hit substantiam, ut pauperibus tribuat,
terram etiam fodit, vt inueniat puteos
cum Isaac, dum cõsideratione aquarum
cœlestium uenam inuestigat. Et prætere- Ge. 26
rea. In occursum pergit armatis proce-
dit obuiam inimicis sicut Christus Do-
minus, his qui ad eum comprehenden- Ma. 26
dum uenerant. Quidam miseri ac infir
mi uident inimicos venire, & fugiunt,
uel uinctis manibus, ac pedibus seipsos
illis tradunt, nec gladium euaginare no
uerunt, vt qd obsecro fides tibi data est?
gladium spiritus quod est verbum Dei?
nisi ut cum tentatio ingruerit, gladium
exeras, & inimicis ac tẽtationib. occur-
ras: mira huius gladij potentia, si liceret

A aspicere mille dæmones iustum imperétes, ille uero hoc gladio omnes fugat, similis factus. Sampsoni, qui mandibula
Iud.6. asini mille viros interfecit, & Semnæ, qui ab integro exercitu agrum lenticularum defendit. Quid? quod cum audierit
2.Reg. buccinam, dicit vah, id est, in inimicus ir
13. ruamus: buccina Euangelij prædicatio
Isa.58. est. Exalta quasi tuba uocem tuam. Propheta dicit, vbi ergo iustus audit Euangelium, continuo inimicum aggredi disponit, audit uidetque defectum, vel leue peccatum animæ suæ continuo ait, aggrediamur illud, uincamus, superemusque, nec enim quiescendum, donec id fiat, canis uenatorius uidens leporem non quiescit, donec capiat, & tandem in
B equo illud nobis Dominus proponit.
Ecc.2. Procul odoratur bellum, ut se præparet,
Simile sicut Sapiens ait. Præpara animã tuam ad tentationem. Strenuus dux, qui castellum circumspicit, munit, præparat cibaria, procul odoratur bellum, antequã ueniat, si enim hostes illum imparatum reperiant, facile superabunt. Alexander submouit ab exercitu militem, qui quo tempore ad certamen prodeũdum erat, gladiũ & arma parabat, audi Paul.
1.Co.9 procul adorantem bellum. Castigo, ait,
1.Reg. corpus meũ, & in seruitutem redigo, ne
17. cũ alijs prædicauerit, ipse regib. efficiar. Dauid, priusquam cum Goliath pugnet arma probat, ut uideat, quæ illi aptiora sint, lapides de torrente colligit, sic ergo
C præpara animam tuam ad tentationem muni castrum cordis tui sacramẽtorum frequentia, quæ cibaria tibi sunt, tempore consolationis collige tibi lapides in tempus pugnæ, animam tuam solicite custodi, adhibe ei custodiam sensuum, & ianuas occlude, armis Dei accingere ne imparatus inueniaris, vt sic facile inimicos superes, & æterna corona doneris.

CONCIO I. A

De Mundo primo hominis inimico.

THEMA.

Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret, quia uero de mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo propterea odit uos mundus. Ioan. 15.



Multa in diuina scriptura dicta sunt in mũdũ, & eos q de mundo sunt, q̃ nos sollicitos reddere debent, ne ab illo uicti in eius factionem transeamus, terribile verbum illud Xpi B
Dñi Io. 17. Ego pro eis rogo, nõ pro mũdo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui 1.Io 5.
sunt. Væ ijs, pro quibus Christus non 1.Io.2.
orat, & idem dñs Ioan. 14. Dabit uobis Gal.1.
spũm ueritatis, quem mundus non põt accipere, quia nõ uidet eũ, nec scit eum. Quid uero discipuli de mundo dicãt, cũ tanta à magistro audierint? audi eũ, quẽ diligebat Iesus. Totus mundus in maligno positus est. Et rursum. Nolite diligere mundũ, nec ea, quæ in mundo sunt quia, si quis diligit mundum, non est charitas pr̃is in eo tandem Pau. ait. Qui dedit semetipsum pro pctis nostris, ut eriperet nos de presenti sæculo nequã. Hæc sunt, quæ de mundo nobis diuinus spũs nunciat, a quo proinde maxime nobis C
cauendum est. Sed ut quis hic mundus sit qui nobis adeo cauendus est intelligamus, notãdum est, quod triplex est mundus, primus, qui in mente diuinã est, qui dr̃ mũdus archetypus, de quo Boetius de cõsolatione ait. Mundum mẽte gerens, pulchrum, pulcherrimus ipse, simulque imagine formans. Secundus mũdus est mundialis hæc machina, constans cęlis, elemẽtis, & mixtis de his mundis intelligi nequeunt ea, quę superius dicta sunt, nã qui est in mente diuina, est ipse Deus qui in mente sua rerum omnium ideas habet, ad quarum similitudinem hunc mundum condidit, sicut in mente artificis est idea eius opificii, quod exterius efficit,

A efficit, secundus etiam mundus ad illius primi imaginem conditus est à Deo, & De.32. Dei perfecta sunt opera, vt Moyses ait. Gen.2. Et uidit De⁹ cuncta quæ fecerat, & erát Aristo. ualde bona. Et Arist. primo de cęlo multis rationibus ostendit, mundum hunc omnino perfectum esse.

Est ergo tertius mundus, de quo illa omnia mala dicta sunt, quique inimicus animæ dicitur, congregatio peccatorum omnium, qui rebus mundi huius adhæ serunt, & futuri non recordantur, qui oculos suos statuerunt declinare in terram. Apoc. Aug. Hæc est ciuitas Babylonis, de qua sæpe Ioan. in Apocalypsis meminit, & quam latissimè describit Aug. in lib. de ciuitate, ostēdens aduersam, ac inimicam esse Hierusalem, dicitur uerò hic mūdus, qa B per amorem in ea quæ mundi sunt, trāsformatur, in hoc uero mūdo sunt cęli, & elementa ad similitudinē prioris mundi terra auaritia est, aqua instabilitas, aer vanitas, ignis luxuria, sol asperitas, princeps huius mūdi diabolus est, hinc Chri Ioā.12. stus Dn̄s. Nūc iudicium est mundi, nūc princeps hui⁹ mūdi eijcietur foras. Qualis mūdus sit, apparet in principe, à quo Ecc.30 gubernatur, nam qualis rector est ciuitatis, tales & habitantes in ea, ait Sapiens.

Hic mundus inimicus animæ, inimicus uirtutis, & omnium iustorum est, ut manifeste patet ex uerbis, quæ initio concionis proposuimus: Patet etiam ex illo Ecclesiastes 33. Contra bonum malum est, contra mortem uita, sic & cōtra C uirum iustum peccator. Sicut enim similitudo causa amoris est, ita dissimilitudo causa est odij, atque discordiæ: est uerò inter iustum & peccatorē dissimilitudo maxima, hinc peccatores loquuntur Sapien.2. Circumueniamus iustum quoniam contrarius est operib. nostris. Cuius præcessit figura Exodi primo. Oderant filios Israel Aegyptij, & affligebant illudentes eis, atque ad amaritudinem perducentes animam eorum, ubi Gloss. Glossa, Aegyptij, idest mundani, qa uident iustos sacrificare eorum abominationes, ea scilicet, quæ ipsi ut deos colūt, & manifesta experientia ab initio mundi vsque in finem constat, improbos homines odio ac persequutione insequntos esse iustos. A Cain & Abel hoc bellū A cœptum est, & usque in mundi finem durabit, quemadmodum sunt contrarij motus, sursum, & deorsum, sic uita iustorum sursum tendens, aduersa est impiorum uitæ, quæ deorsum ruit. Cum ergo hæc contraria sint, & sibi inuicem proxima, necessariū inter ea bellum est. Sed Ioā.16 confidite. Xp̄s ait suis. Ego uici mundum. Et Ioan. in sua Canonica. Omnis 1.Ioā.5 qui ex Deo est, vicit mūdū, & hęc est victoria, quæ uincit mundū, fides nr̄a. Et Ps.124 Ps. Non relinquet Dominus uirgā peccatorū super sorté iustorum, ut nō extēdant iusti ad iniquitatem manus suas. B

Sed ais, quæ sunt mundi arma, atque tentationes, a quibus nobis cauendum est? Prima mundi tentatio est. Exempla praua innumera, quæ oculis subijcit iusti, quibus eum in malum trahit, de quibus Propheta loquitur. Nō est ueritas, Oseę 4 & non est misericordia, & non est scia Dei in terra, maledictū, & mendacium, & homicidiū, & furtum, & adulterium innundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Et hoc hoīum naturę insitum est, vt facile appareat factum, quod ab alijs fieri uiderit, quis enim asperos ac æditos montes uiam fecit omnibus, nisi præ tereuntium multitudo? id ipsum brutis contingit, quo enim illud transit, facile reliqua pertransfeunt. Cum ergo iustus Simile circunseptus peccatoribus sit, similis illi C est, qui inter peste uexatos perambulat infectus aer est malis exemplis facile pestem incurres, si non caueas eximiæ uirtutis est inter malos iustum consistere, nec eis similem fieri. Greg. in uerba illa Greg. Iob. Vir erat in terra Hus, ait merito in Iob 1. terra Hus esse dicitur, ut quantæ fuerit uirtutis appareat. Hus enim gentilium terra erat, inter Ethnicos uero probum ac studiosum fuisse maximum esse huic ipse Iob gloriatur. Frater fui draco Iob 30 num & socius struthionum. Hinc Petr. 2.Pe.2 maxime Loth laudat, quod inter malos probus fuerit, & iustum, ait Loth oppressum a nefundorū iniuria, ac luxuriosa cōuersatione eripuit. Hic Pau. iustos cō Phil. 2. mēdat dicēs, In medio nationi prauæ & per-

A peruersa, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Hinc Apocal. 2. Pergami Ecclesiæ dicitur: Scio vbi habitas, ubi sedes est Sathanæ, & teues nomen meũ, & nõ negasti fidẽ meã. Et Cant. 2. Ecclesia laudatur. Sicut lilium ĩter spinas, sic amica mea inter filias. Arduum ergo, ac difficile est, inter malos bonũ esse, inter cõtraria.n.conseruari, maximæ virtutis ẽ, & cum in actionibus reactio esse dicatur a Philosophis, mirũ valde est, quod inter opposita uirtus inuiolata consistat. Sed vt omnium oculis subijciam, cum tentationẽ hanc, tum eius uim, attẽdẽda verba illa sunt Ioannis, quę superi⁹ memorauimus. Totus mũdus in maligno positus est. Attende nunc mundanorũ uitã, quæ tibi scandalo esse potest, nisi illam uites. Aliquæ fuerunt, suntq; mundi vanitati inseruientes fœminæ, quæ ut mũdo placeant, exterminãt facies suas fuco & coloribus. Dei opus curantes corrigere, ornant se monilibus pretiosis, uestib. pulcherrimis, & magnã substantiæ partem in his insumunt, ut simulachra videantur. Videt mulier iusta hæc, quæ diximus, auditq; illas mundo placere, ab eoque laudari, ac digito monstrari, & ait intra se, illæ non me superant nobilitate diuitijs, & amplitudine, cur ergo me vanitate superabunt, non ego inferioris cõditionis sum, meus ergo stat⁹ hæc & illa postulat, ornabo me sicut illæ se ornant ut & mundo sim spectabilis, ut illæ, en C mundi tentationẽ, qua prauo exẽplo te vincere conatur, ac si regula recti tibi essent vanæ mulieres, & non potius diuina lex. Ecce uir. ait Ezechiel & calamus mẽsurę in manu eius. Mẽsura tua Christi lex est, nõ proximi uanitas. Lex uerò Dei nõ ista dicit, imo ornamentorũ cultũ, capillaturã, aurũ & gemmas, a sãctis mulieribus uitanda dicit. Quis uero numerando cẽseat leuitatẽ hominũ incredibilẽ & singularẽ amentiã, qui inanis cuiusdam atque effictæ gloriosæ uentis inflati, ueram nominis, & gloriã & laudem, non ex uirtute, sed uel ex lauta supellectili, uel ex pretioso uestium ornatu, uel ex famulorũ comitatu atq; frequẽtia, uel ex antiquitate generis, & uetusta

1. Ioã. 5 (B)

Ez. 40.

te familiæ metiuntur, quid dementius, A quã ideo se beatos existimare, quod magni fiant, & habeantur ab hominibus, quod inani uulgi digito demõstrentur, quod magnis famulorum stipentur gregibus. Sed hoc non facile attendunt iusti, cumque uideant, eos, qui nec dignitate nec diuitijs eos præcedunt, multis stipatos famulis ampla supellectili uti, ciborũ q; apparatu, atque ob hanc causam magnos mundi iudicio haberi, uolũt, & ipsi uanitati huic inseruire, dicunq; nobilem uirum hæc omnia decere statuique nobilium ea deberi credunt, quæ uanitati, non statui deseruiũt: quam enim amplissimarum ædium ornatus, strata pulcherrima textilibus stragulis, magni B ficisque operibus pictis, dare possunt ueram laudem, ornamentum, splendoremque nominis? Quid ua sa argentea & aurea magnificè, & pretiose cęlata? qd ex auro & serico contexta peristromata, q bus ornantur parietes? & uermiculato emblemate pauimenta distincta? Quid tecta etiã illaqueata ex re seruus est & ligno minutatim cõfectis, & concisis, quę uarias rerũ formas & figuras ostẽdunt? quid rogo non leuitatis habent? ò cęcitatem hominum inauditam?

Aliqui etiam sacerdotij dignitatem susceperunt, non ut sancti fint, sed ut uiuant, & bibant, & epulentur, in quibus illud Prophetæ impletur. Sicut populus sic & sacerdos, qui cum ea, quæ mundi sunt, diligant, per amplas domos & familia, uasa argentea, & aurea, suppellectilem pretiosam ad instar magnatum habent, ludo, conuiuiis, & omni uanitati inseruiunt. Videt ista sacerdos iustus, seque contemptui haberi cernit, illos uerò magnifieri, & ait, an non ego similia præstare possum? illi fideles habentur, nec credendum est, in infernum properare, confessarij plurimi illos absoluunt, possum ego similia agere, en mundi tentationem, ut bona Christi ac pauperum dilapides. Aliqui etiam sunt mercatores, qui putãt uitam hominum compositam ad lusum, & oportere undecumque etiam ex malo acquirere, ut uerò uniuersum mundum lucrentur,

Ose. 4. C

non

A non curant, si animæ iacturam faciant, & ideo innumeros adinueniunt contractus, quorum ius nullum, iustitia nulla est, & sic substantiā plurimā coaceruāt, & nō est finis acquisitionis eorū. Videt ista mercator iustus, & ait, ille Chrian⁹ est, cōfitet, sacrā sinaxim percipit, & hos cōtractus cōficit, conficiā, & ego, nec.n. diuersa mihi, & illi lex est, aut conditio: en mūdi tentationē, similia in omni hominū statu reperies. Iudex uidet iudices qui munera accipiūt, q nobiliū peccata non puniūt. Tabellio uidet tabelliones, qui leges suas ac statuta, qu b. ei merces taxantur, non custodit, iurisperitus uidet iurisperitos, qui oēm causam defendendā suscipiūt, siue iusta sit, siue secus. Minister iudicis alios uidet ministros, q

B amicis obsequuntur, munera suscipiūt, & denique ciuis & infimus de plebe plures sibi similes cōspicit, hos ludo incumbentes, illos iurantes, & peierantes, hos otiosos, illos lasciuiētes, hos detrahētes, illos decipiētes, putatq; sibi licere, quod alij faciunt, & inde illud procedit, vt uiuāt hoīes ad exemplar eorum, quicoram ipsis versantur, ecce mūdi tentationem.

Sed, ut hæc tentatio mihi nō sit in ruinam, quæ mihi medicina erit? duę certe, quarum altera sit, è mundo hoc exire, a Babylonis ciuitate fugere, hinc Ioānes, cum peccata Babylonis dixisset, addit.

Apo.15 Et audiui aliam uocem de cælo dicentē, exite de illa populus meus, & ne participes sitis delictorū eius, & de plagis non

Simile accipiatis. Si domus ruinā mi natur, uel iā labefactari incipit, magnū in te confert

C beneficiū, qui tibi dicit, exi è domo hac, ne te opprimat mundus hic, Babylon p denda est, funditus euertēda, ideo monemur, ab ea exire. Sed ais, nū de hoc mūdo exire debeo, & deserta petere? nō quidam præciperis ab orbe discedere, sed à prauis te separare, eorum fugere cōsortium, ne eis amicitia cōiungaris, hoc vero sæpissime nos scriptura monet, audi Paulum. Denunciamus uobis fratres in

2.Th.3 noīe Dñi nostri Iesu Christi ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante in ordinate, & non f̄m traditionem q̄ acceperūt à nobis, & idem Paulus. Si is q

1.Co.5 frater noīatur inter uos, est fornicator; aut auarus, &c. cū huiusmodi neq; cibū sumeret, qa ut Sapiens ait. Qui cōicaue rit superbo, induet superbiam, & hac rō ne in lege præcipitur, ne cum alienigenis matrimonia inirēt, certissime.n. ait scriptura. Auertent uos, ut sequamini deos earum. Et id significabat scriptura præcipiens mortuum non tāgere. Cum iustus Iosaphat amicitiam iniisset cū per uerso Achab, eique auxiliatus esset ī bello reuertenti in Hierusalem Propheta occurrit dicens. Impio præbes auxiliū, & his, qui oderunt Dñm, amicitia coniungeris, idcirco iram quidem Dñi merebaris, sed bona opera inuenta sunt in te: Hinc Psal. Superbo oculo, & insatiabili corde cum hoc non edebā, oculi mei ad fideles terræ, ut sedeant mecum. Nulla est pestis, nulla infirmitas, q̄ sic adhæreat ei, qui cum infirmo uersatur, ac nitium. Nupserūt filij Seth iusti, qui ideo Dei filij dicuntur, cum filiab. Cain, quæ iniustæ erant; & inde effectum, ut iusti iniusti fierent, & omnis caro corrumperet uiam suam; & ideo diluuium innundauit, iō Sapiens. Qui iungit se fornicarijs, erit nequam. Et iterū Amicus stultorum efficietur similis eis. Si ergo adeo curas infectos peste fugere, plus tibi curā dum est, ab eo declinare qui peccatis infectus est, hinc Sapiens: Attēde tibi à pestifero, fabricat.n. mala, ne forte inducat super te subsannationem in perpetuum admitte ad te alienigenam, & subuertet te ī turbine, & abalienabit te à uijs tuis. Quib. illud non immerito addendū est, cum Deus uoluit singulare aliquod beneficium suis conferre, illos primum à malis, & prauis hominib. separauit, sic ad Abraham: Exi de terra tua, & de cognatione tua, &c. Ego Dñs qui eduxi te de Hur Chaldæorum, sic & Loth de Sodomis eripuit quasi vi, & Israel ex Aegypto diemque festum illis indixit, ut tātum recolerent beneficium. Memento diei in qua egressi estis ex Aegypto. Hoc ergo tibi sit consilium, amici ac familiares aliqui tibi futuri sunt, cum hoībus tibi conuersandum est, illos tibi amicos elige, qui iusti sunt, quos sibi Deus amicos

[Right margin notes: A; Ecc.13; 3.Reg. 11.; Leu. 11; 2. Par. 19.; Ps. 100; B; Gen.6.; Ecc.19; Pro.13; Ecc.11; C; Ge.13.; Ge.19.; Exo.13]

cos

A cos conciliauit, peccatorum uero cõsortia fuge, audi Spiritus sancti consilium. Cũ uiro sancto assiduus esto, quemcũq; cognoueris obseruantem timorem dñi, cuius anima est secundũ animam tuã. Sed quia dum in mũdo hoc nequam sumus, impossibile est, cõsortia prauorũ omnino deuitare, alias.n. oporteret de hoc mundo exire, quia mixti bonis mali sunt, vt tritícum paleæ, iõ secundũ remedium supra memoratæ tẽtationi sit, vt publice ac manifeste te prodas in Dei factione esse, eum super omnia diligere, ac nihil illicitum te unquam admissurum, & hoc omnes nouerint impij, ne ite tentare audeant in malum, & si tentauerint, facile possis negare consensum, & honor tuus hic sit Deo inhærere, ei B obsequi, si hoc præstiteris, præsentaneũ tibi remedium erit, ne ab impijs in eorũ delicta traharis. Cum res aliqua in medio est sita, vnumquodq; extremũ eam ad se ducere conatur: qñ uerò in altero extremo est, reliquum eam non insequitur, cum duæ in ciuitate factiones sunt, & nobilis quidam vir medius est, nec in alteram earum transit, quæq; illum ad se ducere conatur, vt de Iulio Cæsare Suetonius scripsit: at cum in unam factionem trãsit, altera desperat illum ad se adducere, sic omnino quidam vellẽt, & Deo & mũdo placere, medij hi sunt, à mundo expugnatur acriter, ut in eius transeat factione, at si manifeste in Deũ C se conferat, desperat mundus eum ad se trahere, & iõ uel nihil, uel parum illum insequitur, hoc uero consilium nobilib. præcipuisq; uiris pernecessarium est. Illius uero illustrissimum exemplum prę stitit Mathathias dicens. Et oẽs gentes regi Antiocho obediunt, ego & filij mei obediemus legi patrum nostrorũ, & exclamauit Mathathias uoce magna in ciuitate dicens, qui zelum hẽt legis, statuens testm̃, exeat post me, & fugit ipse & filij eius in montes. In multo Deus ꝓ tio hẽt, quod quispiã se manifeste dicat eius esse, quod confiteatur ipsum coram hominibus, ideo confitebitur coram angelis Dei eum, qui id præstiterit, contra vero, qui erubuerit me coram hominib. (ait illi) erubescam, & ego eum corã patre meo. Et ideo maxima cõtulit Mathathiæ, & filijs eius beneficia, & Israelis salutem per eorum direxit manum, idipsum præstitit Dauid dicens. Loquebar testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar, nec mirandũ id à nobis fieri, soleut.n. principum filij ex infima, & obscura matre nati, patris iactare genus, abscondere uero matris ignobilitatem, quomodo ergo nos diuinam filiationem non iactabimus? nõ notam faciemus, ac de ea gloriabimur? quid homini diuinius aut maius contingeret potuit, quam Dei filium esse? hoc ergo omnes sciant, notumque facito, & tibi remedium erit contra mundi tentatiõné, ne te in suam transferat factionem, &c. B Sed silentio prætereundum non est, quam sit graue piaculum illius, qui exemplo suo publico ac manifesto alios scandalizat, sicut enim eximiæ uirtutis est, in manifesto Dei seruum esse, ita summæ malitiæ coram omnibus Deum contemnere, hinc Psalmus. Veniat mors super illos, & descendant in infernum uiuentes, quoniam nequitiæ in tabernaculis eorum, in medio eorum, qua si dicat, digni sunt morte, & qui ab inferno non viui absorbeantur, vt Datan & Abiron, quoniam eorum peccatum manifestum & publicum est, id enim significat illud uerbum, in medio eorum, in, quasi dicat in foro, in loco, in quo ab omnibus uideri poterat, sic illud Psalmi C intelligitur, in medio multorum laudabo te, & illud, in medio Ecclesiæ aperuit os eius, publice vero peccare grauissimum malũ est, hinc Isaias, peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt, uæ animæ eorũ quoniam reddita sunt eis mala. E contra uero, eximiæ uirtutis est, coram omnibus uirtutem colere, hinc cum Abraham peteret ut propter quinquaginta iustos parceret Dominus quinque ciu tati bus respõdit Dominus. Si inuenero i Sodomis quinquaginta iustos i medis ciuitatis, dimittã omnib. loco, propter eos. Expẽdendum uerbũ illud est, in medio ciuitatis, non enim quinquaginta iustis

Marginalia: Ecc.27 · Simile · 1.Ma.2 · Luc. 9. · Ps.118. · Simile · Ps. 54. · Ps.138 · Ecc.15 · Isai. 3 · Ge.18.

A stis quibuscu nque contentus Dominus erat, sed qui essent iusti in medio ciuitatis, idest in manifesto & coram omnib. hoc enim Deo gratissimum est, talem te præbe, & uinces facile ac superabis primam mundi tentationem.

Secunda mundi tentatio, quia iustos uexat, est, pretia ac æstimationes reb. imponēs pro libito, uirtutem despectui, & opprobrio habet, uitium contra honori ac dignitati, hinc uindictam de inimicis dicit sumendam, illud enim honorificū est, ait, & uiris illustribus dignum; contra uerò turpe, & abiectum dicit, inimicis parcere, tolerare iniurias, & sic in alijs, quę mox dicemus: his uerò animus

Ps. 118 iusti in malum mouetur, hinc Psal. Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum, idest, quod timui, sicut cum uer

B bum crucis pereūtib. stultitia fuit, & opprobrio dabatur fidelibus, q̄ Deum cru

Gal. 6. cifixum adorarent, sed Paulus ait. Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, ita nunc in Dei Ecclesia aliud simile opprobrium durat, ad crucem pertinēs, a quo se liberari iustus petit, cum enim uita Christiana sit humilis, laborib. plena, omni modestia ornata, & gloriam huius mundi non quærens apparet uita hæc ijs, qui de mundo sunt, uilis & abiecta, & indigna illustribus animis, cum sit illa diuina, & summæ celsitudinis, ut Christus Dominus opere, & uerbo docuit, hoc ergo opprobriū a iustis auferri Psal. petit. Sicut enim ir-

C ridet Michol Dauid saltantem ante ar-

2. Re. 6 cam, dicens: Quàm gloriosus fuit hodie rex Israel discooperiens se, quasi unus de scurris. Ita irrident mundani iustos, qui se humiliant, ac deijciunt, hinc Ps.

Ps. 122 Miserere nostri Domine, quia multum repleti sumus despectione, quia multū repleta est anima nostra, opprobrium abūdantibus, & despectio superbis. Eā-

Iob. 19 dem proponit querelam Iob. Stulti quoque despiciebant mihi. Et Prouerb. 1. Doctrinam, atque sapientiam stulti despiciūt. Et ipsi impij hoc fatentur Sap. 5. Nos insensati uitā illorū æstimabamus insaniam, & finē illorum sine honore.

Ex hoc iniquo rerum iudicio ac æstimatione, procedunt innumera consilia A amicorum secundum carnem, quibus amicis persuadent, uindictam de inimicis sumere, dignitates & altiora loca q̄rere, nō se humiliare, quod illi uile abiectumque dicunt, nec omnino uirtuti se tradere, quod illi extrema uocant, & innumera consulunt uanitatem spectātia, alios contemptui habere, locum primū in omnibus usurpare, amplam supellectilem & pretiosas uestes habere, a qb. cōsilijs se liberari petit Psalmista. Saluū Ps. 11. me fac Deus, quoniam defecit sanctus, qm̄ diminutæ sunt uèritates a filijs hominum, uana loquuti sunt unusquisque ad proximum suum. Et Hieremias ait. Hier. Nam & fratres tui, domus patris tui, & 12. ipsi pugnauerunt contra te, & clamauerunt post te, plana uoce ne credas, cū loquuti fuerunt tibi bona. Hæc uero B grauis animæ tentatio est: nā ut Paulus ait. 1. Co. 5 Corrūpūt bonos mores colloqa praua.

In hac re duo nobis dicenda sunt, sicut in superiori: primū quantum sit peccatum mundani, qui hæc consulit, hæc nomina ac pretia rebus tribuit: secundū quod erit iusto remedium contra hanc tentationem. De primo aduertendum, aliud esse diuinam legem frāgere, aliud uerò legem diuinæ oppositam statuere: primum licet malum sit, non tam adeo malum est, ac secundum. Qualem namque censeres impudentiam eius, qui in Hispania alias uellet statuere leges aduersas ijs, quę a rege latę sunt? magnum piaculum est, Dei legem transgredi, sed ingens & immensum, De legibus con- C trarias statuere uellæ. Vę, ait Propheta, Isa. 5. qui dicitis bonum malum, & latum bonum, ponentes tenebra lucem, & lucem tenebras. Secundo, quanta obsecro in Deum blasphemia est, dedecus dicere legem Dei seruare? Deo obsequi & obedire? Dei filium fieri, dicis inglorium: qd tibi restat, nisi alcoranum prædicare? si enim quæ Deus præcipit, uilia sunt, & abiecta, uilis & abiectus Deus est illa præcipiens, stultus Deus est illa mandans, ex operibus enim persona dignoscitur, non legitur unquam, tam inuerecundum dęmonem ac procacem extitisse,

A se,ut hoc diceret. Tertio quātū obsecro peccatū erit,monitis tuis animas a Dei obsequio tollere? Quale censeretur crimē illius,qui virorum Hispanorum corda solicitaret, vt a rege discessionē facerent? quale illius qui reginam solicitaret in adulterium? audi,quam proferat sententiam Dauid aduersus, eum, qui ouem abstulit pauperi dilectam. Viuit Dominus,quia uir mortis est,q fecit hanc rē, qui sic diligit animam,ut sanguinem ac uitam pro ea profundat, quo tangetur dolore,cum ei aufertur? Cum iustus viuum membrum Christi sit,illud tu resecas,eum a Christo separans,quas contra te querelas Christ⁹ dicet? tu q̄ isthęc admittis,Dei inimicus es dęmonis usurpas officium,ac munus, Sathanas es: vī dictam suadentib. Dauidi,ait ille. Cur hodie efficiamini mihi in sathā. Hoc nomen impone eis,qui consilia peccandi tibi præbent. Cum adeo modestus Paulus esset,ad eum tamen,qui hoc efficiebat, ait. O plene omni fallacia,& nequitia filij diaboli nō desinis subuertere vias Domini bonas,& illum excæcauit.

2.re. 12

3.re.19

Act.13

Iam vero secundum nobis uidēdum restat,quodnam erit iusto remedium cōtra hanc tentationem, illud planū est, irrideat ille mundi iudicium, audi Paulum id præstātem. Mihi pro minimo est vt a uobis iudicer,aut ab humano die,q autem iudicat me,Dominus est, Quēadmodum enim egregius pictor nō curat iudicium,quod rusticus profer de imagine ab eo depicta, sed illud potius, qđ peritissimi pictores proferunt, ita tibi peragendum est,& quemadmodum nobilis uir dum in torneamētis,& alijs militaribus exercitijs sui specimē dat corā rege,& uniuersa curia,nihil curat, quid infimi de plebe,sed quid rex & magnates ac principes regni dicant,ac iudicēt, te rogo,si Deo & eius Angelis places qd tibi curæ est,qđ è mūdo displicearis? an nō insci⁹ nobilis esset,qui ut rustico placeret,regi displicere uellet? in super hoc mundanorum iudicium mutandum est & illi,vt Sapiens ait,dicent in ęternum. Ergo errauimus,quando ergo illorū iudicium attenderes,potius tibi esset attendendum,quid in æternū iudicaturi sūt, quam quod per momentum.

1.Co.4

Simile. C

Sap. 5.

A Nunc ergo ad te loquor,nosti multa animæ tuæ expedire, ut sacramētorum frequentiam,orationem, ac meditationem,iniuriarū remissionem, & similia quam plurima: dic ergo mihi, qua ratio ne uiam hanc non ingrederis? dices,mūdum timeo,homines oblatrantes uideo, quid mihi detrahunt,en mundi tentationem,sed caue ab ea uinci obsecro te,si te rex uocaret,vt multa tibi conferret beneficia, & diceres,ire non possum, sed qua ratione,quia ais in uia canis est mihi oblatrans,& quid mali tibi facere potest? solum latrare potest, mordere nequaquam, sed latratus mihi molestus est,an hoc dicere auderes? audi persimile,uocat te Deus tuus,uenite ad me omnes,accedite filij,magna uobis cōferam beneficia,tu uerò ais oblatrat,mihi ille, vel ille, ire non possum, an hoc dicere audebis.

Simile

B

Sed & mundani,qui nunc te iudicāt, tibi oblatrant,te irrident, quomodo iudicandi,& irridendi erunt? in ęternum iusti eos irridebunt, & illi confusione operientur,implebiturque illud Psal. Induantur,qui detrahunt mihi pudore,& operiatur sicut diploide confusione sua. Et iterū: Opprobriū sempiternū dedit illis. Et iterū. Tunc uidebunt iusti, & super eū ridebunt,& dicēt,ecce homo,qui non posuit Deum adiutorē suū. Si nunc a rege uocareris,ut filiam eius uxorem acciperes,& regni hæres instituereris,et dum uiam in curiā agis,offenderes forte alios eo euntes,qui tibi dicunt, quo pergis? & tu,in curiā inquis, & il i,qua de causa in curiam uenis,& tu, negocia inquit ibi grauia mihi sunt,si illi te irriderent,quid diceres, proculdubio intra te sic loquereris,expectate paulisper,intra triduum me uidebitis generū regis, & regni hæredem: irrideres tu illos, qui id expectas, audi quo iusti tandem iter perueniat,& illud ipsi impij dicāt: Ecce quomodo cōputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorū est,irride ergo irridentes te,& iter tuum perfice, eorum dicta nihil curans.

Ps. 108

De.32.

Ps. 51.

C

Simile

Sap.5.

In

A In his uero mundi tentationibus illa præcipue attendenda est, quæ honorem ac uindictum spectat, multis hodie illud sæpe accidit, quod regibus Israel contigisse sæpe regum narrat historia dicẽs :
3.Reg. Veruntamẽ excelsa non abstulit, multa
4.Reg. perfecit rex ille, & ille bona, sed excelsa demolitus nõ est, sic hodie multi miseri cordes sunt, orationis, & alijs operibus pijs dediti, sed excelsa superbię nõ abstulerunt, uindictæ proposita habent, dic mihi, si iniuria afficereris, quid faceres ? sed ais, noli iterrogare, ne illi peccati occasio sit, sed te rogo, si peccati occasio fit, an nõ dæmon interrogauit? vt ergo dæmoni interroganti respondere nouerit, illud te interrogo. Respondendum tibi est, Dei spero mihi gratiam affuturam,
B ut quod rectum. Deoque placitum perficiam, ut uindictam non sumam, &c.

CONCIO III.

De secundo inimico animæ, Dęmone scilicet.

THEMA.

Fratres sobrii estote, & uigilate, quia aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. 1. Pet. 3.



Q Vatuor nobis uidẽda sunt. Primũ, dęmonẽ inimicũ nrum esse. Secũdũ, quibus
C ..rõnibus adducać, vt perpetuas cũ hoĩe inimicitias gerat. Tertiũ, de huius inimici ptãte, qua in nos uti potest, vt nos expugnet. Quartũ, de illius astutijs, & qua nos ratione aduersus eũ muniamus. Primũ inimicũ esse dęmonẽ hominum, vniuersa clamat scriptura. ex verbis thematis id manife-
Ap. 12 stum est, & Ioã. Væ terræ, quia dẽscẽdit ad uos diabolus, habẽs iram magnã. Et illius opera in homines id manifeste o-
Gen. 3 stendunt, ille enim fuit serpens, qui primos parẽtes decepit, & omne genus humanũ in eis perdidit, unde Sap. 2. dicić Inuidia diaboli mors introiuit in orbẽ terrarum. Ipse qui egressus a facie Dñi decipit Achab, ut iret in Ramoth Galaad, & ibi caderet, ipse q̃ accusauit Iob A
3.Re. 5 corã Deo? & ei intulit uniuersa mala, ip
Iob 1 se qui Annã Thobiæ iunioris uxorẽ vexauit occisis septem uiris, ipse est qui e-
Tob. 3 nergumenos uexat in corpore & illi tandẽ sunt, cũ quib. continua nobis pugna est, dicente Apostolo. Nõ est vobi scollu ctatio aduersus carnem, et sanguinẽ, sed aduersus pricipes, & potestatẽ aduersus mũdi rectores tenebrarum harũ, contra spũalia nequitiæ in cœlestibus. Vnde nomẽ dæmonis est inimicus, & tẽtator,
Eph. 6. hic Xp̃s in parabolo. Inimicus homo hoc fecit. quod explicat Christus Domi
Ma. 13 nus de diabolo, & Mat. 4. Accedens tentator, idest, Dęmon, & Pau. ait. Ne forte
1. Th. 3 tẽtauerit uos is, qui tentat, tibi Glossa, id
B est diabolus, cuius officium est tentare,
Dion. & Dion. 4 c. de diu. nom. ait, multitudo Dæmonum est causa omnium malorũ, sibi & alijs. Sed merito dubitare, acm quirere potes, qua ratione, vel occasione dæm on adducatur, vt perpetuas aduersum nos gerat inimicitias, nec vnquam nos impugnare cesset, cum a nobis nihil acceperit mali. Respondeo primã, ac potissimam huius inimicitiæ causam esse, odium Dæmonis in Deum, quod maximum est, & durat, ac durabit in ęternũ, quia perpetuo duriterque a Deo punitur, eique quasi denuo semper vulnera infligit, cum uideat se a Deo ita seuere puniri æternis cruciatibus, eo odio Deũ prosequitur, ut uellet ipsum in nihilum redigere, hinc Ps. Superbia eorum, qui C
Ps. 73. oderũt, ascendit semper. Hoc uero odiũ non potest in Deum ipsum exercere, nec ultionẽ de Deo sumere, id enim videt impossibile esse, videt uero in homine Dei imaginem, quod filius Dei est, ab eo summè dilectus, & in pretio habitus visum Dęmoni est, oblatam ipsi occasionem esse, qua in Deum furorem suum ostendere posset, eumque lædere, si homini multa mala inferat, cum enim dicat. Deus p Prophetam. Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Visum est dęmoni, posse se Deo oculos eruere, si hominem non tangeret solum, sed & per-
Zac. 2. deret, cuius rei & figura, & exemplũ extat

A homo, qui terra est, eas possideat sedes quas ille uacuas reliquit, & ideo hoiem maximo prosequitur odio, quia illo tendere potest, & adeo iniquum hoc odium
Ps. 24. est, ut orat Psalmus. Respice inimicos meos, q.ñ odio inique oderunt me. Sed quid est odium iniquum? R̃ndetur odiũ quo alteri malum uolo, sed propter bonum meum, uel quia me ille læsit, licet malum sit, non tamen adeo malum est, sed illud prorsus malum, & iniquum odium est, quo alteri malum uolo, etiam cum mihi inde nullum bonum proueniat, imo uero ẽt malum, nec ego illum læsi vnquam, & huiusmodi est odiũ dæmonis inuidi, qui damnationẽ vult nostram, cum inde nullum sibi bonum ꝑueniat, imo malum, dum pœna acci dentalis ei augetur, ex quolibet damnatorũ
B nec à nobis quippiã mali accepit, adeo ergo in quo odio nos prosequitur, ut nobis malum inferre velit, ẽt si sibi malum inferat, similis factus inuido illi, quem refert Glossa, perijsse ut sibi oculos erueretur, ut inimico ambo eruerentur oculi. Plane mirandum q̃ñ in dæmonẽ nõ moueris maxima ira. Vides inimicum, & ira exardescis, sanguis ebullit, quomodo in truculentissimos hostes dæmones ira non moueris? audi David Goliath exprobrantem agminib. Israel, &
1.Re.17 iratus ait. Quis est iste incircuncisus, qui ausus est exprobrare exercitui Dei uiuẽtis? dæmonis ira, odiũ & inuidia contra te, te moueat, ut eũ detesteris, & fugias.

Iam tertium nobis uidẽdum est, quæ
C sit dæmonis potestas, aduersarij.n. potẽtia & astutia cum facit formidabilẽ, dæmon uero cũ sit natura superior hoie, uiribus & astutia hoiem longe superat, ut
Bern. Bern. dicat quod corã te bestia, hoc tu coram dæmone es. De eius potentia mira
Iob 40. Deus dicit Iob sub nomine Behemot. Et tandem non est potestas super terram, quæ comparetur ei. Et præterea sciẽdum est, licet multa sit præditus potestate, ca tamen uti non posse, nisi sm diuina ordinationẽ, quæ ei modũ imponit, ut non patiatur nos tẽtari supra id quod possumus. Et hinc illud procedit, ꝙ Chrys. in
Chrys. D.Th. opere impfecto to. 2. hom. 5. & D. Tho. 1. p. q. 114. art. 5. aiunt, superatum dæmonem ab hoie, arceri adeo per aliquod tẽpus, ne hoiem impugnet, ut homo quiescere, & uires resumere ualeat, quod colligunt ex illo Luc 4. Consummata omni tentatione, diabolus recessit ab eo vsque ad tps, q̃a ut dicit Chrys. non tãdiu diabolus hoies tentat, quãdiu uult, sed q̃ diu Deus permittit, qui etsi permittat paulisper tentare, tamen repellit propter infirmam naturam, inde Iacobus ait, Resistite diabolo, & fugiet a uobis, qui uero fugit, ab impugnatione cessat. Iac. 4.

A

De dæmonis ergo potẽtia primo sciẽdum nobis est. Ad peccatum cogere nos non potest, hoc manifestum est, cum.n. nobis dicatur ei resistendum, manifeste patet, illum non posse cogere nos. Hinc B
Pet. Cui resistite fortes i fide. Hinc Pau. 1. Pe. 5
Vt possitis stare in die malo, & in omnibus perfecti stare. Et idem Pau. Nolite Eph. 6. Eph. 4.
locum dare diabolo, & huius rei rõ manifesta est, natura.n. ac cõditio uoluntatis nostræ adeo est ingenua, fortis, ac generosa, ut nullus eã cogere valeat, cũ.n. natura sua libera sit, libere eã operari necesse est, & sicut naturalia naturaliter, et necessario operant, quia operatio naturã sequtur, ita libera uoluntas libere operetur necesse est, & si libere operatur, cogi non potest. Hinc Aug. li. 50. homiliarũ, Aug.
ho. 12. ait, est à dextris præcipiens Deus, a sinistris tẽtans Sathanas, homo in medio constitutus, non diabolus cogendo, sed suadẽdo nocet, Dei est auxiliari, nostrum uero eligere, uel reprobare quod suggerit. Et si dæmon nos cogeret, peccatum non esset, quia ut Aug. in trib. li- C
bris de libero arbitrio probat ex Paulo, Aug.
peccatum uoluntarium esse debet. Si.n. ait Pau. Quod odi malum illud facio, iã Ro. 7.
non ego operor illud, ex quo multa, & optima colligit Chrysost. in homilia illa Chrys.
quinti tomi, nemo læditur nisi à seipso.

Sed ais, si cogere me non potest, nihil potest, dico primo cum Aug. debilis est Aug.
hostis, qui non uincit, nisi uolẽtem. Præcipue uero debilior per Christum redditus est, qui eum ligauit, uicit, & infirmũ reddit, ut ipse Antonio confessus est, referente Athanasio. Atha.

Adhuc

A Adhuc verò multa dæmon potest. Ex quibus illud primum est, quod uolūtati nostræ multa proponere potest, quib. eā alliciat in peccatum, sic Christum dn̄m tentauit, ei proponens panem, inanē gloriam, & oīa regna mūdi. Aiunt philosophi morales, duo sunt, quæ uolūtatē mouent, primū illa ab intrinseco se mouet, vt uelit, sicut.n.manū mouet, ita & seipsum, sic uero illa solū se mouere potest, & Deus, ab extrinseco uero mouetur ab obiecto, & sic non dæmon solum uoluntatē, sed & homo qui ei objicit amabilia hoc uerò præcipuè & potiori modo dæmō efficit, qui arte sua nouit optime res depingere, ac exaggerare supra id, quod natura sua sūt, & sic nobis pingit bona

B aliqua, delectationes, honores, diuitias, ac si diuina quędā essēt, & multā i se cōtineant fęlicitatē, ut nos decipiat, sic sua sit Euæ, maxima in pomo uerito bona abscōdita esse, & Esau, in lēticulis, quoties ergo in corde tuo p senseris, aliquid tpale, & caducū exaggerari, magni duci, mirabilē continere suauitatem, opus illud dæmonis est, te decipere uolentis.

Licet ergo sic mouere uoluntatem dęmon possit, non tamen cogit, una dūtaxat res est, quæ uoluntati proposita manifesta uisione potest illā necessario mouere in sui dilectionem, & hęc est, bonitas, & pulchritudo diuina, quā si anima clare uideat, nōn pōt non diligere, quia ibi omnis ratio boni est, nec quid extra illam quærat, uoluntas habet, & hinc sapienter colligas, remedium uidebis faci

C le contra hanc primā dæmōnis potestatem: objiciat ille, & sub oculis tuis proponat omnia, quæ uoluerit, & dicere ei poteris, quid omnia ista sunt, si cū diuina bonitate cōferantur, quam amitto, si tibi assensum prebeam, sic ergo dęmoni responde, sit quale dicis, quod mihi proponis, sit duplo melius, sed in infinitum Deus melior est, quem si relinquam huius rei, quam proponis, causa, regnū relinquo, ut dipondium habeam, primogenituram, ut paruas lenticulas habeam, dicunt insipientes quidam, ut Propheta

Zac. 11. ait. Benedictus Dn̄s: diuites facti sumus, & amiserāt hi Deum, greges verò lucrati fuerant, lucrates nummos, & Deū amisisti, & dicis, diues factus sum? quid amiseris, & quid lucratus fueris, cōsidera, & uidebis, pauperem te effectum non diuitem, quod enim lucrum esse potest Deo amisso?

Secundo potest dæmon imagines & similitud ines rerum etiam absentiū intra imaginatiuam vim consistentes mouere, ita de se fatetur Hieronym, quod cum in Bethlehem esse, ei dęmon proponebat choros virginum, quę Romę choreas ducebant, & huius rei externa exēpla nobis necessaria non sunt, cum experientia nobis notum sit, plura huiusmodi in nobis effici, dum enim orare uolumus innumeras congerit dęmon rerum similitudines, quas nobis proponit, ut impedimentum orationi sint, probat verò D. Tho. potestatem dęmonis ad hoc extendi, quia potest illa quicquid motu locali effici potest, hæ vero cogitationes sæpius in nobis efficiuntur ex humorū motu ac reuolutione, ut probat Aristoteles lib. de somno & uigilia, uide D. Th. 1.p.q.111.art.3.

Remedium contra hanc dęmonis potestatem est, singularis deuotio, & accessus ad custodem Angelum. Contra Achitophel mittitur a Dauide Chusai, cū ergo molestissimas in te uideris cogitationes, quæ te in peccatum trahunt, Angelum inuoca custodem, qui dęmonem arceat, ac liget.

Tertio potest Dæmon humores mouere hominum, eosque ut ita loquar, alterare, ac spiritus uitales, & animales, potestque calorem, frigiditatem, humiditatem, ac siccitatem efficere, sanguinē mouere, choleram concitare, ex quibus prauæ ac fortes insurgunt cogitationes. Vnde Beda, & Damascen. quos citat D. Thom. 1.par.quęst.111.articul.2. dicūt. Dæmon est incensor, & immissor malarum cogitationum, & August. ait, Dæmon se immiscet sanguinibus hominū, ad excitandam concupiscentiam, in aliquibus sanctorum historijs legitur, misisse dæmon quasi inferni calorem in eorum corpora, ut eos in malum prouocaret, & de Beato Benedicto refert Greg.

2. dia-

Marginalia (right): A; Hiero.; B; D.Th.; Arist.; C; Beda.; Dam.; D.Th.; Aug.

A 2.dialog. semel ita dæmonis arte incensum, ut parum abfuerit, quin ad sæculũ rediret, & sic intelligit Aug. illud Pauli. Datus est mihi stimulus carnis meę, Angelus Sathanæ, qui me colaphizet, incēdebat enim in eo dæmon concitatis humoribus uehementem concupiscentiæ spiritum. Sic etiam somnum & grauedinem conciliat cum in oratione es, sic timorem incutit, lætificat nimium, vel cō tristat, hæc enim omnia ex motu locali humorum effici possunt.

Aug.
2. Cor. 12.

Hæc tentatio cum adest, uehemēs nimiũ est, & magna postulat remedia, de sanctis legimus, spiritu fortitudinis ductos, res egisse admiratione potius, quā imitatione dignas, sic se B. Benedictus vepribus uolutauit, donec tētatio abscesserit, vt Gregor. ait, alij in frigidissimos lacus, vel niues se immiserunt, dum hæ uigent tentationes, ait Hieron. p tæstat stomachum dolere, quam animam, & corpus infirmum in lectum decidere, q̃ animam perire, & iō tūc cum Iosaphat humiliter ad Deũ accedendũ est, & dicendũ: cũ ignoremus, q d agere debeamus, hoc solũ hēmus residui, ut oculos nr̄os dirigamus ad te. Et uidēdũ est asperis, & grauiorib. corporis afflictionib. licet in discrimen adducatur corporis integra valetudo, præc pue dum corporis uires uigent, & iuuat sensualitas dæmonem.

Greg. B
Hier.
2. Par. 20.

De Enagrio Palladius memoriæ prodidit, cum se nimium affligeret, ac corpus maceraret a spertimis laborib. ut vehemētib. passionib. occurreret, dixit ei uir Dei, quiesce pater, & ille respondit, quiescant passiones, & quiescam ego; si desides & infirmi fuerimus, cum hoc bellũ imminet, superandi omnino sumus, cũ ergo inimicum nos manifeste expugnātem intuemur; & vulnerantem nos, nos oportet strenue pugnare, remedijs q; vti grauioribus, quoniam grauius nobis imminet discrimen & bellum, remedia. n. mitiora satis nobis sunt, cum facile tentamur, at cum grauiter, cauēdum maximè, pugnandum acriter.

Palla.
C

Potentiam dæmonis explicuimus, astutias nũc eius uideamus, ut possimus cum Pau. dicere: Non ignoramus cogitationes eius, nec enim minus timenda hostis astutia est, quam potentia, nec minus debellauit Troadas astutia Vlissis, quam fortitudo Achillis: hinc Cicero ad Plancium, itaque Homerus non Aiacem, neque Achillem appellauit Ptoliporcon, idest, urbium expugnatorem, sed Vlissem, hinc Sapiens: Melior est sapientia, quam uires, & uir prudens, quā fortis. Augu. tract. 10. in Ioan. diabolus dictus est draco & leo, leo propter apertam iram, draco propter occultas, insidias. Has ergo explicare, oportet, eisque attendere necesse est, quoniam occultæ sunt, hinc Iob: Abscōdita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam. Et Ps. In uia hac qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi.

2. Cor. 2.
A
Cicero.
Sap. 6.
Aug.
Iob 18
Ps. 139

Prima demonis astutia illa est, de qua Greg. 29. Moral. c. 14. in illud per quam viam spargitur lux, diuiditur æstus sup terram, ait Greg. hostis namq; callidus quos iustitiæ luce enitescere cō spicit, eorum mentes illicitis desiderijs inflammare contendit, ut plerumq; plus se urgeri tentationibus sentiant, quam tunc cum lucis internæ radios non uidebant, Vnde & Israelitæ postquam uocati sũt, contra Moysen & Aaron de excrescente labore conqueruntur, dicētes: Videat Dñs, & iudicet, quoniam fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone, & seruis eius, & præbuistis ei gladium, ut occideret nos. Volentib. quippe ex Aegypto discedere Pharao paleas subtraxit, & tamen eiusdem mensuræ opera requirebat, post lucē ergo æstus sequitur, qa post illuminationem diuini muneris, tētationis certamen augetur. Nimium ergo dęmon curat incipientibus uiam Domini obstacula apponere, ne altas in uirtute radices ponant, & sic eos postea eradicare non possit, illud uero est, cum Herode curare Christum infantem occidere. Incipiēs nunc uirtutis uiam arripere, uidebis continuo plures tibi peccandi occasiones offerri, & proponi tibi a dæmone innumeras uiæ huius difficultates, & cum aliquam ex eis uideris, terret te dicens, illam per uniuersam uitam duraturam, quæ longissima

Greg. B
Exo. 5.
C
Mat. 2.

A ma erit, sic patri Ignatio uiam salutis incipienti, dixit, quomodo hæc & hæc sustinebis per sexaginta annos, quibus victurus es. Cõtra hanc dæmonis astutiã, duo ex tibi remedium adhibendum est, primum, astutus demõ astutia sua te superare curat, esto tu astutior eo, ipse serpens est callidior cunctis animantibus, quæ sũt super terram, esto tu ille de quo Sapiens: Innocens credit omni uerbo, astutus considerat gressus suos, considera ergo, vbi ponas pedes tuos, caue occasiones, caue laqueos, & idem Sapiens: Astutus videns malum abscõditus est, paruuli pertranseuntes sustinuerunt dispendia, quid est, abscondit se? seruauit se, muniuit se. Sicut.n.arbores recenter insitæ multa cura seruandæ sunt, multa B in circultu earum ponuntur, q̃ illas seruent, facile.n.tunc eradicari, aut destrui possunt, ita cum in uia Dei nunc ueneris, infirmum te cogita ac debilẽ, abscondete, vidẽs mala multa, quæ te expugnare possunt, time, fuge, & declina pericula. Secundum vero sit, noli inimico credere suadenti semper, hanc Dei uiã difficilem tibi futuram, & asperam, mẽtitur enim tibi, non semper aspera erit, initio quidem aliquid inuenies laboris, ac difficultatis, tũ pp prauos habitus iter tuũ impedientes, tum propter minorem gratiæ vim: sed cum paulatim in uia Dei ꝓcesseris, virtutis habitus generabitur, q faciat, ut lætus facias, quæ nunc gemens C operaris, & maiori concessa tibi gratia, illud efficietur. Erunt praua in directa, & aspera in uias planas, sed quando, inquis, hæc erunt? certè cum ingressus fueris iustitiæ uias, audi Sapientem, qui illud dicit manifestè. Viam sapientiæ mõstrabo tibi, & ducam te per semitas ęquitatis, quas cum ingressus fueris, non arctabũtur gressus tui, & currens non hẽbis offendiculum. Nõ arctaberis in uia Domini, initio arcta est, sed postea lata, & dulcis, sicut cum nouam induis uestem, arctaris, & angeris, sed post diem vnum uel duos, cum tibi aptata vestis est, sine ulla difficultate eam gestas, ita: Induimini Dñm nostrum Iesum Christum, ut Paulus ait, &; licet initio tanquã uestis noua nos coarctet, sed cito coaptabit uestis hæc, facileq; ac suauiter portabitur. Duo serpens antiquus suadere hominibus curat, uiam uitiorum facilem esse, cõtra uiam uirtutis difficilem, ut ab hac deterreat, & in illam inducat, sed in vtroque mentitur, nam & ipsi impij fatentur: Ambulauimus uias difficiles, & iusti dicunt: In uia testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut ĩ oĩb. diuitijs. Solent domorũ artifices opus aliquod facile factu dicere, & paruis impensis fabricari posse: illud vero dicũt, non quod ita se res habeat, sed ut fabricam domus incipias, postea vero plures sumptus facere cogaris, ita dæmon facile peccatum esse tibi dicit, nec difficilem ab eo exitũ, nec difficile obtinere, quæ uelis suadet, sed facilẽ indicat uiam ad honores obtinendos, ad virginis uoluntatem tibi inclinandam: hoc uero ille dicit, ut te decipiat, & opus inchoare faciat, in quo postea plures inuenisti labores, quàm initio putaueras. Vt vero ab opere Dei cesses, omnino curat, ideo impossibile esse dicit, sed caue ab impostore tanto, Dei enim opus facilius perficies, & minorĩbus sumptibus, diaboli uero pluribus.

Secũda dæmonis astutia, de qua Gregor. loco superius citato in illud. Diuiditur æstus super terram, diuiditur ait, qa rimatur dæmon debiliora, ut illa parte hominem aggrediatur qua illum uidet infirmum, ad eum modum, quo expugnaturus urbem illam circuit, & muros considerat, ut ea parte aggrediatur, qua murus debilior est, ita dæmon circuit, quærens quem deuoret, illud circuit, est, ac si diceret, considerat uniuersa per circuitum, ingenium tuum, ac statum, naturam, ac inclinationem circunspicit, & vnumquemque tentat ei obijciens peccata, in quę facilius natura sua, aut statu incidere potest, sic cũ esurijt Christus dominus, ei panes proponit, sic sanguineis & lętis proponit uitium carnis, tristibus ac melancholicis amaritudines, scrupulos, timidis multas proponit difficultates in Dei uia, magnanimis dicit Deum minora non curare, iracundis proponit rixas, odia, flegmaticis torporem & vecor-

Marginalia (left): Gen. 3. — Pro. 14 — Pro. 27 — Simile — Luc. 1. — Prou. 4 — Simile — Ro. 13
Marginalia (right): Sap. 5. — Simile — Greg. — Simile — Mat. 4.

A cordiam. Senibus, quia pusillanimes lōgā reddit ætas auaritiam ppōnit Iuuenibus qui nīmiū cōfidentes sunt, pdigalitatē. Sapientibus superbiam, rudib. ignorātias, diuitibus delitias, pauperib. inuidia, rectorib. tyrānidē, inferioribus odia. Hac arte plures ille deijcit, nec tam facile peccatū uitiumq; cognoscitur, qm̄ naturæ tribuim⁹, quod uitiū est. Vt huic astutiæ dęmonis occurras, oportet, pbēte circūspicere teipsum, & inferiora tua nosse, & attēdere, quæ uitia tibi pxima sunt, uel ratione naturæ, & ingenij tui, vel muneris, aut alteri⁹ rei causa, & ab illis maximè cauere, & in extremū alterū declinare, hoc uerò Aristotele lumine solo naturali docuit, & est abnegatio illa, (Aristo.)

B qua Christus Dominus iterato repetijt, quę unica nobis in salutem ęternam uia est. Quemadmodum enim cum nauigiū periclitatur, quod nimiū onus quod ex hac parte est, illud submergit, curā nautæ, onus in aliam partem deducere, sic cum natura, aut conditione tua te uideris in uitium aliquod procliuem aut facilem, in alteram tibi inclinandū est partem, in hoc enim uis, uitaque animæ cōspicitur, sicut enim uiuus piscis in hoc dignoscitur, si contra ictum fluuij conetur & natet, mortuus uerò ab aqua ducitur quo illa præterfluit, ita uita agnoscitur animæ, si aduersus ingenij ac naturę inclinationes nouerit enatare. Tertia dæmonis astutia est, hominib. suadere multa, quæ natura sua peccata non sunt, qbus tamen admissis innumera procedūt (Simile)

C in animam peccata, & hæc suadet ille facile, quoniam manifesta peccata non sunt. Diuitias quærere malum non est, nec enim illę malę sunt, ludus malus nō est, cum aliquando licitus sit, & honestus, per nuptias desiderare uirginē malum, non est, ornare se, malum nō est, semel duntaxat in anno confiteri malum non est. Scit dæmon, neminem repente fieri summum, & ideo non statim peccata grauia ppōnit, sed ea, quæ natura sua indifferentia sunt, ut ea, quę diximus, & si peccata proponit, primum leuia obijcit, non grauia, sutta leuia, non grandia non adulterium, sed affectum beneuolentiæ nimium, non mortalia peccata,

A sed uenialia, ex quibus tamē ad grauissima peccata hominem facile deducit. Qd fiant peccata, ut diuitię acquirātur, quis dicendo enumeret. Quot in ludis perpetrentur crimina, quis numerando cēseat? & ita in reliquis. Contra hanc astutiam illud tibi remedium sit, non solum caue ab eo, quod manifestè peccatum est, sed, & ab eo, quod prope peccatum est, non solum ab omne, & igne cauēdum, sed nec proxime accedendum, nec in Sodoma consistas, nec in omni circumregione, sic Angeli dixere Loth. Quid enim mihi proficiet dicere, uinum natura sua malū non est, si mihi est, quia lateris dolore laboro: uides innumera te admittere peccata in ludo, in acquisitione substātiæ, quid prodest dicere, hoc malum natura sua non est: &c. (Gen. 2)

B

CONCIO II.

De Dæmone animæ inimico, quæ est quarta huius tractatus.

THEMA.

Quis reuelabit faciem indumenti eius & in medium oris eius quis intrabit? portas uultus eius quis aperiet? Iob 41.



INter magnalia, de qbus ille loquēs Iob gloriatur, illud vnū est. Nunquid illudes ei, Behemot, scilicet, quasi aui, aut ligabis eū ancillis tuis? quasi dicat, hoc tu efficere nō uales: efficia uerò ego, ligabo ego eum, ut auem, & pueris tradam in ludum, & ancillis meis, animabus, scilicet iustis ligatum eum tradam, vt ei insultent, & ei illudant, ut illud Ps. impleatur, Draco iste, quem formāsti ad illudēdum ei. Ligauit fortem armatum Christus Dominus, ut omnes ei illudere possimus, sed precipue traditus est ligatus ancillæ illi, quæ ait. Ecce ancilla Domini, quæ sibi usurpare potest uerba illa filij. Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. Nihil enim (Iob 40) (C) (Ps. 102) (Luc. 11) (Luc. 1.)

V enim in Maria dæmon habet, in nullo,
Ioã.14 vel in minimo eam lædere potuit, nulla
potentia, nũ arte ei nocere ualuit, eius
nunc opem imploremus, &c.
Greg. Greg. 30. Mor. c. 28. in verba, quæ ini
tio vsurpauim⁹, ait Leuiathan iste aliter
religiosas hominum mentes, aliter verò
huic mundo deditas tentat: nam prauis
mala, quæ desiderãt, aperte objicit: bo-
nis aũt latenter insidians sub specie san
ctitatis illudit, illis uelut familiarib. suis
iniquum se manifestius insinuat, istis ue
rò uelut extraneis cuiusdam quasi hone
statis prætextu se palliat vt mala, quę eis
2. Cor. 11. publicè non ualet inferre, tecta bonæ a-
ctionis velamine subintromittat. Hinc
Pau. Ipse enim Sathanas trãsfigurat se ĩ
Angelum lucis, hãc trãsfigurationẽ Io-
B sue timuit, qñ uidens Angelum cuius es
Iosue 5 set partis inquisiuit dicẽs: Noster es, an
aduersariorũ? Diuina uero gratia iustis
ostẽdit faciem huius Leuiathan, & indu
mentũ, quo tegitur, tollit, quo ille se oc-
cultare uolebat. In mediũ uero oris eius
intrare est, calliditatis ei⁹ uerba penetra
re, ut nequaquã pensetur, quid resonent,
Gen. 2. sed quo intẽdant. Nõ intrauit Adam in
medium oris eius, qñ intentionem per-
suasionis illius cautè pensare neglexit di
uinitatem se per illum accipere credidit
& immortalitatẽ amisit. Hęc Gre. Por-
tas, addit Dñs, vultus eius, quis aperiet?
velatum astutijs vultum portis objicit,
C sed Dñs illas electis aperit, vt agnito il-
lius vultu, fugiant, ac declinent: nunc er
go has aperiamus nos portas, indumen
tum feciei tollamus, & astutias illi⁹ ma-
nifestemus, diximus superiore concione
tres earum, nunc reliquas dicamus.

Quarta ergo dæmonis astutia est, ho-
mine diuturna tentatione uexare, & tæ-
dio obruere, vt sic in desperationẽ, & dif
fidentiam eum ducat, suadetque non ip
sum ad Deum pertinere: cum tẽtationẽ
ab eo non tollat. Hinc Iob ait. Clamo, et
Iob. 30 nõ exaudis, me sto, & nõ respicis, muta-
tus es mihi ĩ crudelẽ. Hæc verò nõ ita se
habent, nec. n. nobis Deus crudelis est,
sed aliqñ diuturnis egemus tentationib.
ut superbia cordis nostri penitus eradice
tur, nosque ipsos agnoscamus, & non si

mus fidentes in nobis: in Deo uerò tũc A
maximè sperandum, fidendumque est.
Nõ minima ducis fortitudo putat, cum
castellũ ab inimicis circundatũ, & conti
nuis machinis impetitũ per multa tpa
custodit, ac defendit, & magna illum co Simile
rona expectat: non ergo minima fortitu
do tua censenda est, si diuturna vexatus
tẽtatione cor tuũ Deo seruasti: nec iõ te
à Deo derelictũ credere debes, q diu ten
teris, imo maxime protectum, n. n. ab eo
derelictus esses, nec ad momentum ste-
tisses, assistit tibi Deus præcipuo auxilio,
cũ diu steteris, nec inimico succubueris.
Sed ais, durã, & diuturna pugna ista est
qñ finienda? Corona æterna est, non mi
rũ diuturna sit pugna, longa tibi nũc ap
paret, cum breuis sit, cum in cœlestis re-
gno fueris, uidebis nullã fuisse, & dices
cum Pau. Momentaneũ, & leue tribula B
tionis nostrę supra modũ in sublimitate 2. Co. 4
ęternũ glorię põdus operatur ĩ nobis. Fi
nietur vero lucta atq; tentatio, qñ tibi cõ
ueniens fuerit, tu noli tps præscribere
Deo, vt Israel fecit, cũ Holofernes circũ
daret Bethuliã, dicens: Si quinque dieb.
auxiliũ nobis nõ venerit, trademus ciui
tatem, qbus Iudith ait. Qui estis vos, q
tẽtatis Dominũ? Nõ est iste sermo, qui Iud. 8.
misericordiã prouocet, sed poti⁹ q iram
excitet, et furorẽ accẽdat, posuistis uos tẽ
pus miserationis Dñi, & in arbitriũ ve-
strũ diem constituistis ei, dicam⁹, ut fm
voluntatem suam, sic faciat nobiscũ mise
ricordiam suã: Sicut ergo terminũ ma- C
ri ponit, & non præteribit, & dixit. Vsq;
huc venies, et hic confringes tumẽtes flu Iob. 38
ctus tuos. Ita terminum ponet tẽtationi
& dæmonum potentiæ, & dicet, satis est
tace, obmutesce, quiesce mare, & cessa-
bit a feruore suo, & statuet procellã eius Ps. 106
in auram, & silebunt fluctus eius.

Quinta dæmonis astutia est abomina
biles ingerere tẽtationes turpissimasq. ut
iustus eo se magis derelictum putet, quo
credit alios talibus tẽtationib. non exari
seq. oĩno depditũ credat: hac rõne tenta
tiones infidelitatis blasphemiæ, & tur-
pissimarũ rerũ objicit, quib. aĩam vexat
putantẽ eã à seipsa esse, cũ à dæmone pce- Simile
cedét. Solent aliqñ hostes in hostium ca
stra

A stra mittere venenata q̃dã, & fœtida, de quibus tñ illi nihil curant, sed a se proijciũt, ita dæmones in corda nr̃a mittunt hmõi tentationes, de quibus nobis aliud curãdũ non est, q̃ a nobis illas proijcere, scientes, nõ coinquinari nos, si nobis non dominetur, eisq; consensum pbeamus. Hinc Ps. Si mei non fuerint domi nati, tũc immaculatus ero, & emũdabor à delicto maximo. Tẽtationes hmõi molestę q̃dem sunt, non tñ in periculum & discrimen nos trahunt: ipse namque mœror, & tristitia ex eis ingenitus ondit lõge à cõsẽsu aĩum esse. Vides aliq̃n castã fœminã epistolam accipere, qua in malũ sollicitatur si forte epistolam legat, et relegat, eaq; delectatur in discrimẽ eius castitas facile deueniet, et dices iduidẽs, nõ procul a cõsensu in malum illa est. Si uero epistola ĩspectã doleat, tristet̃, lachrymetur, eam rumpat, & dirumpat, ais, casta mulier hæc est, longe à luxuria cor illius: quid oĩs cogitatio, quæ nos in malũ prouocat, nisi epistola dæmonis est, qua aĩæ castitas tẽtatur? cauendũ maxime à tentationibus illis quibus aĩus delectat̃, quibus sibi dulcescit, hmõi tentationes sunt vindictę, luxurię, & similes: illæ vero, quę aĩo mœstitiam, & dolorẽ pariũt, periculo uacãt, nec in eis aĩæ castitas periclitatur. Ne ergo mireris, si hmõi tẽtationibus uexeris Christo.n. dño tẽtationem obiecit dæmon oĩum pessimam, ut s. Deus cum esset, dæmonẽ adoraret, nulla inter tẽtationes huic similis, nulla magis abominãda, nec tñ vllo modo Christum infecit, ne ergo te inficiendum credas, q̃ tẽtationẽ sustineas abominabilẽ, cõsensu.n. oĩa inficit, nõ uero tẽtatione.

Psa. 18

Simile

Sexta dæmonis astutia est, scrupulos ingerere, q̃b. aĩ trãquillitas, paxq; turbetur, ĩ qua Deus libẽter habitat, q̃a ut Ps. ait. Factus est in pace locus eius. Est uero scrupulosa cõsciẽtia dubia leui de cã, nimisq; anxia, vexataq;, acquiescere nõ ualẽs, scrupulus primæua sui significatione est lapillus minutus intra calceũ constitutus, qui lædẽs pedem affligit ambulantem: per metaphorã uero trãsfertur ad res agendas, estq; angor, & pauor cõsciẽtię, q̃ solet occupare hoĩes natura pusillanimes, ac pauidos, his uero scrupulus mens turbat̃, & dulcedo spũalis uitæ tollit̃, & pax illa Dei, quæ exuperat oẽm sensum, & nænijs mens occupata a profectu impeditur spũali, & quamuis scrupuli à melancolia pro cedere soleant, dæmon tñ illos uel auget, uel ingenerat, ut mentẽ turbet, & eius pacem, ac profectũ impediat. Esse uero hanc animi motum à dæmone, non à Deo ostendit aĩ turbatio, & anxietas: hoc differt naturalis motus à uiolẽto, quod naturalis, cum ab intrinseco pcedat, suauis est, insuauis uio lentus, q̃a ab extrinseco est: ad hunc modum motus, q̃ a Deo procedunt, qui author naturæ est, & aĩæ illabitur, dulces sunt, quasi innati, & summa cum animi pace, ac tranquillitate: qui vero à dæmone ĩsuaues, & aĩo aduersi, illũ lædentes ac pungentes, hoc uero significatum est cum dñs Eliæ se ostendere uoluit, uenit enim spũs grandis conterens petras, & deinde cõmotio, & demũ ignis, et in his dñs nõ erat. Venit deinde spiritus auræ tenuis, dulcis, pacatusq; & ibi dñs, quia dñi spũs suauis in oĩbus est, et cum contritione, ac dolore aĩum pulsat, lachrymas efficit dulces. Quoties ergo senseris mentẽ turbari tuã, agitariq;, ac quasi ab extrinseco moueri, dæmonis crede impulsum eũ esse, noli et acquiescere, noli credere, pater mendacij est ab initio, mẽdacia tibi loquit̃. In his uero regula illa certa est, quã Siluester uerbo scrupulus refert tradidisse defunctum uirum religiosum amico uiuẽti, cõsule, ait, uirũ doctũ, & piũ, maxime cõfessariũ, & ei pare, ac obtẽpera, & securus eris: ille.n. rõne redditurus est eius, q̃ pceperit, a te uero rõ alia.n. exiget, q̃ si paruisti, & obtẽperasti, hic cũ q̃dam uir obediens defunctus esset, & eũ interrogaret, licet mortuũ pater spũalis, q̃uo in Dei iudicio cũ illo actũ esset, rñdit, ego iudicium non subiui qm̃ obediẽs fui: & obediẽs nõ iudicat̃, q̃ sic accipiendũ est, ut mitissime iudicet̃, & in his in q̃bus obedit, ab eo rõ non exquiratur, quare ea præstiterit, solo enim hoc uerbo rñdere poterit, obediui: quẽadmodũ.n. in principis domo, qm̃ inferior minister aliquid fecit, & interroga-

Psa. 75

3. Re. 9

Sylue.

Gen.2. Ex quib. patet, fornicarium, cũ prius esset unũ cũ Chro, effici unũ cũ meretrice, quod grauissimũ est piaculũ. Secũdum rõnem addit D. Paulus in uerbis, q̃ in Themate proposuimus. Fugite fornicationem, oẽ.n. peccatum, quodcunq; fecerit homo, extra corpus est, qui aũt fornicatur, in corpus suũ peccat. In quæ verba D.Tho. ait. Merito Paulus dicit, fugite fornicationẽ, quo innuit alia uitia superari resistendo, hoc uero fugiendo, nã
D.Th.
B in alijs quanto quis particularia cõsiderat, & tractat, tanto minus in eis inuenit, unde delectetur, imo magis anxiat' pp pœnalitates, & afflictiones, quas habent, uel intrinsecus, ut inuidia, impatiẽtia, amaritudo, &c. Vel annexas, ut superbia auaritia, in quib. dum impeditur quis ab alijs idem quærentib. molestat'. Sed in fornicatione, quo magis particulare considerat, eo magis delectatur, & incenditur, ideoq; hic fugiendum omnino ẽst à cogitatione, uisu, & omni occasione. Hinc Arist. 3. ethic. ait. Hoc q͂ sapientes plebis passi sunt ad Helenã, hoc oportet nos pati ad delectationem libidinis, vt. s. studẽtes uirtuti dicamus, fuge, fuge, sicut sapientes plebis dixerunt, fugiendam Helenam, ne sua pulchritudine caperentur. Ora ergo dñm cum Psalte: Auerte oculos meos ne videant uanitatem, auerte cogitationẽ, ne eã attẽdat, auerte denique oẽm occasionem. In manus tyrannorum sæpe martyres se dederunt, & in leones, & ignes se coniecerũt at nunquã in occasiones libidinis, imo, ut eas uitarent aliqñ in flumina se dabant, & in mortem. Ex dictis apparet quanta sit carnis potẽtia, cuius præcipua victoria in fuga est, cum.n. hostis fortis est, cum eo decertamus, cum uero nobis fortior manifestè fugæ rem cõsium quærimus. Fortissimus profectò inimicus caro est, cum præcipuum contra eã remedium fuga sit fugite fornicationem. Paulus ait. Sed iam eius rationem attendamus, quæ secunda est in reliquis peccatis corpus nostrum nõ inquinamus, sed in fornicatione inquinat' corpus nostrũ & illud graui iniuria afficimus, quia illud inquinamus cõtra rationem. Hinc
Arist.
C
Ps.118
Apoc. 3. dr̃: Habes pauca nomina ĩ Sardis, qui non inquinauerunt uestimenta sua. i. corpora, & iterum in c. 14. Hi sũt, qui cum mulierib. nõ sunt coinquinati, virgines. n. sunt. Hinc ẽt Paul': Propter quod tradidit illos Deus ĩ desideria cordis eorum in immunditiam, ut cõtumelijs afficiãt corpora sua. Et iterum: Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominia. Et iõ cum castitatem monerret ait Thessalonicensib. Vt sciat unusquisq; uas suum possidere in sanctificationem, & honorem, non in passionem desiderij, sicut & gẽtes. Qui ergo castus est sanctificat, & honorat corpus suum, qui vero inhonestus illud deturpat, & ĩhonorat, ac ignominijs afficit. Cõe quidẽ oĩ peccato est, ut aĩam inquinet, & in honoret, sicut contra uirtus eam ornat, & honorat. Hinc Sapiens monet: Fili mi, in mãsuetudine serua aĩam tuam, & da illi honorem secundum meritũ suũ, Peccatem in animã suam quis iustificabit? & quis honorificabit exhonorãtem animam suam? Præcipua tñ rõne luxuria inquinat, & exhonorat, ac deturpat aĩam. An non turpe duceres, si à seruo cõculcaretis? An non turpissimũ si a bestia in oĩbus regereris, ac ducereris? Sed quid obsecro minus pateris, cum a carne superaris? An non seruo te conculcat, & despicit? An non bestia te ducit, ac reducit? An non te iumentũ ligat, & in stabulum ducit? An non te colaphizat? solam carnis tẽtationẽ collaphizationem dicebat Paul. ut superius adnotauimus, quo obsecro nomine compellaret fornicationẽ? Vilis p̃fectò: ac uilissimus fornicator est. Hinc cum coram Diogene Alexander eximie a quodã laudaretur. Respondit Diogenes cum contemnis, Alexander seruus est serui mei, qui seruus est corporis & appetitus, sed non animam
Apo.14
Rom. 1
1.Th. 4
B
Ecc.10
C

A animã solã inhonorat luxuria sicut alia vitia, sed, & corpus: reliqua peccata, ait Paulus, extra corpus sũt, sed qui fornicatur, in corpus suũ peccat, illud inficit, ac deturpat, & hac rõne Dei iusto iudicio sępe fit, vt corpus luxuriosi exteri⁹ deformet lepra, & alijs infirmitatib. vt nouerit, ille, qũo aiã pri⁹ inqnauerit, & corp⁹ ipsũ peccato polluerit, qđ qa spiritualib. oculis nõ uidet, videat vel corporalibus corporis maculas & inquinaméta. Meri-

Ps. 118 to orat Psaltes, vt superius diximus. Amputa opprobriũ meũ, qd timui, aufer à me opprobriũ luxuriæ, qđ ita timui, vt fugeré quasi à facie colubri. Præcipuè uero fugieda hęc dehonoratio corporis ñri est, postq̃ à nobis susceptus Christus in Eucharistia est ille. n. ingressu suo corp⁹ honorificauit nostrũ, illud efficiés templũ suũ, & gloria Domini impleuit corpus nostrum eo intrante in illud. Caue ne de te dicatur illud Hieremiæ. Qui nu-

B

Thr. 4. triebãtur in croceis, amplexati sunt stercora. An non id facit, qui sacraméti s cœlestibus nutritus ad uilia vitia descédit.

Tertiam rõnem Paulus adijcit dicés:

1. Co. 6 An nescitis, quoniã mébra vestra téplũ sunt Spiritus sancti, qui in uobis est, qué habetis a Deo, & nõ estis uestri, empti enim estis pretio magno, glorificate, & portate in corpore uestro. Elegit quidé Deus aiam nostrã in domũ præcipuã, tamé etiã in corpore nostro habitat, in quã tum exequitur opera charitatis. Domũ vero Dei decet sanctitudo, & omnis mũdities, cauendum ergo maximè ab im-

C munditia fornicationis, ne si templum Dei uiolauerimus, disperdat nos Deus.

Sed iam de remedijs, quibus huic vitio occurritur, agendum est. Aliqñ tentationes luxuriæ non ita a carne procedũt vt illa sit potior causa Dęmonis vexatio uel hominis superbia, quam, ut deijciat Deus viles permittit tétationes, & nunc præcipuũ remedium est oratio humilis, & humilitas orans, ac sui cognitio, et despect⁹. Oĩbus uero notũ esse debet, castitaté Dei donũ esse, & ab alio quã à Deo

Sap. 8. haberi non posse. Vnde Sap. ait. Et sciui quoniam aliter non possem esse cõtinés, nisi Deus det. Et hoc ipsum erat summa sapientia, scire cuius esset donũ, adij Dominũ, & deprecatus sum illũ. Et quéad modũ ille q à rege suscepit castellũ custodiédũ, nec illud ab inimicis tueri põt, Simile illud regi tradit, ut ille, qui potẽs ẽ, illud incolume ab hostib. seruet. Sic cũ quidã iustus ualde impugnaret sen sualitẽ tatione, prosternẽs se coram crucifixo, dixit: Domine terrã corporis mei, q̃ à te teneo amplius tueri non possum, ego reddo eã tibi, defende tu eã, & hac humilitate superauit tẽtationẽ, qa custodiet paruulos Domini humiliatus sũ, & liberauit me. Ps. 114 Ad omnẽ pellẽdam tentationem oratio humilis iuuat maximè. Sed præcipue cõtra sensualẽ, vt de se affirmat Hieron. Hier.

Sed quia nunc de carnis tẽtatione agimus, quę pręcipuè à carne proficiscitur, de remedijs aduersus eam agendum est B in quibus illud primo attendendum nobis est, quod Paulus monet. Non regnet Ro. 6. peccatũ i vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscẽtijs uestris. Noĩe verò peccari sępe numero in scriptura appetitus significatur qa est effectus, & causa peccati sicut ibi: Iã nõ ego operor illud, sed q habitat in me peccatũ, idest, appetitus inordinatus. Nũc ergo nos Paulus monet. Nõ regnet peccatũ i uestro mortali corpore. Nõ ait, nõ sit peccatũ in ue- Ro. 7. stro mortali corpore, id. n. in nostra potestate non est, appetitus. n. insurgit aduersus rõnẽ, nec prohibere id nos valemus, & ideo illud nobis nõ imputatur ad peccatum. Sed ait, nõ regnet, quia actus uoluntatis cum filij sint reginę, reges sunt, C & regnãt in nobis. Actus uero sensualitatis cum sint filij seruæ, serui etiã sunt, tãquam partus, qui sequitur vterum, nec regnare valent, nisi uolũtatem superẽt. Hoc verò nobis cauendum Pau. monet quasi dicat. Et si oriantur in te appetius praui, sed nõ dñentur. Eijce ancillã, & filiũ eius, nõ enim erit hæres filius ancil- Ge. 21 læ cũ filio liberæ. Hinc Ps. ait. Si mei nõ fuerint dominati, tũc ĩmaculatus ero, & Ps. 18. emũdabor a delicto maximo, idest, à peccato mortali. Noli ergo merere, q tentaris, noli de hac re discruciari, cura uero, ne tẽtatio te opprimat, ne te superet. Sed quibus remedijs utẽdum sit, uideamus.

A Primũ qui se remedium est, & illud potissimũ, qd superiore concione diximus vitare, scilicet corporis delitias, pręcipue
Heb.4 i cibo & potu. Hinc Pau. Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. Qui in re oẽs sancti nobis mira exẽpla tradiderũt qui corpus afflixerũt, vt potius cibũ cogitaret, q̃ delitias. Sic. n. Hilariũ corpori suo
Hier.4 dixisse Hieronym⁹ i eius vita author ẽ.

Secundo oĩs nobis fugienda huius vitij occasio est, ut superius dixi: Occasiones uero vitij huius sunt multæ. Prima, conuictus, & familiaritas cũ luxuriosis, de quo plura superius dicta sunt, cũ de mũdo egimus. Secunda lectio librorum turpiũ, qui serpentiũ veneno pleni sunt. Cogita mente tuam aridæ materiæ persimilem esse, quæ vulgo di(yesca) q̃ facile ignis inflamat: & ideo ab oĩ scintilla
B ignis tibi cauendũ. Tertia, otiũ, quod superiori concione ostẽdimus ex Ezechieli iniquitatis Sodomæ causam extitisse. Quarta mulierũ familiaritas earumque cõspectus, quem fugiendum ẽt Ethnici sapientes Gręci dixerunt. Non solum libido nobis fugienda est, sed illa uniuersa, quæ propè libidinem sunt. Sicut non solum ab igne declinas, sed propè ẽt accedere, ne igniaris. Audi quid Angelus
Gen.19 moneat Loth. Salua animam tuam noli respicere post tergũ, nec stes in omni circa regione sed in mõte saluũ te fac, ne et tu simul pereas. Ignis quidẽ Dei descendit in inhonestos, ideò non solũ à Sodoma
C exeũdum, sed in oĩ regione, quę propè est, non est standum. Qui verò ait, in honestus non ero, sed occasiones non fugiam, prope Sodomam manet, ipse peri
Eccl.3. bit. Qui enim amat periculũ, peribit in illo, vt Sapiens ait: & iterum Sapiẽs ait.
Pro.27 Astutus vidẽs malũ abscõditus est Paruuli pertranseũtes sustinuerũt dispẽdia.
Pro.14 Et iustus timet, et declinat à malo. Stultus cõfidit, & trãsilit. Sancti. n. timuerũt occasiones, & ideo eas declinauerunt. Nos verò miseri cõfidim⁹, & occasionẽ non fugimus, & ideo in eam incidimus.

Tertio remediũ maximum est frequẽtia sacrorum, si debitè suscipiãtur: & deuotio, ac effectus singularis ad Mariam Dei matrem, pręcipuè ad eius Annunciationem, & cõceptionem. Et primum de sacramẽtorũ frequentia rõ est manifesta. Infirmitas. n. ac imbecillitas natura nostrę facit, ut carni succũbamus, gr̃a verò Dei efficit, vt cor stabiliat, ac forte sit ad oẽm superãdã rẽtationẽ, gr̃a verò i sacramẽtis percipit, de qbus scriptũ est:
Haurietis aquas in gaudio de fontib. salvatoris. Sicut ergo is, q aqua idiget, ad fontẽ accedit: ita q gr̃a eget, ad sacra accedat oportet, gr̃a verò nobis op⁹ est, ut ĩfirmã naturã sanem⁹, ne carni succũbat ergo ut id assequamur, sacra percipiamus. Sed singulari rõne diuinissimũ Eucharistię sacrm id p̃stat, qa i eo est fõs puritatis, & gr̃æ X p̃s Dñs. Hinc de eo multis retro sæculis Zach. p̃dixerat. Quid. n. bonũ ei⁹ est & qd pulchrũ ei⁹, nisi frumẽtũ electorũ, & uinũ germinãs uirgines? Multa fausta de Christiana Ecclesia vaticinat⁹, ea cõcludit his uerbis, quib. Eucharistiã expressit, de qua ait, frumẽtũ esse electorũ, qa tanq̃ cib. uinẽtiũ p gr̃am est. Dicit ẽt vinũ esse germinãs uirgines, ex quo manifeste patet, q sicut est uinũ i quo est luxuria, ut ex Pau. dixim⁹ ita est aliud uinũ, q uirginitatẽ, & castitatẽ germinat. Hoc verò efficit sãguis, & corp⁹ X p̃i, qui de purissimma cõcipi Virgine uoluit, & virginitatẽ, & castitatẽ mũdo attulit, ut qualis cęlestis est, tales essem⁹ cęlestes, & hãc cęlestẽ castitatis uirtutẽ efficit singulari rõne i his, q eũ digne suscipiũt. Sicut arbor illa paradisi erat ex utraq. parte fluminis, & afferebat fructus duodecim, ita X p̃s arbor uitę ẽ, & ex vtraq. fluminis parte cõsistit, q a in cęlo est ad patris dexterã, & in terra sub specieb. panis, et vini. Duodeci vero fructus duodecim affectus mirabiles sũt hui⁹ sacri: inter quos puritas, ac castitas meritò numerat. Sed diximus, & meritò dignè su scipiẽtib. id cõcedi Qui. n. mãducat, et bibit idignè, iudiciũ sibi mãducat, et bibit
Et nõ mõ castitatis fructũ nõ pcipit, sed poti⁹ à Deo deserit, ut ĩpurior fit, et ihonestior. Sicut. n. idẽ Sol fructificare a. borisramũ facit, cũ ramus uiu⁹, & ĩ arbore ẽ, si uerò pcisus, aut siccus fit illũ magis exsiccat, & pdit. Ita X p̃s iustitię Sol palmitã viti inhærẽtẽ fructificare, facit, pcisũ
verò

Right margin notes: A; Isa.12.; Zach.; B; Ap.22. C; 1.Cor.ii

A vero & emortuum magis perdit, nō sui natura, sed suscipientis vitio.

De singulari et affectu ad virginē matrē, id manifesta docet experientia, iuuare maximè ad castitatē. En grande miraculum vir, & fęmina, quib. id uirtutis inest, ut quo magis fęminæ uirū amant, ad cū accedunt, eo puriores, & castitatis amatores sunt amplius. Et quo viri plus fœminā dilexerint, eo castiores, ac puriores sunt. Hi uero Christus & Maria sūt virgines, & virginū principes. Sicut ergo stellæ cæli influentias habēt singulares, qbus terram fœcūdant, & licet una stella
B plura bona influat, unum tñ ita singulariter influat: vt inde dicat illud influere, ita Christus, et Maria stellę sunt, ille stella splendida, & matutina, hęc stella maris. Vniuersa bona influant, vñ ecclesia canit Sydus refulget iam nouū, ut tollat oē noxium. Sed singulari rōne castitatē donant, ac puritatem. Quod si id experientia cōprobare uis, sacra frequēter suscipe, Mariæ afficere, eius rosariū recita deuote, & mirabiles effectus experieris, Magister Abila memorię, pdidit depetditis hoībus, ac pene despatis Mariā auxilio fuisse, ut casti essent, qa aliquā quotidie orōnē fundebant in honorē annūciationis, & conceptionis B. Mariæ.

Remedia diximus, q̄ adhibenda sunt prius q̄ tētatio in nos insurgat. Cum uero turpi cogitatione mens tua pulsat, statim remediū adhibe, dū hostis paruꝰ est.
C Vt sis illi similis, de quo psalm. ait. Bea-
Ps. 136 tus q tenebit, & allidet paruulꝰ Babylonis ad petrā. Capite ergo uulpes paruulas, q̄ demoliūt uineas. Dū hostis paruꝰ
Can. 2 est, facile supat, si creuerit difficile. Paruus ignis facile extīguit, maximus uero
Osee 2 nō sic. Vñ accidit illud Oseę. Succēsi sūt quasi clibanus à coquēte. Arbor recēs plātata facile eradicat, q̄ altas misit radices non sic. Dū turpis incipit cogitatio, paruā dat electationē, nō facile dimittitur. sed crescēte delectatione, cuius nimiū cupidi sumus, difficile relinqt. Ideo statim ei occurre signo crucis, cogitatione mortis inferni, & passiones Xpi, ut clauos clauo trudat, & aliquo et dolore suscepto, quo caro uerberet, q̄ uerberabit, &c.

CONCIONES. A

De renouatione veteris hominis, & reformatione peccatoris etiam deperditi. In quo traditur, quibus remedijs vti homo debeat post confessionem ritè peractam, vt prauos habitus, & passiones superare valeat, & perfectam peccatorum uitam consequi. B

CONCIO I.

De necessitate nouæ uitę, quam homo post pœnitentiam agere debet, & de spe consequendi plenam sui uictoriam.

THEMA.

Fili peccasti? Ne adiicias iterum, sed & de pristinis deprecare. Eccl. 21.



Miserrimus pfecto peccati status, qa īfinitum malū pcīnest, nec excogitabile est malum tantum, q pctō ullo modo conferri possit, & iō nullus est, sed necesse potest adeo miser, ac C ille, qui peccati seruus est. Vt a tanto malo homo liberetur, pænitentia præstat. Hæc uero duobus constat, dolore prætetitę uitæ, & nouitate sequentis. Nec unū sine altero satis est, ut definiuit Conciliū Tridentinum Sessione 14. ca. 14. Et colligitur manifestè ex illo Hieremię Proijcite a nobis iniquitates uestras, & facite nobis cor nouum, & spiritum nouū. Cui consonat Paulus dicēs. Exuite ueterem hoīem, & nouum induite, qui secūdum Deus creatus est. Fuit hæc doctrina omnium patrum, quorum sententias refert Gratianus de Pœnitentia.

Conc. Tridē.
Ier. 18

A Circa dolorem de peccatis præteritis nihil nunc dicimus, agimus.n.cũ homine qui rite confessus est. Hoc tamẽ vnũ ei dicimus, ne omnino obliuiscatur se
Eccl.5 peccasse. Quia ut Sapiẽs ait. De ꝓpitiato peccato noli esse sine metu. Audierat
2.Reg. Dauid. Dñs transtulit peccatum tuum à
Psa.50 te. Vt tamen ait. Peccatum meũ contra me est sẽper. Et amplius. Laua me Domine ab iniqtate mea, & a peccato meo mũda me. Nouerant Petrus, & Magdalena peccata sua remissa, nihilominus ꝑ pctuis lachrymis ea deplorabant. Sicut ergo mulier adultera viro reconciliata, licet veniã acceperit, verecunde tamen agit, & confunditur, quia deliquit. Ita licet veniam sis consequutus, tñ memento te peccasse. Meměto deꝑhensam, ait
Ge. 20 Abimelech Saræ. Imo aliqua rõne plus
B dolendum nobis esset de peccato propitiato, quam de non propitiato, quia cum tibi Deus propitius fuit, amorem, & bo-
Simile nitatem magis ostendit, quapropter magis dolere debes, quia dilectissimum, & benignissimum patrẽ læsisti. Accidit aliqñ, vt nocte percurrens uias publicas, q̃spiam, patrem grauiter uulneret, quia eũ non nouit. Cum vero patrẽ uulneratum videt, dolet, quod eum vulnerauerit. Si vero statim pater ignoscat filio, magis dolet filius, cum patris amorem uidet, q̃ tã cito indulsit. Ita omnino in tenebris ambulat, qui peccat in Deum, non eum
1.Ioã.1 agnoscit, ideo peccat, nã vt Ioannes ait.
C Si quis dicit, se nosse Deum, & mãdata eius non obseruat, mẽdax est. Cũ fide viua agnouisti Deum parẽtem a te vulneratũ, doluisti, ignouit tibi Deus, & in eo bonitatẽ, ac amorẽ in te præcipuũ ostendit, magis nunc tibi dolendum de ꝓpitiato peccato, quia eum læsisti, qui sic te diligit. Grauissimi uiri testimonio didici in Hispania accidisse, quod nũc dicã. Tenebatur in lacu leo, custos uero eius, qui ei alimenta præbebat, libere intrabat, & exibat nihilque mali a leone patiebatur. Die uero festo nouam vestem induit leonis custos, & cum de more ad leonem ingrederetur, agnitus non fuit propter uestis mutationem, & in momẽto a leone discerptus, quẽ magis, ac magis leo intuens agnouit custodem suum, qui eum pascebat, quo agnito eos agnitus dedit, ut sustineri uix posset. Disce ergo ò homo a bestia gratus benefactori esse, & de peccato dolere, ꝙ in tñ commisisti benefactorẽ. Sic ẽt Moyses post A
quã a Deo obtinuit pcti Israel ueniam, Exo.3.
uitulum in puluerem reductũ eis potũ dedit, ut nos doceret, de remisso peccato dolere, & pęnitentiam agere.

Sed peccato deleto noua uita tibi necessaria est. Vnde Gregorius pænitentia est, præterita mala plangere, & plãgẽda iterum non committere. Et idem Greg. Grego.
admonuit. 31. Flẽdo inaniter mundant, ho. 34.
qui viuẽdo se nequiter inquinãt. Quid in Euã
enim prodest, quod à luto te erigam, ac geli ũ.
mundẽ si statim in idem lutum te proijcias. Hinc Sapiẽs, & Petrus aiũt. Canis B Pro.26
reuersus ad uomitũ suum, & sus lota in 2.Pe.2.
volutabro luti. Et Sapiẽs. Quid prodest Ex.34.
baptizat a mortuo, & iterum tangit il- Ecc.7.
lum, qd prodest lauatio eius? Hinc dicitur. Ne iteres uerbũ in oratione tua, id est, ne iterum idem facias, pro quo necesse sit iterum orare. Similes sunt hi illis, qui uenientes coram facie regis magna submissione blandiũtur, sed recedentes damna, quæ uelent, atrociter inferunt. Admonendi sunt hi, ait Gregor. quod plerumque mali ita inutiliter compunguntur ad iustitiam, sicut plerunque boni innoxiæ tentantur ad culpam, quia vtrumque externum est, nec cor tangit. Sic Balan respiciens iustorũ tabernaculi, dixit. Moriatur aĩa mea morte iustorum. Sed cito consilium præbet contra C
eorum vitam, quorum morti similis esse uoluit. Quo facto ostendit superiora nõ ex corde dixisse. Vnde multum dubitã-
dum est de eius pænitentia, quia statim Nu.23
ad peccatum reuertitur, an uera fuerit. Nu.24
Nam ut Paulus ait. Tristitia quæ secundum Deũ est, pœnitẽtiam in salutem stabilem operatur. Quę ergo salutem stabilem non dedit, forsan a Deo non fuit. Quid obsecro diceres de illius pœniten- 2 Co.7
tia, qui cum tibi alapam dedisset, ueniã supplex petit, & ea obtẽta, statim aliam alapam impingit? An non irrisoria illa pęnitentia diceretur.

Duo

A Duo ergo peccatori necessaria sunt, dolor de preterito,& noua uita. Sed sciendum hoc sin finem esse prioris, in id.n. dolor de præteritis ordinat, ut noua uita ducatur,& ideo hoc pre cipuũ est & ei præcipue attendendum. Ideo pænitetia Græce dr: Metanœia,i.transmētatio,trāsitio mētis ab uno in aliud. Hinc Isaias. Lauamini mūdi estote. Munditiies finis est lotionis. Augu. Quidam lauantur,& mundi non sunt,p angunt,& non deserunt uitia. Quemadmodũ ergo in natura corruptio nō intēdit,nisi tanq̃ mediū ad generationem,ita in gratia corruptio hominis ueteris intēditur ad generationem hominis nouis. Ois ergo pænitētia in nouam uitam ordinatur,ut in finem.

Isa.1. Aug.

B Ex dictis colligitur incuria,& neglig ētia multorum confessariorum,& pluriū etiā pænitentium. Confessariorum quidē,dum putant,muneri suo satisfactū,si penitentem audiant,increpent, & iniūcta pænitentia absoluant. Et perpauci sunt,qui iuuent,instituātq; pænitentem, quomodo nouā agat, uitam, & peccata uitet,et bonis operibus incūbat. Et hinc fit,ut Plurimos uideas,qui peccata confessi sunt paucos uero,qui ea reliquerint Cum tñ utrumq. cōfessarius prestare deberet. Ióenim ad Prophetam Dñs ait. Ecce cōstitui te hodie super gentes, & regna,ut euellas, & destruas ædifices, & plantes. Non solum.n. euellenda,& destruenda peccata sunt,sed & ædificandæ uirtutes,& plātāda bona germina. Hinc ēt discipulis Christus dixit. Solute,& adducite mihi. Non solum,n. soluēdus, & absoluēdus peccator est,sed ēt ad Iesum adducendus per uitam nouam. Pænitentium uero eadem est incuria, ex quibus plurimi confessiones suas diebus statis prestant sed nullam morum correctionem curant, sed similes bestis sunt,quæ aquam ex altis puteis hauriunt, & in circuitu semper ambulant, a cōfessione in peccatum,a peccato in confessionem. Et sicut ut psaltes ait.In circuitu impij ambulant. Ió nos monet Hierem. Laua a malitia cor tuum Hierusalem, ut salua fias, usquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Et Augu. Inanis est pœnitentia, quam sequens coinquinat culpa frequenter peccans & lugens,uix ueniam meretur.

Hier.1 Ma.21 C Hie.4.

Attendendū ergo est,q sicut peccator indiget ministro ad primam pænitentię partem,ut scilicet a peccatis absoluatur, indiget suo modo ministro,ac cōsiliario ad nouā uitā capescendā. Præcipue uero eo indiget deperditus peccator, de quo nūc sermonem instituimus. Et ratio est manifestā,qm difficilius est nouā uitam agere,q̃ pctā confiteri. Licet.n.confessio fiat exacte sed breui tpe examē,& cōtritio haberi pōt. At uitæ, ac morū emendatio per multa tempora durat, & cū in ueteratis prauis habitibus,& affectibus **B** animi inordinatis pugnare diu difficile admodū est,pręcipue cum uitandæ sint occasiones,& huiusm delicta depiciēda, & cum plura adhibenda sint remedia, opus est homini optimo consolario,difficile.n.opus aggreditur, ut patet ex illo Hieremię. Si pōt Aethiops mutare pellē suam, aut Pardus uarietate suas, & uos poteris Benefacere, cum didiceritis malum. Ex dictis perspicuū relinquit, q cū morū correctio sit adeo necessaria peccato,adeo difficilis,necessariū est ei diuinum auxilium,& optimus cōsiliarius,q eum adiuuet,ac manuum porigat; Hūc nos instruere nunc uolumus. Et primū, q eum monemus,hoc sit. Vt quod ad pceptum confessionis attinet, si confessariū doctū,& pium elegit,& is ei asseret, recte eum fuisse confessum, debet illi acquiescere,& secura esse conscientia, siue tm,uel tm examen adhibuerit, siue aliquorum peccatorum oblitus, non unica **C** confessione oia enumerauerit, siue dolor ei nō tātus uideat, deniq; in omni scrupulo credere debet pio,ac docto cōfessario, nec enim si id fecerit, propterea a Deo damnabitur. Ille enim dixit. Qui uos audit me audit. Quod si hoc satis nō esset, ut secura, ac quieta conscientiā essemus non satis prouisum Ecclesiæ a Deo esset, ut animę turę redderentur. Hinc Pau. monet. Iustificati ergo per fidem pacem habeamus ad Deū per Iesum Christum. Quid est,pacem habeamus? Simus animo tranquillo, non timeamus

Hie.13 Lu.10.

A seruiliter damnation e. Cui uero hęc dicit Paulus, si ei non dicit, qui sacraměta suscipit, & iudicio ministri Ecc etiã recte suscepit? Si hic tranquillo aio non debet esse, quis obsecro erit, cui Paul. loquitur. Nõ ergo securus esse omnino dẽt, & omnino certus de gratia obtenta, sed probabili cõiectura, ac morali, quæ satis est, ut animo sit pacato. Sed ais. Summæ consolationis sunt ista mihi. Sit ita, spes enim gaudium, & consolationẽ præbet. Dixit tñ pij, & docti cõfessarij iudicio securum reddi, quia plures sunt confessarij, quorum iudicio securus non eris, de quibus tu probe nosti, non adeo idoneos esse ministro, ut te recte curare ualeant.

B Secundum vero, quo huic homini dicimus, q recte cõfessus est, sed infirmus, ac debilis est, prauis habitibus irretitus, & passionibus vehementibus appetitus exagitatus, illud sit, ut concipiat spẽ maximã correctionis morum, quę illi non possibilis tantum, sed & facilis erit, si uelit remedijs uti, q̃ illi proponemus, qm̃ diuina gratia ei præsto erit, qua oẽs circũstans peccatum superet, & uniuersos

Ps. 30. inimicos prosternat, speret ergo in Deo, & illud faciat, quod Ps. ait. Viriliter agite, & confortetur cor uestrum, omnes q speratis in Domino. Pusillanimitas. n. ac desperatio maxime hominem impediunt ab omni bono peragendo. Proprius peccati effectus pusillanimitas est. tristitia, & defectus spei. Sicut cõtra gratiæ effectus est cor stabilire, ac confirmare, & sperantem facere. Hinc Psal. ait,

C cum de iniquitatibus loquitur. Multipli-

Ps. 36. catę sunt sup capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me. Nec mirũ, qm̃ ueneni proprium est, cor occupare, ac illud infirmum reddere, & imbecille. Et sicut virium amissio corpus infirmum reddit ac debile, ita virtutum defectus, quę vires sunt animę, eam debilem, ac desperatam relinquuntur, licet. n. in peccatore spes maneat, sed languens, ac mortua. Hoc in Cain facile apparet, ad quẽ Deus ait. Quare tristis es, & cur concidit vultus tuus? Nonne si bene egeris, recipies? quasi dicat: Cur desperas, & quasi fine es? Resume uires, & spera, ac bona operare. Et ratio manifesta hoc ostẽdit, qm̃ A peccatum initiũ est inferni, & infernus superior, est. n. infernus inferior, & superior: inferior est ille, in quo torquentur impij superior vero culpa est. Sicut etiã gra Dei est initium beatitudinis, & inferior beatitudo, quæ ad superiorẽ tendit. Sicut ergo in cælo est Dei possessio secura, sine vllo metu eũ amittendi, ita gra, q̃ illius est initium, spem maximã ingenerat in animo. Ita ẽt sicut infernus est desperatio omimoda, absq; ulla spe euadẽdi, sic peccatum initium quoddam habet illius desperationis. Et eo usq; desperatio ista procedere solet, ut suadeat demõ pctõri, impossibile ei esse a peccatis recedere, ac mores in melius mutare, & cum impossibiliũ nõ sit uoluntas, efficit, vt id B nõ tẽtet. Hoc de se asserit Aug. in Confessionib. quod absque vlla spe fuerit, donec ei Christus, & eius gratia fulsit. Id Aug. ipsum de pluribus peccatoribus Hieremias ait. Qui dixerunt desperauimus, post cogitationes nostra ibimus, & unusquisq. prauitatem cordis sui mali faciemus. Hie. 18 De quib. ẽt Paul. ait. Qui desperantes tradiderunt se impudicitiæ, & oĩ immunditiæ. Eph. 4. Dæmon uero maxime curat, hanc augere desperationem, sic. n. a ĩam sæcutam tenet, quę tanquam impossibilem relinquit morũ correctionem. Hinc Sapiẽs. Si desperaueris lapsus in die angustiæ imminuet fortitudo tua. Pro. 24 Etiã in corpore difficilius sanatur infirmus, qui de salute desperauit. Isid. de Sum. bono ait, peccare, & uitam animæ perdere de Isidor. sperare est, in infernum descendere, q a plura peccata multiplicat, qui desperat. C Sed fallacias dæmonis manifestius attẽde, suadet motum mutationem impossibilem, facilem uero salutis æternæ consequutionẽ, cũ ad hanc illa necessaria sit. O uere pater mendacij sine correctione morum salus ęterna ulli contingit vnq̃?

Nunc ergo nos, qui Angeli lucis sumus ueritatẽ docemus, qua tenebras dæmonis pellamus. Et ideo dicimus morũ mutationẽ non mõ possibilem esse, sed & facilẽ, si quis uoluerit Dei gratia uti, & remedia apponere. Audi ẽt ante gratiæ legem dicentem Dñm. Nunquid re-

sina

A sina non est in Galaad, aut medicus nó est ibi? Quare ergo non est obiecta cicatrix filiæ populi mei? Quid obsecro in lege gratiæ dicemus? Nunc ergo ad nřa accedamus. Sicut peccatoris ē desperatio, ita in eo qui recens ad Deum conuersus est, aliqua pusillanimitas, & desperationis reliquia manet, sicut manent ēt alij peccatorum effectus. Ad eū ergo loquimur, ac dicimus. O homo in gratia Dei iam es, peccata tibi dimissa sūt. Christus tibi aderit, in Ecclesia Christi uersaris, quę xenodochium peccatorū est, in quo virtus Dei est in salutem oī credenti, & sicut uniuersa, quæ in xenodochio sūt, in salutē, & curationem infirmorum ordinātur, ita uniuersus Ecclesię status, & oīa, quę in illa sunt, in peccatorū medelā. Tibi ergo erit curatio, nulla plaga desperabilis est tāto medico, & talib. medicinis. Facile ergo peccata exues, & prauos habit⁹, ac affectus, facile idues Christū dnm, q licet initio uestis noua sit, q̄ angit, & cōstringit aliquātulū hoiem, sed cito corpori adaptabit, & facilis reddet. Induite ergo Dnm Iesum Christum.

B

Simile

Ro. 13

Sed si mihi non credis id asserenti, & hoc ipsum oculis tuis subijci, uis id etiā libenter faciam, ostendam tibi oīa remedia tibi adhibenda, ut ea sigillatim inspicias, quod si illa factū facilia fuerint, facilem etiam crede salutem animæ integrā. Præclare Seneca ait. Multis uia uirtutis impossibilis apparet, qa eam à longe aspiciunt, & simul sumptum cōtemplantur, quod vulgo dr̄ (à bulto) Qui tñ, si propius accederent, & sigillatim uiderent, q̄ illis agenda proponuntur, facilē eam iudicarent. Sicut qui à longe contēplantur ingentem montem, per quem uiam acturi sunt, dicunt, fieri ne potest, ut illac nos transeamus. Sed cum prope montem accedunt, uiam uident, q̄ arripiant, & ascendere incipiunt, & licet aliqua loca difficilia inueniant, ea pertranseunt, & post paruam moram temporis super montis cacumen se vident, ac intelligunt, facile esse, quod impossibile prius apparebat. Ita omnino, si uniuersum uirtutis statum à longe conspicias, mons est magnus, dicesq;. Quis ascēdet

Senec.

C

Simile

Nu. 13

in montem Dñi? aut quis stabit in loco sancto eius. Sed si uirtutis uiā arripias, facile illuc peruenies. Sic ēt impij manus populi Israel dissoluerunt, eosq; perterrefecerunt, dicentes impossibile eis esse terram promissam obtinere, quia gigantes erant in ea maximi, & muri ciuitatū cœlos pertingebant, sed boni dixerunt: Ascendamus, & possideamus terrā, qm̄ poterimus obtinere eam. Moyses quoq; ad eos ait. Viriliter agite, & confortamini, nolite timere, nec paueatis ad cōspectum eorum, quia Dns Deus tuus ipse ē ductor tuus, & non dimittet, nec derelinquet te. Idipsum potiori rōne tibi nunc dicimus. Ratio uero manifesta est, Deus vult, præcipitq;, ut mores corrigas, ergo possibile id, ac facile est, possibile qdem, qm̄ impossibilia Deus nō præcipit: facile uerò, quia iugū eius suaue est, & onus eius leue. Et deinde alij peccatores uitā in melius mutauerunt, cur ergo tibi impossibile ē, quod illis fuit facile? Hoc argumento coniunctus est Aug. qui putabat admodū difficile, castitatē seruare, cui ostēsi sunt pueri, & puellę illā colentes, ac ei dictū est, tu nō poteris, qđ isti, & istæ? an isti in se possunt & non in Deo suo? proijce te in Deum, & suscipiet te.

A

Deute. 31.

B

Mat. 11

Sed alia ratione hoc ipsum manifestius reddamus. Duo sunt principia necessaria ad morū mutationē, Deus & homo, gratia Dei, & hoīs concursus, sicut Sol, & homo generant hoīem. Si ergo ostenderimus ex parte diuinæ gratię, & ex parte, hominis facile esse, mors mutare, perspicuum relinquetur, oī ex parte facile esse. Quod hoc sit opus gratiæ, manifestum est ex illo Pau. Abundantius illis omnib. laboraui, non ego sed gratia Dei mecum. De qua re late Aug. lib. de Nat. & grat. ubi ait. Sicut oculus corporis licet sanus, nisi luce adiutus videre non pōt: sic homo ēt iustificatus, indiget diuino auxilio, ut bona operetur, & perseueret. Quod ergo ex parte gratiæ facile sit mores corrigere manifestum est. Potentior. n. gratia, quæ opus Dei est, ad resarciendum, quam peccatum, qđ opus hominis est ad perdendū. Tanta uis gratiæ ex se est, ut minima gratia satis sit;

C

1. Cor. 15.

Aug.

A ad delenda uniuersa peccata, ad uincendas uniuersas tentationes, & totũ inferinũ expugnandũ. Gratia.n.est instrumẽtũ Dei habitantis in aia, vñ agit in virtute Dei, & ĩõ dicere Paul. iure potuit. Oia possũ in eo, q me cõfortat. Hinc et Ioãnes dixit; Potẽs est Deus de lapidib.
Ps.140 istis suscitare filios Abrahæ. Quid similius cordi maximi pcöris q̃ lapis? Durũ ẽ, frigidũ, graue, sterile. Ex nis tñ Deus
Ps.119 grã sua efficit filios Abrahę, qui cũ imitentur in fide, obedientia, ac sacrificio risu sui, q est Isaac. Et præterea, qui potuit id
B q amplius erat, poterit & id, q minus est, grã potuit aiam liberare ab innumeris culpis, & eã ab oi peccato mũdare, poterit ergo in eo statu coseruare, q minus est, plus.n. est a peccati statu ad grę statũ hoiẽ reuocare, q̃ in eo statu stabilire.
1.Reg. 17. Hinc Paul. qui dedit velle, dabit & perficere pro bona volũtate sua, potes ergo o hõ dicere cũ Paul. Omnis possum in eo, qui me cõfortat, qui uero dicit oia, nihil exclusit, poterit ergo oẽ n superare tẽtationẽ, oẽm habitum prauum, oẽm affectum cordis inordinatum, oia mala exẽpla, & deniq; oẽm Satanæ catenã. Hinc Isa. Qui sperãt in Domino mutabũt fortitudinẽ, assument pennas, ut aquilæ uolabunt, & nõ deficient, current, & laborabũt. Deinde quemadmodũ pp naturalẽ
C Timo. vnionẽ aia corpori assistit, & in eo operatur, ita et grã id operãte Deo assistit aię, & in ea operatur, ac aia in corpore: Deus ergo in aia positus, & in ea operãs, quid nõ poteris? Qui dixerit, grãm Dei aliqd non posse, dicit, Deũ non posse. Dic ergo ò hõ, cũ psalte. In Deo faciemus virtutẽ, & ipse ad nihilũ deducet inimicos nros, Deo adiuuãte uniuersa superabo.

Sed animus pusillanimis rõnes quærit, quibus seipsum, ut non speret, & iõ ait. Certũ est, grãm Dei uniuersa posse, q̃ Deus concedat, oia facile superabo. Sed dubito, an grãm mihi Deus donare velit, quoniam eam nõ mereor, imo multis peccatis eam demeritus sum. Rñdeo sicut dubiũ nuiũ est, q grã oia possit, ita nullo modo dubitare licet, an eum Deus cõcedere uelit, & re ipsa concedet, & ego obice non posuero: An non ipse ait. Eũ qui uenit ad me nõ eiiciã foras. Et Hæc A est autem uoluntas eius, qui misit me patris vt omne, q dedit mihi, non perdã ex eo. Et rõ manifesta id confirmat. Cum eras in peccato inimicus; eius, nec quicquã mereri poteras obtulit tibi gratias grãm suam, & auxiliũ dedit ut peccata detestareris, ac confitereris. Multo ergo magis nunc cum amicus, & filius es, & mereri potes, grãm conferret, qua peccati reliquias superes. Similis hæc ratio est illi, Ro. 6.
qua Pau. ait. Si cũ adhuc inimici essem⁹, recõciliati sumus p mortẽ filij eius, multo magis nũc recõciliati salus erimus ab ira per ipsum, quę verba et proposito nostro congruant. Consonat et huic illud Iu.13.
q mater Sapsonis uiro suo dixit. In dñs nos occidere uoluisset, de manib. nostris holocaustũ, et libamẽta nõ accepisset, nec B
ostendisset nobis hæc omnia. Si ergo volueris Dei grã, uti, illa tibi psto erit. Si sitis accede ad Christum, & bibe, tantã.n. cõcedet tibi grẽ copiam, ut flumina de Ioan.7
uentre tuo fluant sicut ipse promisit.

Accedit præterea Augustini argm, quo nos petere fiducialiter monet. Qui te exortatur, & monet, ut petas, quõ petita negabit? vt quid.n te petere vult, nisi vt obtineas? si ergo intẽdit, vt obtineas, quõ negabit, si petieris? Ita ergo nunc Deus tibi dedit proposit ũ uitæ nouę iucundæ in hunc finẽ, ut uitã nouam agas, qui ergo cœpit in te opus bonũ, perficiet usq; in finẽ, qui dedit uelle, dabit, et perficere iuuabitq; te ut perficias. Vt uero sperere discas, noli cogitare Deum durum C
& inexorabilem. Sed potius benignum & magnificũ. Sẽtite de Domino in bonitate, ait. Sapiens. Pater misericordiarum est, & Deus totius cõsolationis. Hinc p Ezechielem ait: Nunqui uoluntatis meæ est mors impij dicit Dominus, & nõ magis, ut cõuertatur, & viuat. Pater est benigne suscipiẽs filium dissipatorem. Samaritanus misericors, q appropians alligat vulnera, infundens vinum, & oleũ. Mira de hac re dicit Gregor. lib. 26. Moral. cap. 17. in illa uerba Iob. Cum dixeris, non considerat, iudicare corã illo, & expecta eum. Deniq; spe tenemur sperare, media ad salutem necessaria, cum vero

A morum emendatio necessaria ad salutē sit, tenemur præcepto spei illam a Deo sperare.

Beda. Sed tandem dices, scio, ꝙ cum gratia Dei ea possum, scio etiā, ꝙ gratiam Deus concedet. Sed dubito, an ego industria mea concurram pp multa difficilia, quæ mihi objiciuntur. Hæc vniuersa sigillatim expendamus, ut manifestum sit, illa oīa a nobis facile superari posse. Quæ ergo sunt, quæ te pusillanimem reddunt? Certè, ais, primò, longa, ac praua consuetudò. Secundò, appetitus inordinati, affectus, & inclinationes malæ. Tertio, frequentes, a graues tentationes. Quartò plures, quæ in mūdo sunt, occasiones, & scandala pe uorū, qui suo exēplo nos ad peccata ducunt. Quintò, experiētia, qua cōperio, sæpè me proposuisse, mores mutare, & sæpius fuisse lapsum. Sextò denique nullus vsus bonorū operum, frequentia sacramentorum, & afflictionum corporis, quæ quasi noua horreo. Ecce gigātes, qui se mihi obuios in hac uia offerūt, vt desperem. Sed ostēdam tibi, quod omnes, sicut panem, sic poteris deuorare, & ideo nihil timendum. De hac re uero concione sequenti agemus.

Acto 3
B
1. Co. 2
Psa. 39
Ioan. 9

CONCIO IIII.

C

De remedijs aduersus impedimenta conuersionis, & mutationis vitæ in melius.

THEMA.

Fili peccasti? ne adijcias iterum, sed et de pristinis deprecare. Eccl. 21.

Simile

Nter ea, quæ difficilem reddūt mutationem vitę in melius illud potissimū est, ꝙ hō prauè affectus, ac ut sic dicam, inclinatus, ac propensus sit in aliquod uitium: Ideo. n. mala consuetudo difficile tollitur, quia transit in alteram naturam ut Arist. ait. 7. Eth. c. 10. Sed non eo peruenit, ut omnino in naturam transeat.

Sed in hac re illud primo sciendum est, quod praua inclinatio non reddit hominem malum, nec Deo odibilem, quia, vt Aristo. dixit, ab his, quę natura nobis insunt, nec laudamur, nec uituperamur. Sicut ergo nō fuit in tua potestate, ut homo esses, aut angelus, ita nec hos affectus eligere, uel illos, sicut. n. naturā specificā accepisti, ita & indiuiduā, & affectus, qui eam sequuntur. Et natura duce id assequutus est Aristo. qui 3. Ethic. disputans aduersus quosdam Philosophos dicētes, non esse in hominis potestate, studiosum esse, uel non esse, quia uidemus a natura insitos varios affectus hoīb. quibus hi in bonum, illi in malum propendunt. Rīder Arist. hoīs virtutem, ac bonitatē non pendere ab affectibus, & inclinationib. sed ab operibus, quib. non duci nos permittimus, uel eis resistimus, quia primū in hoīs potestate non est, sed fm. Vnde ait ille, nō est hō malus, quia malè inclinatur, sed qa remisse viuit, Remissè vero viuit, qui a prauis affectib. duci se patitur. Non ergo dicēdus est inhonestus, impatiens, iracūdus, qui ad hæc inclinatur, sed qui ea operib. pręstat, Visa Socratis imagine affirmauit, qdā, eū prauis effectionib. esse pditum, quē cū irriderent Socratis discipuli, ipse dixit, uerū ab illo promū ciatū fuisse, sed uirtutis exercitio superatas a se affectiones prauas. Paulus plane prauis affectibus fuit, qui. n. maximā susceperit gratiam, nihilominus ait. Infœlix ego hō, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et iterum. Caro cōcupiscit aduersus spiritum, & velle adiacet mihi, pficere autem non inuenio, & non quod volo bonum, hoc ago, sed ꝙ odi malum, & illud facio. Qui ita dicit, summa ornatus gratia, quæ affectus in ordinem redigit, plane prauis vrgebatur inclinationibus. Dauid id ipsum de se ostendit, cum ait, Miser factus sum, & curuatus sum, lūbi mei impleti sunt illusionibus, & nō est sanitas in carne mea. Multi etiam sancti prauis affectibus præditi fuere, nec tamē ideo maxima gratia donati nō sunt. Gratia enim naturam sanat, sed malos affectus non omnino tollit, qui in exercitium fidelibus relicti sunt, uires autem gratia præstat, ne nobis dominentur. Iustitia originalis fuit, quæ omnino conti-

A
1. Re. 3
Ioan. 7
Nu. 24
B
Isai. 6.
Ps. 128
Pro. 24
C
Ps. 37.

tine-

A nebat affectus intra rationis limites. Sed hæc iam non est,& ideo affectus exuberantes patimur.

Nec solū peruersę inclinationes malū non reddunt hoīem,verum & duo non parua bona ex eis nobis proueniunt. Primum, quod culpas nostras coram Deo leuiores reddunt,ut facilius nobis Deus ignoscat. Hoc autem solatio magno esse debet prauè affectis,cum vincere curant seipsos. Hoc est illud Psa. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dñs timentibus se,quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, recordatus est, quoniam puluis sumus. Et inter alia hoc est in causa,quod Angelus peccans non est expectatus ad pœnitentiam,hō uero,cum sæpe peccauerit,diu expectatur,& sępius ei pœnitentia cōceditur, licèt sæpius proditor sit,& promissis non stet,quia attendit Deus infirmam nostram naturam,et quod vnusquisq; tentatur a concupiscentia sua abstractus,& illectus. Sicut ergo condens Deus arbores,ait. Producat terra herbam virentem,& facientē fructum iuxta genus suum,diuersum.n. fructum pro arboris diuersitate voluit. Ita in creaturis intellectu præditis exigit fructū iuxtà genus suum, in Angelis angelicum, in hominibus humanum,& inter homines ab vnoquoque exigit fructum iuxta mensuram naturæ, & gratiæ, nec enim eam fortitudinem à muliere vult, quam a uiro,nec eam scientiam in rustico, quā in Doctore,nec eam puritatem cogitationum,ac tranquillitatem in praue affecto ac in eo,qui sortitus est animam bonam quia nemo colligit de spinis vuas,de tribulis ficus. Ratio ergo eius, quod diximus,est,quia licèt prauus affectus absolute uim non inferat rationi,quæ libera, ac superior est,tamen aliqualem uim infert homini,quam explicuit Iacobus dicens: Vnusquisq; tentatur a concupiscentia sua abstractus,& illectus. Et ideo culpa minor redditur. Qua ratione illud sancti proponere Deo solent, ut Psalt. qui ait: Miserere mei dñe,quoniam infirmus sum. Et ecce enim in iniquitatibus conceptus sum,& in peccatis concepit me mater mea. Hinc autem collige simili ratione excusare defectus,qui erga te fiunt,& iniurias tibi illatas non extollere, sed attenuare,attendens eorum infirmam naturam, quibus cum uerfaris,nec ab eis plus exigas,quam commodè possint præstare. Noli autem ex dictis colligere,vt a malis inclinationibus duci te permittas, ideo enim ratione polles,& gratia tibi cōfertur,vt vim tibi inferas.

Ps.102

B

Ge.32.

Psal.6.
Psa.50

Secundum bonum,quod ex prauis affectionibus colligimus,est,vt ampliora, ac maiora reddantur merita nostra,propter difficultatem,quā superamus, dum bona agimus,nos ipsos abnegantes, ac mortificantes. Et licèt aliqui Doctores huic difficultati præmium accidentale tribuant,alij tamen etiam essentiale tribuendum censent Paul. ait. Reddet unicuique secundum suum laborem, labor vero maximus est homini,cum abnegat semetipsum,& eo maior,quo praua inclinatio maior est. Vnde Chrys. hom. 35. in Ioannem ait. Quænam tibi gratia habēda,quod præmium acciperes,nisi laborio sum tibi opus iniungeretur? Multos enim possum in præsentia ostendere, qui suapte natura mulierum abhorrent consuetudinem,easque,vt abominabiles fugiunt,hos ne,dic quæso continentes appellabimus? hos laudimus prosequemur? minime. Continentia est volup tatum stimulos superare. Et in bellis maxima certamina clarissimos triumphos pariunt, non quando nemo resistit. Sunt multi natura remissiores,hos ne mansuetos dicemus? minime. Idcirco Dominus tribus castrationis modis propositis, duos tanquam nulla laude dignos omisit,vnum in cælum extulit. Et quam ob rem hoc bonum non uideatur, ut quis sine labore rectè faciat? Imperiè loqueris,nam quòd non rectè sentis, responde quæso. Sit rex & dux,rex in lecto,& uoluptatibus uitam agat,dux uero assiduis laborib. belli fortiter hostes fuderit, cui victoriam adscribemus? uter rerum gestarum uoluptate fruetur? Vides quanto illa magis nobis placeant,quæ sudoribus comparantur? Propterea Deus labores virtuti immiscuit, ut nos illi familiares redderet, propterea etsi non secundum uir-

A

B
1.Co.3

Chrys.

C
Mat.19

A virtutem viuimus, eam admiramur, uitium autem, licet suauissimum accusamus. Quod si dixerit, qd natura bonos non potius admiramur, quam uoluntate? Quoniam æquum est laborantē non laboranti præponere. Hæc Chryso. Eadem est sententia Gregorij explicātis illud. Capillus de capite uestro nō peribit in hom. 33. ait enim, scimus fratres, qa caro incisa dolet, capillus incisus nō dolet, ait ergo martyrib. suis. Capillus de capite uestro nō peribit, uidelicet aperte dicens, cur timetis, ne pereat, quod incisum dolet, quando & illud in uobis perire non potest, quod incisum non dolet? Maximum est, quod homo seipsum uincat, ac superet, quia ut Sapiēs ait, Melior est patiens uiro forti, & qui dominatur aīo suo, expugnatore urbiū. Si ergo praua affectio me malū non reddit, imò & bona, quæ diximus, parit, nō est, cur propter illam animo deficiam. Sed obijcis, superat me prauus affectus sæpe, & melius mihi foret, si inimicus mihi esset imbecillior, licet corona uictorię non adeo magna esset, quam ut coronam magnā assequar dare mihi hostem, qui me interimat. Respondet Chrysostomus; Deus magis attendit meritum eorum, qui strenue pugnant, quam eos, qui ignaui sunt. Vide multa de hac re in collatione 4. Danielis, cap. 15.

Greg.

Pr. 16. B

Chry.

C Quo autem pacto pugnandum sit cū prauis affectionibus uideamus. Primū oportet, ut ignoscas, sciasque te praue affectum esse circa hanc, uel illam rem, sæpe enim amore proprio decipimur, nec nos agnoscimus: Hoc optimè tradit Gre. 9. Mor. c. 14. in illa verba per quā viam diuiditur æstus super terrā. Et Serapion Abbas collatione 5 c. 5. Basilius in hom. attende tibi. Amittit. sermon. 2. in Psal. 118. Bernardus lib. 2. de consideratione ad Eugenium. Cuique enim incliuationi uitia quędā propinqua sunt; quæ homo exploratā habere debet, ut sciat affectus suos, & peccata illis proxima. Recte Aristo. 7. Ethic. c. 7. Et Greg. aiunt. Sicut in mundo magno quatuor sunt elementa, diuersis qualitatibus prædita, ex quibus alterationes, ac motus efficiunt, ita in homine, qui minor est mūdus, quatuor sunt humores, ex quib. pro temporum uarietate, uarij procedunt effectus. Sanguis aeri respondet, estque calidus, & humidus, & ideo complexionis sāguineæ adest inclinatio ad festa, ad delitias, ad gaudia, ac lætitiam nimiam, ad amorem, ac effectum singularē, ad plures amicitias, ad uitia carnis. Bilis alterū est hominis elementum, & respondet igni, & ideo sicca est, actiua, ac velox, & ideo biliosæ inclinationi proxima uitia sunt, impatientia, ac ira, incōstantia, pręcipitatio, præsumptio spiritus, & altæ ac superbæ cogitationes. Tertium elementum est phlegma, & respōdet aquæ, quę humida, ac frigida est, huic proxima sūt somnus, pigritia insensibilitas, dilationes, nimia tepiditas, ac diffidentia. Quartum melancholia, respondet terra, quæ frigida, & sicca est, Huic proxima sūt, amaritudines oblongæ, difficultates in rebus agendis, tristitia cuncta, scrupuli iudicia temeraria, quærimonię. Addit uero his, quæ diximus diuersitas ętatum, munerum, ac regionum, ex quibus diuersæ inclinationes procedere solent. Vnde Aristot. 2. Rhetoricorum ait, senes auaros esse, iuuenes uero prodigos, senes in crudeles, iuuenes crudeles nimiū, senes diffidentia laborare, iuuenes confidentia nimia esse. Id ipsum philosophandū est in statibus, ac diuersitate nationum. Hæc autem quæ diximus, sic accipienda sunt, ut intelligatur, ut in plurimum ita euenire. Sicut ergo ut recte curetur humanum corpus oportet nosse infirmitatem, & illius radicem, ac causam, ita vt aīo tuo medearis, oportet nosse illius ægritudinem, & eius radices, ac causas. Hanc sui cognitionem petebat psaltes, cum dicente. Proba me Deus, & scio cor meum, interroga me, & cognosce semitas meas, i. fac me scire cor meum, & cognoscere semitas meas. Sicut nulla in mūdo utiliter philosophia est, q̄ sui agnitio, ita nulla culpabilior ignoratio, quā ignorātia sui. Celebre Apollinis dictum fuit, quod ea ratione literis aureis pp fortib. templi titius apud Delphos scriptum erat. Nosce te ipsum. Si ergo nosse cupis affe-

A

B

Arist.

C

Greg.
Serap.
Basil.
Amb.
Berna.

Pfa. 38

Aristo.

A affectiones equi,quo vehêdus es, vt tibi consulas,cur cordis tui affectus ignorabis,à quibus tibi cauendum?

Postquam ergo agnoueris præcipuos affectus tuos, ut eis medium apponas, scito primũ omnium ac præcipuum gratiam Dei esse,vt ex innumeris scripturę

Ro. 7. locis patet. Ideo Paulus ait. Quis liberabit de corpore mortis huius. Gratia Dei p

Eccl. 7 Iesum Christum,& Sapiens. Cõsidera

Ps. 126 opera Dei,q nemo possit corrigere,quẽ ille despexerit, Et Ps. Nisi Dominus custodierit ciuitatẽ,frustra vigilat,qui custodit eam. Petẽda ergo a Deo gratia & eius auxiliũ est oratione,et alijs pijs operibus, qbus eam gratiam consequimur, præcipue vero sacramentorum frequentia,quæ fontes,cum gratiæ sint,eo propе

B randum nobis est,vt gratiam consequamur. Vide multa de hac re collatione. qntã.Chr.hom.4.in Matthæũ ait. Quo

Cory. nam igitur modo ab hac tã noxia peste fugiemus? si illam vtiq; potionem bibamus,quæ oẽs contra nos uermes,serpentesque mortificat. Quod nam,inquis,est illud poculum, quod eam vim habeat? Pretiosos Christi sanguis,si cum fiducia vtiq;sumatur,omnis enim hoc remedio moribus extinguitur. Præclara similitudine Chrysostomus explicat hoc remedium. Sicut.n.aduersus venenũ & vermes, si in corpore sint, potiones aliquæ conficiuntur,quibus haustis remedium adest,ita cibus cælestis,& potus antidotum est,quo vermes praui tollũtur. Præ

C clarum in hac re cõsilium Augustini ha

Augu. bemus li. de Ecclesiasticis dogmatibus c.53.& habetur de consecratione dist.2. c.Quotidie: Omnibus diebus dominicis cõicandũ suadeo & hortor. Si tamẽ mens sine affectu peccati est, accedit ad Eucharistiã intrepidus,& securus, Et inferius Eucharistiã oib. dieb.dñicis supplex,& submissus usque ad mortem percipiat. Et Amb.lib.5.de sacramentis ca.

Ambr. vi.explicãs illud. Panẽ nostrum quotidianũ,ait: Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis? Accipe quotidie,quod quotidie tibi prosit. Qui vulnus habet medicinam requirit. Et ratio est manifesta,quia alia pia opera nõcõferunt gratiam ei, qui ea caret sacramẽta A vero conferunt gratiam ei,qui eam non habet. Et hoc est,quod dici solet,quod faciunt ex attrito contritum. Sic baptismus,& confessio gratiam conferunt,& Eucharistia,& reliqua sacramẽta in pluribus casibus. Et licet contritio peccatum deleat ante sacramentum, sed id efficit per ordinẽ ad illud. Deinde alia pia opera augent gratiam in iusto,sed iuxta operantis dispositionem ac feruorem, at uero sacramenta augent gratiam nõ solum pro dispositione suscipientis, sed etiam ex vi sacramenti. Similequе accidit accedenti ad sacramẽta, ei qđ Ruth Ruth. contigit, de qua Booz ait messoribus. Proijcite de industria spicas,ut absq; rubore colligat,& colligẽtem nemo corripiat. Vltra spicas, quas industria propria colligere poterat,alias etiam de in- B dustria relictas colligebat. Ita & nos mendici Dei sumus,cum uero ad sacramenta accedimus,ad Dei prædium uenimus, an quo uon solum colligemus, quod propria industria meremur,sed & illud,quod Dei liberalitate nobis donatur,quæ ex opere operato dicitur. Ratio ergo ex dictis colligitur,grã est, quæ vitiatam naturam corrigit, & eo amplius gratia necessaria est,quo natura corruptior,sed gratia in sacramẽtis præcipue acquiritur,ad ea ergo accedẽdum ei est, qui uitia corrigere curat. Gratia tibi quęrenda est omnino, quia necessaria,si ad eam inueniendam aliud medium aptius est,illud cape, si autem nullum sicut sa- C cramenta,ad illa frequenter accedere oportet. Secundum generale remedium est examen, de quo plura diximus in cõcione de examine,quam in hoc tomo inuenies.

Tertium remedium est consideratio diuinorum ac meditatio. Sæpe audiuimus. Quia desolatione desolata est uniuersa terra,eo q non sit,qui recogitet in corde suo,nec tamen hãc tollimus a nobis desolatione pia meditatione, cum desolationem exaggerauit Hieremias il- lo hebraismo,desolatione desolata est,id Ier. 12 est,Omnino perditam,atque vastata. Inter homines quidam perditi sunt, alij

omnino

Amnino deperditi, alii iusti, alij perfecti, sed illud certum est, quod deperdit i propter considerationis defectum perire, & eo gradu perditus est homo, quo ei deest consideratio, & eo gradu homo profecit in uirtute, quo in considerationis usu. Vnum hoc hac in re dicam, quod nihil aliud in concionibus omnibus audieris, nihil in libris legeris, nihil Deo inspirante, ac te monente exceperis, præter considerationem. Quid enim aliud audisti, nisi dicetem, o homo si attendere ad Dei beneficia, ad peccati mala, & his similia? Et quid his uerbis nobis dicitur, nisi considera hæc, & B hæc. Et tamen nulla huius rei praxis est, non est, qui recogit et in corde suo. Animalia Ezechielis plena erant oculis Eze.1. ante, & retro, & animal non ruminans Lu.11. immundum est. Quæ omnia necessitatem considerationis ostendunt, qua at tendimus, ac videmus, simulque ruminamus ea, quę in cibum animæ proponuntur. Huius considerationis ne- Basil. cessitatem ostendit Basilius magnus regula quinta, ubi ait. Nullum munus vel opus religionis Christianæ sine consideratione recte agi posse, nec ullum præceptorum charitatis Dei, aut proximi sine hac consideratione impleri. Id probat similitudine, quia sicut omnia munera ac artes propria habent instrumenta, sine quibus exerceri nequeunt, ita ars C artium, quæ est Deo obsequi, cuius opera sunt cedere, sperare, diligere, & alia virtutis officia, habet sua instrumenta, sine quibus opera sua non præstabit, illa uero sunt attentio, ac consideratio, applicatio intellectus ad id, quod agit. Addit Basilius, Sicut cæcus amblare non potest recte, & sæpe offendit, ita qui consideratione caret, quæ est oculus inuisibilium, nihil recte perficiet, siue religiosus, siue sæcularis sit. Et huius considerationis defectu inefficacia nobis redduntur alia remedia. Hoc manifeste patet, si singularia consideres. Vsus sacramentorum, ut diximus, est præcipuum salutis nostræ medium, quomodo autem sine consideratione recte suscipi possunt? Quo pacto deuote communicabit, qui nulla adhibita consideratione A accedit? quomodo hunc panem ab alio dijudicabit? quomodo gratias aget pro suscepto beneficio. Quo pacto fructuose missa audietur, nisi attendas, Deum in ea offerri? Confessio quo pacto recte fiet nisi adhibita consideratione? Quo enim pacto sine illa examen fiet, dolor, & pro positum habebitur? Ideo de Prodigo dicitur. In se reuersus, intra sese recepit, at Lu.15 tendit, ac cōsiderauit. Huius ob defectū plures fiunt confessiones nullæ. Deinde, vt aliquo sensu percipiamus mysteri Christianæ religionis, consideratio necessaria est. Nisi enim consideres, quod Deus tui causa factus est homo, passus, crucifixus, quo pacto horum sensus te B tanget. Vnde Paul. Recogitate eum, qui talem aduersus semetipsum a peccatori Hebr. bus sustinuit contradictionem. Non solum ait, cogitate, sed & recogitate. Quo modo optabit diuitias Christi inuestigabiles, thesaurum in eo absconditum, qui illum non considerat? Vñ Paulus. Nos autem reuelata facie gloriam Dñi speculantes in eandem imaginem transformamur. Demum, quomodo Deum diliget, qui eum non considerat, quomodo 2.Co.3 in eum sperabit, qui illius dilectionem, ac misericordiam non attenderit? Illud ergo certum est, quod sicut ut in grauissimo aliquo temporali negotio recte te habeas, & illud conuenienter disponas, cōsiderationem adhibes, sine qua nihil recte ages, ita ad salutis tuæ negotium per agendum, opus est aliquo considerationis usu. Vt autem illum acquiras, quære magistrum optimum, qui te doceat, qui C aliqua consideranda tibi proponat. In Societate Iesu exercitia spiritualia ad hoc dantur persæpe, in quibus nimium proficere homines solent.

Quartum generale remedium est aliqua corporis afflictio cuiq; conueniens, quæ tamen iugi ac certa regula ab homine seruetur. Vt impleat illud Lu. Si quis vult uenire post me, abneget semetipsū, Luc.9. & tollat crucē suam quotidie, & sequatur me. Expendendum est uerbum illud quotidie, ille enim quotidie crucem tollit, qui nullum prętermittit diem, in

quo

A quo afflictionem corporis non sumat. Sicut ergo qui ciuitatem expugnat, quotidie curat aliquid aduersus illam agere, a' in imam partem diruere muri, ita qui bellum aduersus carnem gerit, quotidie eam affligit. Nostra hac tempestate fuit vir illustrissimus sanguine, Dux Gandiæ Franciscus de Borgia, sed illustrior virtute, qui sęculi uanitatibus renuncians Societati Iesu nomen dedit, in qua sanctissime vixit, & obijt, a quo ego aliquãdo audiui, non posse se lecto dare, nisi primum se dure verberaret quotidie. Præclarum huius rei exemplum omnes sancti dederunt, qui dure corpora sua tractauerunt, qua in re plura præstiterẽ, quæ admirationi potius quam imitationi sunt. Sed Pauli exemplum memoria

B retinendum est, dicentis: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte, cum alijs prædicauero ipse reprobus ef-

1. Co. 9 ciar. Miranda profecto verba raptus ad tertium cęlum fuerat ornatus Apostolica gratia maxima, & alijs donis cęlestibus fiat, asserit indigere castigatione corporis, quo ergo pacto tu non reprobus efficiere, qui eam non adhibes, cum tanto plus ea indigeas ad carnis appetitus coercendos?

Quintum generale remedium est, sine quo superiora non proderunt. Occasione vitare, ac fugere. Hoc tibi fit compertum, eadem cura tibi uitandas occasiones esse, qua ipsa peccata, quia occasio fons est, & origo peccatorum. Vnde Basilius in homilia attende tibi ait.

C Basil. Sicut brutis dedit Deus naturalem instinctum, quo declinarent a noxijs, vnde pulli fugiunt a miluo, & agni a lupo, quia in sui conseruationem author naturæ eis dedit hunc instinctum, ita Deus author gratię, qui in his, quæ gratiam spectant, non minus prouidit quam in his, quæ naturam, imo amplius cum homini gratiam confert, instinctum dat quo ab occasionibus fugiat. Attende er-

Ro. 12 go, quæ sint tibi peccati occasiones, & ab eis declina, ut declines a malo.

CONCIONES A

De septem verbis Domini Iesu, quæ in Cruce dixit.

CONCIO I.

De primo ipsius verbo.

THEMA.

Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Luc. 23.



DE omnibus Christi verbis sponsa ait. Anima mea liquefacta est, ut dilectus loquutus est. In naturalibus cernimus naturalem quandam consonantiam, ac affectionem, pp quam huius cor emollitur audita alterius uoce, sic audito matris balatu agnus illam sequitur, & passeres audito cantu parentum eos sequuntur, vt Hierem. ostendit ne perdice similis dicitur, consonantia esse inter duas lyras unisonas eodem modo temperatas quod si altera pulsetur, altera se sola sonum edit. Inter creatorem ac creaturas ea est consonantia, ut in sensibilia Deo sentiant, vt Hieronymus ait, ex qua factum est, ut uenti, & mare obedierint Christi uoci, & Baruc ait, uocauit stellas, & dicunt ei, adsumus, & luxerunt ei cum iucũditate. Quid ergo mirum, quod sponsa dicat. Anima mea liquefacta est, ut dilectus loquutus est.

Can. 5. B

Heb. ii

Hiero.

Baruc. C

Sed licet vniuersa Christi uerba hanc vim in cordibus nostris habere debeant pręcipue tamen ea, quæ moriens dixit. Singulari attentione audita verba parẽtum, quæ in morte dicebantur, etiam scriptura testatur. Vnde Iacob ait. Congregamini, & audite filij Iacob, audite Israel patrem uestrum. Eo enim tempore parentes preclara consilia filijs dabat claues thesaurorum eis præbẽt, & si quæ secreta sunt, eis manifestãt, ita nũc Christus ostendit nobis secreta sapientiæ, ostendit

A scendit thesaurus scientiæ Dei, & ea nobis commendat, quæ potissima sunt. In fimbria, quæ ultimum est uestis, preciosiora illius erant, ibi campanulæ mirū edentes sonum, ibi mala granata aurea. Nunc ingreditur summus noster sacerdos secūdum ordinem Melchisedech in sancta per proprium sanguinem, audiamus mirum sonum, qui adeo patri placuit, ut magis ei placuerit, quàm displicuerint uniuersa mundi peccata. Quando spiritus malus arripiebat Saul, Dauid tollebat cytharā, & percutiebat manu sua, & recedebat à Saul spiritus malus. Ita ut fugaretur ab hominum genere dæmon, musicam aliā exhibuit Christus cordæ extentæ sunt in cruce, ut altior esset sonus, & ad cœlum usque pertingeret. Cecinit etiam tunc Christus tāquam cignus dulcissime in uitæ fine, cū ergo in cœlo auditus sit sonus eius, & exauditus pro sua reuerentia, meritò a nobis in terra audiendus est.

Deinde ascendit nunc Christus in cathedram suam præcipuam. 2. Esd. 8. dr: Stetit Esdras super gradū ligneum, quē fecerat ad loquendū, & legit Dei legem populo, ita licet plura suggesta habuerit Christus in mundo, ex quib. docuit Dei legem, iam in templo, iam in synagogis, iam in mōte, & campestrib. præcipua tñ illius cathedra crux fuit, ut ait Aug. tractatu 117. in Ioan. De qua cathedra illud accipiendum est quod 2. Reg. 23. dr: Dauid autem sapientissimus oīum sedet in cathedra quasi tenerrimus ligni uermiculus. Quæ uerba nescimus, quo pacto, uel qūo in Dauid impleta sint, & iō ait Aug. cum impleri scripturā necesse sit, in eo impleta sunt, cuius Dauid gessit figurā, qui in passione factus est tenerrimus ligni uermiculus, cum illud Psalmi impletum est: Vermis sum, & non hō, opprobriū hoium, & abiectio plebis. Tūc uerò in ea cathedra sapientissimus fuit, quia licet ubique fuerit patris sapientia, sed in cruce magis hanc sapientiam manifestauit, & ideo, quæ in cruce dixit uerba, maiori cura a nobis sunt obseruāda, & illa potentissima sunt, qa mixta igne, sanguine, ac morte, ut nulla sit duritie

Margin (left): 1. Reg. 16. — B — 2. Esd. 8. — Aug. — C — Aug. — Ps. 21.

quæ eis resistat. Summa ergo attentione uerba ista audiamus. Sed quod nam primum eius uerbum fuit?

Pater ignosce illis. Mirū, & inauditū in mundo uer bū. Crucifixerāt illi Christum, & cruce in altum elata, ut in petræ foramen illā mitterent, impetu facto, & cruce in foramē decidēte uniuersa Christi vulnera renouata sunt, doloresq; aucti. Positusq; fuit Christus nudus in opprobriū hoīum ac irrisionē, & magnus oīum sublatus ē blasphemātiū clamor. Tūc plane timēda hoib. esset impetratio ac maledictio dura. In simili. n. cā, licet inæquali, videns Noe irrisum sese à filio Chā ait, Maledictus puer Chanaan, seruus seruorum erit fratrib. suis. Et Iacob increpat, Rubem, Simon, & Leui. Elias audiēs: Serue Dei rex pcepit, ut descendās, ait si seruus Dei sum, descēdat ignis de cœlo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Irrisus Eliseus fuit à pueris, & dicebant ei: Ascende calue, & ille maledixit eis in noīe dñi, & egressi duo ursi de saltu lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros, Dauid mansuetus in corde seruat maledictiones Semei, pcepitq; Salomoni, ut ulcisceret in eum Iacobus, & Ioannes aiunt: Vis dicimus, ut descēdat ignis de cœlo, & consumat illos, uidelicet Samaritas, qa Xpm non suscipiunt. An non his psimile quid timendū mundo esset? Irridet nunc Xps plus q̄ Noe, Simeon, & Leui facta sunt uasa iniquitatis bellantia aduersus Chrm: Irrisorie Christo dr, ut descēdat de cruce, si filius Dei est: maledicitur maledictionib. pessimis plus q̄ Dauid, quis ergo, non dicat hos maledicendos homines, ac perdendos. Et re uera ita fieri incipit, cæpit. n. pater commouere cœlum, & terram ad perdendum inimicos Christi. Sed illius oratio obstitit ne perderentur. Audiamus ergo mirabilem Christi orationē, in qua illud reperiemus, q sponsa ait. Mel, & lac sub lingua tua. Sicut enim olim Sampson in ore occisi a se leonis fauum reperit mellis, ita in ore Christi crucifixi, qui leo est de tribu Iuda, melliflua uerba reperiemus, illa autem sunt.

Pr ignosce illis. Impleuit plane, quod

Margin (right): A — Gen. 9. — B — 4. Re. 1 — 4. Re. 2 — 3. Re. 2 — Luc. 9. — C — Can. 4. — Iud. 14

A de eo Isa. prædixerat. Pro transgressori-
Isa. 53. bus orauit. Et quod Psal. ait. Pro eo ut
Ps. 88. me diligerent, detrahebant mihi, ego au
Hilar. tem orabam. Recte Hilarius ait. Inqui-
Ps. 118 rebat olim Dauid: Vbi sunt misericor-
diæ tuæ antiquæ dñe, nunc autem inqui
Ioan. 7 rere possumus, ubi sunt iræ tuæ dñe? Ve
re tempus miserēdi Deus, quia uenit tē-
pus, uere nunquam hucusq; sic loquutus
est, homo, uere ignitum eloquium tuum
vehementer, & seruus tuus dilexit illud,
vere recte (Paul. ait) ad sanguinis asper-
sionem accessistis, melius loquentē quā
Abel. Iudæi accesserunt ad sanguinis ef
fusionem, nos ad sanguinis aspersionē,
quia, ut illius fructum colligamus, acces
B simus. Melius autē clamat sanguis Chri
sti quam Abel, quia Abelis sanguis uin-
dictam petiit, at Christi misericordiam.
Abyssus nūc abyssum inuocat, abyssus
enim peccati fuit Christum occidere, sed
adest alia maior abyssus diuinæ miseri-
cordiæ, qua ueniam postulat crucifixori
bus. Cum lapidaretur Zacharias, ac mo
2. Par. reretur, ait. Videat Dominus, & requi-
24. rat. Iesus autem orat, ut non uideat, nec
requirat, ut auertat faciem suam à pecca
tis crucifigētium eū, & ut ignoscat illis.

In hac autem Christi oratione multa
sunt nobis attendēda, ut nobis fructum
ex ea colligamus. Ex quibus illud sit pri
mum, quod sui ac suorum vt nunc Chri
stus oblitus, & inimicorum recordatus.
Animam suam agit, & ut vulgo dicitur
anima in ore eius est, & illam obliuisci-
C tur, & in finem relinquit, ut primum ꝓ
inimicis oret. Mater cruci adstat, ac ami
ci, & eos nunc non curat, sed inimicos.
Possemus certe ei dicere, quod olim Iob
3. Reg. Dauidi dixit: Diligis odientes te, & odio
19. habes diligentes te, cum Absalonis re-
cordaretur inimici. Plane quemadmo-
dum vulnerib. plurimis confossus, illud
vulnus primum curari petit, quod ma-
ximum infligit dolorem, ita nunc Chri-
stus facit, plus dolet de peccatis, quā de
pœnis sibi, ac suis inflictis, & ideo illa pri-
mum curat, ac pro illis orat, & ideo pro
trāsgressoribus orauit. Nec solum orat
pro his, qui tunc eum occidebant, sed ꝓ
vniuersis peccatorib. qui crucifixionis

ipsius causa fuerunt suis peccatis, & de A
quib. Paulus affirmat, quod iterū Chri-
stum crucifigunt omnibus ueniam pe-
tit, omnis peccator nescit, quid faciat, si-
cut enim illi, si regem gloriæ cognouis- 1. Co. 2.
sent, non utique crucifixissent, ita qui di
cis se nosse Deum, & mandata eius non
obseruat, mendax est, ut Ioannes ait. Fi 1. Io. 2.
des quidem in peccatore esse potest, sed
mortua, ideo licet Deum agnoscat, non
agnoscere dicitur, quia uiue non agno-
scit, nec verò considerat. Exemplo ergo
Christi illud nobis primo curādum est,
vt peccatis medelam adhibeamus, id cu
remus primum, hoc etenim summum
est malum, hoc vulnus pessimum, &
ideo ei primum adhibenda curatio est, B
non corpori, aut alij cuius malo. Quan-
do autem pro crucifixorib. orauit Chri-
stus, ostendit nullum esse irremissibile
peccatum, quando illud, quod omnium
summum erat, remitti orat. Tāta enim
vis est Christi sanguinis, vt, & illud pec
catum delere possit, quo ipse effusus est,
vt Augustinus ait. Aug.

Secundo in his Christi uerbis atten-
de, impletum iam Dei desiderium esse,
quod per Ezechielem expressit dicens: Ezec.
Quæsiui de eis virum, qui interponeret 22.
sæpem, & staret oppositus contra me ꝓ
terra, ne disperderem eam, & non inue-
ni, & effudi super eos indignationē meā
& in igne iræ meæ consumpsi eos. Hu-
iuscemodi virū non inuenerat Deus in
mundo, sed nec in cælo (ait Greg.) inter Greg.
Angelos inueniri potuit, qui mutus ho- C
minum esse posset, qui diuinæ iustitiæ
plenè satisfacere posset, quid dicere pos-
sit. Omnes fluctus tuos induxisti super Ps. 68.
me, vt iustis tempestas nulla relinquat,
& impleatur illud Psalmi: Nō dabis in Ps. 54.
æternum fluctuationem iusto. Sed Chri
stus orās: Pater ignosce illis, mutus hic
est, qui omnem indignationem patris ī
se suscepit, vt homines liberi sint. Acci-
dit nunc Christo Dño, quod olim Aaro
ni, orta enim seditione fugit Moyses, & Nu. 16
Aaron ad tabernaculum Dñi. Cumq. ia
cerent in terra dixit Moyses ad Aaron,
tolle thuribulum, & haustro igne de al-
tari mitte incensum desuper, pgens cito
ad

A ad populũ, ut reges ꝓ eis, iã enim egressa est ira a Domino & plaga deseruij. Ita nunc exire cæteras diuina iustitia uidẽs summã iniustitiam, ac peccata in Christi nece, proceditq; vltio diuina aduersus hoĩes, incipit à cœlo uniuersa vastare, uidens Christus irruere in homines tempestatem, procedit oratione sua ad extinguendum ignem diuinæ indignationis, dicens: Pater ignosce illis, & sua morte placauit patrem, & tempestatem irruentẽ abstulit, veluti Ionas ĩ mare mersus. Inaudita profecto Dei misericordia: petierãt Iudæi: Sãguis eius super nos, & super filios nostros. Christus orat, ut ꝓ illis, non contra illos sit. Dixit olim Ioseph.
Ge. 50. Vos cogitast is de me malũ, Deꝰ aũt uertit illud in bonũ, ego pascam uos, & paruulos uestros. B Ita nũc cogitauerãt Iudæi de Christo malum, sed illa tanquã Deus vertit illud in bonum. Hoc est ingeniũ filiorum Dei, ex malo bonum elicere, ex felle mel, ex persequutione patientiam. An non cogitauit mundus malum de martyribus? sed illud ipsi in bonum uerterunt, dum illis magis mundus profuit odio, quam obsequio.

Sed antequã ad tertiũ veniamus, opere pretium erit nosse, an exaudita fuerit Christi oratio, & quis illius fructus extiterit. Certè de hac oratione Pau. ait. Qui
Heb. 5 in dieb. carnis suæ preces, supplicationesque ad Deũ, qui posit illum saluũ facere a morte, cũ clamore ualido, & lachrymis offerẽs, exauditus est pro sua reuerẽ
C tia. Exauditus ergo Christus, & propter illius orationem dimissum est peccatum crucifixionis uere pœnitẽtib. Vnde Hiero-
Hiero. ny. in illa uerba Isaiæ 27. Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob. Propter hoc (ait) i. ꝑ Christi orationẽ auferetur peccatũ eius, si uoluerit agere pœnitẽtiam, & merebitur benedictionẽ Dei, qui sibi maledictionẽ fuerat imprecatus, dicẽs: Sãguis eius super nos, & super filios nostros. Ea ergo oratione obtinuit Christꝰ oĩb. auxiliũ sufficiẽs ad pœnitendũ, & prædestinatis auxiliũ efficax
D. Th. & peccati remissionẽ, ut D. Th. ait. 3. q.
Leo. 21. Et Leo Papa serm. 11. ait, de eius orationis potentia fuisse, vt prædicatio Petri Apostoli ex his, qui dixerãt. Sanguis A eius super nos, multorum ad pœnitẽtiã corda conuerteret, & uno die baptizarẽtur tria fere millia Iudæorũ, fieretq; cor vnum, & aĩa una paratorum iam ꝓ eo mori, quem poposcerãt crucifigi. Cypr. Cypr. ser. de passione Dñi adscribit huic Christi oratione latronis conuersionẽ, ac Cẽturionis fidem, & eorũ pœnitentiã, qui reuersi sunt percutientes pectora sua, & dilationem euersionis Hierusalẽ ꝑ quadraginta annos, quib. ad pœnitẽtiã sunt expectati. Sed aliud mirabile attẽde, ter in horto orat ꝓ se, nec auditur, semel ꝓ alijs orãs exauditur. Sed in causa est, qđ pro se conditionaliter orat. Pater, si vis, trãsfer calicem hũc à me. Pro nobis ab- Ioã. 17. solutè, & sine cõditione orat. Pater igno B sce illis. Sed si exauditus Christus ẽ, qũo ei non respondet pater ut prius fecerat, cũ dixit: Et clarificaui, & iterum clarificabo? Plane nũc opere ei respõsum datur, conuerso Latrone, ac Cẽturione, & his, qui reuersi sunt, percutientes pectora sua, et uirtute huius orationis uniuersus mundus postea conuersus est. Sed attende ò Dñe, ꝙ citissime ueniã dones recentia nunc vulnera tua sunt, & inimici rabie multa ardent in te. Optime Aug. ĩ Ioannẽ. Si indulgentiã offert nolẽtibus, Aug. nõ negabit petẽtibus, si ad eos procedit, ac excipit, qui ad eum capiendum accedũt, nõ fugiet ab his, qui appropinquãt, ut obsequãtur. In hoc ergo inmẽsa Christi charitas fulget, quod ueniam tribuit non petentib. & quia tũc ab inimicis ue C nia illa nõ suscipiebatur voluit, ut in thesauris diuinæ pietatis, & Ecclesiæ seruaretur, ut quoties eã uolueris, facilè inuenias. Similis huic clemẽtia inaudita mũdo ẽ, ut acerrimis hostib. afferat rex ueniã, & cũ illi eã spernant, ac reijciãt: nihilominus rex scripto eã tribuat, & noĩe, ac sigillo suo cõfirmet, & in publica domo eã cõstituat, ut quoties ea uoluerint vti ꝑditores, utãtur. Sed infinita Dei clementia hoc nobiscũ egit. Cũ ergo quasi in deposito seruata sit peccatorũ oĩm uenia, accede ò pctõr, & ea utere in salutẽ.

Tertiò in eisdẽ uerbis attendenda est Christi charitas, & mansuetudo. Recte

A Cyprianus. Sicut dixisti ò Dñe mādatū
Cypr. nouum do uobis, ita nunc dicere potes
exemplum nouum do uobis. Sed quale
exemplum sit, attende, de uindicta iniu-
riarum suarum non agit, nec suas dicit
iniurias, sed patris potius, & ab eo veniā
illarum petit. Non ait, vindica sanguinē
meū, nec ait, multa iniuste sustineo: sed
ego eis indulgeo: non ita loquitur, sed
ait, tu ò pater in quem præcipue offensa
respicit, potius quam in me, qua ten⁹ ho
mo sum. En cor Christi bonitate plenū.
Nūc ergo inspiciamus corda nostra, an
Christi cordi similia sint. Cum pergeret
Hieu ad delendam domum Achab, &
Propheras idolorum: offendit in uia Io-
4. Reg. 10. nadab, & ait ad eum: Est cor tuū rectū
B cum corde meo, sicut cor meū est rectū
cum corde tuo? Christi cor rectum est er
ga nos, cum tāta sit charitate plenū, sed
cor nostrum rectum cum eo non est, si
aliquod eius membrum odio prosequi-
mur. Cum nos lędimur, parum curamus
de Dei offensa, nostram inspicimus, ac
exaggeramus, nec oramus Deū, vt igno
scat, offensoribus, sed nec remittere o f-
fensas uolumus, qua parte nos tangunt.
Inter serpētes de basilisco dr: Nullo mō
incātari posse, ne noceat: tm̄ illius vene
Hier. 8 num est. Hoc innuit Hiere. cū ait: Mit-
tam uobis serpētes Regulos, quib. nō est
incātatio. Similes regulis illi sunt, qui tā
tū veneni in cordibus suis concipiūt ex
iniurijs sibi illatis, vt nullo mō veniam
offensoribus dent. Quos & similes dicit
Ps. 57. Psaltes aspidi surdę, quę nō exaudiet uo
C cem incantantium, quia aūt unā in ter-
rā ponit, & alterā cauda operit, ne incan
tantis sapiēter uerba audiat. Hi etenim
homines autē accommodant mundi, ac
terræ legibus, Dei aūt legem nō audiūt.
Simile Audiamus ergo nūc magistrum nostrū
è crucis cathedra nos docētem inimico
rum dilectionem, eam prius verbis do-
cuerat, sed nunc opere implet, diligit ini
micos ac pro eis orat: ne tu causari pos-
sis, ac dicere, facile esse docere ac precipe
re, difficile aūt opere implere, q̄ doces.
En Christum opere implētem, quæ ver-
bis docuerat. In hoc enim ille passus est,
vt ea, quæ docuerat uerbis, exēplis osten

deret. Qua in re illud nobis præstitit, qd A
præstare magister solet, qui rudē instruit
discipulum, quem postquam verbis edo
cuit, exemplo docere solet, perficiēs ope
re, q̄ uerbis dixerat. Multa dixerat Chri
stus de charitate, in Deum passionē eā Iud. 17.
ostendit, cum dixi. Vt cognoscat mūdus
quia diligo patrem, & sicut mandatū de
dit mihi pater, sic facio surgite eamus
hinc, in passionem. s. Multa de patientia
dixerat, deque cruce ferēda eorum nunc
exemplum ostendit opere. Sic de humili
tate, ac obedientia, & reliquis, & demū
de inimicorum dilectione. Hæc fuit pri
ma magistri nostri lectio, quam i crucis
cathedra legit, cui aures attētas præstitit
Stephanus, qui cum lapidaretur positis
genib. orauit. Ne statuas illis hoc pecca
tum. Et B. Iacobus frater Dñi qui referē B
tē D. Hieronymo in libro de scriptorib. Act. 7.
ecclesiasticis, cum præcipitatus de pinna Hier.
templi, confractis currib. adhuc semiui
uus tendens ad cęlū manus dicebat: Do
mine ignosce illis, qd enim faciūt nesci-
unt. Hoc & exemplo plures alij idipsum
præstitere, ex quo colligitur fructus alter
huius Christi orationis ultra eum, quem
superius dixi: Mirabilis Christi charitas
est, nullū ille reputat inimicū, qui a me-
diator est, qui utriusq. amicus esse solet:
& iō nullum ipse inimicū dixit, & ipsū
Iudā amici noīe dignatus est decorare.
Nunc ergo, ò homo, qui iniuriam passus
es attende uerba ista Christi, quæ nō pa
tri tm̄, sed & tibi dicit: Ignosce illi, quia
nescit quid facit. Tātæ uirtutis, ac ut ita C
dicā, efficaciæ uerba ista fuerūt apud pa
trē, vt quāuis illius infinita maiestas in
numeris offensis fuerit impetita, & Dei
iustitia exacerbata i peccatores, & furor
ipsius accensus, satis tamen fuerunt hæc
Christi uerba, ut in mansuetudinē cun-
cta uerterentur, & ut pater diceret, ego
ignosco uniuerso mundo. Nūc ergo tu
ò homo, confer illatas tibi iniurias cum
his, quæ aduersus Deū sunt, & inuenies
nihil eas esse, & attende Christum ad te
loquētem: ignosce tu prauam iniuriam
an Christo id negare poteris. De hac ini
micorum dilectione plura diximus in
feria VI. post cineres, tomo primo, &
quinto

A quinto nostrarum concionum.

Quartò in his uerbis attende Xp̄m excusare peccatores, non uero accusare, quia nesciunt, quid faciunt. Beda in 23. c. Lucæ, li. 6. in Lucam c. 94. ait Scribas, & Pharisæos non ignorasse Xp̄i diuinitatem, qa apud Matthæum dicunt. Hic est hæres uenite occidamus eum. Et sic pro eis orat Xp̄s, quia sola malitia, ac inuidia peccauerunt, plebs uero illud ignorauit. Sed D. Tho. 3. p. q. 47. art. 5. putat uniuersos Iudæos ignorasse Xp̄i diuinitatem, et principes, sed hi agnouerunt eum Messiam, & ideo dixerunt, hic est hæres. Hoc magis est consonum scripturę, qm̄ Petrus dixit. Et nunc scio fratres, ꝙ per ignorantiā fecistis, sicut & principes B uestri, Et Paulus ait. Prędicamus Dei sapientiā in mysterio, quam nullus princi pū huius sæculi cognouit, si enim cognouissent nunquam Dn̄m gloriæ crucifixissent. Ait ergo Xp̄s. Nesciunt quid faciunt. Non erat ista ignoratio, quæ eos immunes à peccato redderet, qm̄ ipse ait. Si non uenissem, & loquutus eis nō fuissem peccatū non haberent, nunc aūt excusationem nō habēt de peccato suo. Quia de eis fuerunt de qbus psaltes ait, Noluit intelligere, ut bene ageret. Vn̄ illuminatus cęcus ait. In hoc mirabile est ꝙ nescitis unde sit, & aperuit oculos mei. Sed eo modo, quo potest eos excusat Christus, plebem, quia nesciuit eum Messiam, licet & in hoc fuerit ignoratio culpabilis, principum, quia nescierunt C eum Deum, licet culpabili ignorantia.

Sed merito inquires, unde tanta ignorantia potuit in eis esse, cum opera Xp̄i uiderent, & scripturas de eo testimoniū perhibentes. Certe praua uolūtas eos excęcauit, ut Beelzebub tribuerunt diuina illius opera. Sicut. n. frequēter accidit, ut noxius humor, qui stomachū uexat, facile caput inuadat pp horum membrorum uicinitatem, ac responsionē, ita arctissima coniunctio intellectus, & uolūtatis facit, ut sępe intellectus approbēt peruersa, quæ uoluntas diligit. Et quemadmodum contingit confractum apparere baculū, cuius medietas in aqua est, non quod ille nō sit rectus, sed quod radij uisuales non ęqualiter ueniant, ita re A ctissima, quidem doctrina a Xp̄o proposita fuerat, at illis curua uidebatur, quia radij, q uoluntatem penetrare debebant detinebantur, quia illa aqua erat frigida & malitia indurata. Quam cæcitatem significauit Hei, q apertis oculis nihil uidebat. Nec uidere poterat lucernā Dei, antequam extingueretur. Ita hi uidere nō potuerunt Xp̄m lucernā ante mortem, nec eum agnoscere in morte eum magis agnouerunt dicente ipso. Cum exaltaueritis filium hoīs, tunc cognoscetis, quia ego sū. Eādē cęcitatē significauit Balan, q de se ait. Qui cadēs apertos habet oculos. Natura namq; cōpellēte, oculos claudimus dum cadimus, sed q oculis apertis cadit, malitia cadit. De qua cęcitate B Isaias ait. Excæca cor populi huius. Populus ergo ille id præstitit, ꝙ Psaltes ait, Super dorsum meū fabricauerūt peccatores prolongauerunt iniquitatē suam. Vere prolongauerunt iniquitatē, qui nō solū praua uoluntate affecti erant, sed et prauitatē usq; ad intellectum duxerēt.

Sed nūc diuina misericordia elucet, dum prolongat Christus misericordiam suā, orans pro his, eos excusans apud patrem. Quo nobis oñdit, ut peccata, ac defectus proximorum, inquantum possumus, excusemus. Prauorū ingenium est delicta aliorū accusare, augere ac dilatare. Hinc Sapiēs. Stultus illudet peccatū, & inter iustos morabitur grā, i. stultus, si quid uiderit alium delinquentē, mox quasi ipse esset ab omni delicto alienus, C ridebit, & cum risu euulgabit delictū proximi sui, & in peiorem partem interpretabitur. Et hoc significat Hebræa (vt ibi Iansenius ait) quæ plerique uertant, stultus loquetur, uel interpretabit delictū, quia uerbum Hebraicum, & deridere, et loqui uel interpretari significat. Contra inter iustos gratia erit, qa iusti sua erga se beneuolentia errata quæ incidunt tedēt, ac benigne interpretabūtur. Cuius rei exēplum nobis hodie Christus exhibet, excusās, ut pōt aliena peccati. Hinc Sapiens ait. Ne accuset seruū ad Dominum suū, ne forte maledicat tibi, & corruas, quibus uerbis primum significat,

R 2 mise-

Marginalia (left column): Beda. — Ma. 21 — D. Th. — Acto 3 — 1. Co. 2 — Ioā. 15 — Psa. 39 — Ioan. 9 — Simile

Marginalia (right column): 1. Re. 3 — Ioan. 7 — Nu. 24 — Isa. 6. — Ps. 128 — Pro. 24 — Pr. 35.

V miseris,ac afflictis compatiẽdum,vt seruis,nec a nobis affligendo. Deinde tamẽ ostendit Deus ingenium suum,cui non placet, ut corã eo accusemus fratres nostros,sed excusemus potius. Sicut enim parenti amantissimo non placet accusatio,qua filij accusãtur apud eum , placet vero excusatio,ita Dei gratus est,qui coram eo excusat hominum peccata, non qui accusat. Vnde Dæmon dicitur accusator fratrum,qui accusat eos die ac nocte,quo è cælo excluso pax in eo fuit. Et cum Elias accusare uoluit filios Israel a-
3.Reg. 19. pud Deum,licet zelo vrgente id fecerit, dicẽs. Zelo zelatus sum ꝓ domino Deo exercitium, qa dereliquerunt pactũ tuũ filij Israel, altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderũt gladio,& relictus sum ego solus,& quęrũt aĩam meã. Deus eos excusat ostendens,non omnia
B ꝑdita esse,vt putabat Elias, & ideo ait. Relinquã mihi septem millia virorum, quorũ genua nõ sũt icuruata ante Baal. Tu ergo, ut poteris peccata proximorũ excusa,& bonum,si quod est in ope fratris inspice, ne similis cribro efficiaris q paleis retentis grana a se proijcit.

Demum ex his verbis colligitur illud psalmi. Quã bonus Israel. Deus his,qui recto sunt corde,q enim adeo dulcis est crucifigentibus,qualis erit amicis,ac obsequentibus ? qui pro hostibus orauit, qui eos excusauit , quo pacto imperfectiones suorum excusabit ? Recte Pau-
Ro. 8. lus. Qui accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat, quis est qui condem
C net? Christus Iesus,qui mortuus est,qui resurrexit,qui sedet ad dexteram Dei. qui etiam interpellat ꝓ nobis. In cruce aduocati manus suscepit, quod nunc in cęlo etiam agit,ora ergo ò Domine pro me,si enim oratio tua crucifixoribus veniã obtinuit, obtinebit mihi misericordiam poscenti:dic ergo ò Domine pater ignosce huic peccatori,si id dixeris exaudieris. De nobis certè actum esset, nisi Christus semper oraret. Pater ignosce illis. Cum enim semper peccemus, aduocato iugiter indigemus, oratoreque tanto, qui exauditur pro sua reuerentia,&c.

CONCIO III. A

De secundo verbo , quod Christus in Cruce dixit.

THEMA.

Hodie mecum eris in paradiso Matth. 27



Os fuit a multis viris pijs obseruatus,ut morte ap ppinq̃te,filijs suis monita salutis darẽt: Quę ãt ea hora a patribus filij suscipere , ꝑcipua memoria retinebãt,tanq̃ testõ sibi relicta,illa nãq; ꝑcipua eorũ hęreditas est. & quę ꝺibus diuitijs pręstat. Hoc Abrahã absq; dubio pręstitit,sicut dixit Deus
Gen.18 eũ facturum,cum ait. Scio.n., quod ꝓcep-
B tur⁹ sit domui suæ,& filijs suis post se, vt custodiant uiam dñi, & faciant iudi-
Ge. 49 cium & iustitiam. Et Iacob congregauit filios suos mortis hora instante, quibus benedicens,aliorum vitia increpauit, ut ab eis cauerẽt,aliorum virtutem lauda-
Tob.4 uit,ut uirtus laudata cresceret magis. Id ipsũ Moyses,Dauid,& Thobias fecit, qui putãs se mori, vocauit filium suum, & de obedientia ad diuina præcepta,de misericordia,ac timore Dei multa disser-
3.Re.2 uit. Dauid vero Salomoni de fide ergã Deũ,& iustitia seruãda multa dixit. Et
2.Pe.2 hinc Petrus mortem sibi instare videns ait. Iustum aũt arbitror quamdiu sũ in hoc tabernaculo,suscitare vos in cõmonitione,certus, ꝙ velox est depositio ta-
C bernaculi mei ſm quod Dominus Iesus Christus significauit mihi. Quanti vero referat,vt filius memoria cõseruet, quæ tunc a patre audiuit,ostendit Petrus subiũgens. Dabo aũt operam,& frequẽter habere vos post obitũ meum,v horũ memoriã faciatis. Hinc religionum parentes,& eremi pręcipui patres cum animã agerent,discipulis præclara cõsilia dederunt Xp̃s ergo in lecto crucis decũbens morti ꝓximus pauca nobis verba dixit quæ veluti ex testõ,ꝙ tũc confecit nobis reliquit,quæ sunt totius Euangelij summa,ac fortissima arma,q̃ in nos iaculat⁹ est. Iaculat⁹ quasi bonus sagittari⁹ de pharetra

A retra, sua sagittas, & de arcu illo, cuius nec Prophetæ, aut et Angelo commissũ A
Hab. 3 ipse neruus erat in cuius cornib. (vt Habacuc ait) tensæ erant: Ipsius manus sagittas potentis acutas iacit, atq; in corda inimicorũ regis poteter infigit, ita ut in eis cadant vulnerati sub ipso populi, ut plurimi, qui ab ea concione audita redierunt, pectus suũ ferirent, ac liquefierét. Nec mirũ cum ad eorũ uerborũ uim terra mota fit, monumenta aperta, & petræ scissæ. De his uerbis Psaltes ait, Audiat verba mea, qm potuerunt .i. potétia, ac efficacissima fuerunt. Hi sunt illi carbones desolatorij; de quib. Psaltes, qui de foco caldissimo, corde. s. Chri flammeo in terrã delapsi mundũ sufficiunt inflãmare, eo igne, de quo dixerat: Ignem ueni mittere in terram. Ipsi sunt carbones illi Iuniperorum. De quib. in Psal. 119. sm textum Hebraicum, urentes fortissimæ, & ignem seruantes diutius, qui aduersus linguam dolosam præsentaneũ sunt remedium. Hi sunt limpidissimi lapides, quib. deijcitur Golias, collecti de torrente limpidissimi amoris, de quo in uia bibit. Attendamus ergo uerba ista, & singulari deuotione suscipiamus.

Psa. 44

Ps. 140

Ps. 119

Lu. 12.
B

1. Reg. 17.

Audiuimus primũ uerbũ, quo p peccatorib. multis orauit, quo singularé erga pctóres curam ostendit, & eorum pcipuã, ac extremã necessitatem, quib. primum attendebat. Audiamus sm, q uni pctorum dixit, cuius conuersio fructus fuit primi verbi. Quo ostendit, q uere dixerit. Venit filius hominis qrere, & saluum facere quod perierat. Et venit Iesus peccatores saluos facere, ut Paulus ait, cũ primũ oĩum peccatorum curã gerat, & eorũ cãs agat. Ait ergo. Hodie mecũ eris in paradiso. Quo ostendit, quod quẽadmodum pater habés thesaurũ, illum hora mortis filio manifestat, ita usq; in hanc horam paradisi nomen non usurpauerat, erat thesaurus hucusq; absconditus in agro, sed nunc illũ manifestat. Apostolis dixit, prædicate, qa appropinquat regnum cœlorũ, prope iam est, sed nunc amplius quid latroni dr, hodie ianua regni cęlestis aperitur, & in illud ingredieris. Preclarum, & usq; huc inauditum nuncium, quadrea magnum est, ut

Mat. 9

C
Timo.

fit, sed ei, qui magni cõsilij Angelus est, magnum consilium Dei fuit apertio ianuæ regni cælestis per Christi mortem. Sed ut hoc uerbũ explicemus, latronis historia nobis primum proponenda est.

Ducebantur cum Iesu duo nequã ad crucifigendum. Tho. 3. p. q. 46. ait Xps inter latrones crucifixus est, alia quidé rónem quantum ad intentioné Iudæorũ, aliã vero quantum ad Dei ordinationem. Quantũ. n. ad intentioné Iudæorũ duos latrones vtrinq; crucifixerũt (sicut dicit Chry.) vt eorum suspicionis fieret particeps, & sic supplicium in maiorem ignominiã cederet, iuxta illud Isa. Et cũ iniquis deputatus est. Sed Dei ordinatio alias respexit causa. Hier. ait, ut sicut maledictum crucis sustinuit pro nobis, ita pro oĩum salute inter noxios, quasi noxius crucifigitur. Leo Papa ait in sermone de passione, vt in cruce ostéderet eã, quę in iudicio fiet hoĩum discretio, & vt Hilarius addit, ostenditur, omnes homines vocari ad Christi passionem, sed nõ omnibus prodesse. Addit his Augu. ser. 120. de tpe fuisse hoc mirabile diuinæ, prædestinationis cõsiliũ, vt latro eo modo mirabili æternam salutem consequeretur. Inter diuina aũt miracula, quæ tũc facta sunt, non minimũ censeri debet latronis conuersio, maius. n. fuit quam petra scindi. Sicut ergo hõ descendens ab Hierusalé in Hiericó incidit in latrones, qui despoliauerũt eum, ita Christus exit ab Hierusalé, & in latrones incidit. Sed & in alios incidit deteriores latrones, in oĩum, s. hoĩum peccata, quę fures merito dicuntur; qm Dei gloriam surripere conantur, & Christi uitam abstulere.

Tho.

Chry.

Isa. 53

B
Hiero.

Leo.

Hilar.

Augu.

Lu. 10.

Inter hos aũt latrones alter nõ cõuertitur, significatq; eos, qui passionis Xpi fructum nõ suscipiunt. Id vero Xps maximi fuit eã doloris magis q flagella, claui, spina, ac ipsa mors. An nõ ille dolet vehementer, q maximo parato cõuiuio, vocaret inuitatos, & illi negligerét venire? Videt Xps, guttã sui sãguinis satis eẽ vt innumeros redimeret mũdos, & cũ riuos sanguinis fundat, attedit paucos futuros, quibus fructũ participet. In mundo

A pater uniuersas diuitias, vt filio ægrotā-
Simile ti poculum conficiat, quo salutem recu-
peret, si illo vtatur filius in salutem, gau
det pater, si uerò illum effunderet, ac p-
deret, an nō doleret? Ita in nostri mede
lam uniuersum sanguinem Christus de
dit, quo si utamur, gaudium est in cęlo,
si autem negligentia nostra pereat, Deū
dolore, eo quo potest modo, dicitur.

Ma.27 Sed illud inquirendū est, an vterq; la
Mat.15 tro Christum blasphemauerit; nā Mat-
Luc.23 thæus, & Marcus in plurali aiūt, latro-
nes improperasse Christo. Lucas aūt ait
unū blasphemasse, alterū cōfessum esse
B Christū. Hier. Chrysost. Theop. Cyril.
Hiero. Hierosolymitanus in cate. 13. Et Orig.
Chrys. tract. 35. in Matthæum, dicunt, initio q-
Teop. dem ambos latrones Christo imprope-
Cyrill. rasse, deinde uero alterū cōuersum. Qd
Orig. si ita res se habuit, similē se Christus ex-
Simile hibuit hoī conficienti theriacam qui per
mittit uiperā filium mordere, ac ueneno
primo infici, & ad mortem vsq. accede-
re, nō quidem, vt intereat, sed ut adhibi-
ta theriaca, saluti restituat, & illius uis
appareat, quæ desperatum hoīem saluti
restituit. Conficiebat nunc tpis Christus
antidotū aduersus oīa peccata, cuius ut
uis oīb. sit manifesta, permisit latronem
ad extremum mali descendere, dū Chri
stum blasphemabat, eum ad crucem du
ceretur, vel ēt dū in cruce esset, ut repen
te saluti restitutus osteneret, quantam cō
tineat vim Christi sanguis, & q nullū
C sit ei insanabile vulnus, si modo applice
tur. Mirabilis profectò illius conuersio
fuit, cum repente ex summo in summū
mutatus est. Vnde Leo Papa serm. 2. de
Leo. Passione ait, quæ istam fidē exhortatio
persuasit? quæ doctrina imbuit? qs præ
dicator accendit? Nō uiderat prius acta
miracula, cessauerat tūc languētium cu
ratio, cæcorum illuminatio, uiuificatio
mortuorū. Ea ipsa, q mox erant geren-
da, non aderant, & tñ Dñm cōfitetur, et
regem, quem uidet supplicij sui esse con
sortē. Inde ergo oriebatur hoc donū, un
de accepit fides ipsa rīsu. Hęc ille. Nul-
lus ergo de remedio desperet, si modo eo
uti velit. Patres uero alij asserunt, vnū la
tronem duntaxat blaspemasse, & Mat-
thæum, ac Marcū figurate loquutos fuis A
se, utentes plurali pro singulari, ut sæpe
in scriptura fieri solet. Hoc tenet Epiph. Epiph.
hæresi 66. & Aug. lib. 3. de con sensu euā Aug.
ge. c. 16. & Ansel. in Matthæum, & alij. Ansel.

Audiamus ergo latronem conciona-
torem agentem. Neq; times Deum, qui
in eadem damnatione es? Et nos quidē
digna factis recipimus, hic autē qd mali
fecit? Memēto mei Dñe dū ueneris in re
gnum tuū. De his uerbis plura diximus
in priori tomo nrarū cōcionū, sermone
de latrone iusto in maiori hebdomada.

Nunc aūt attendamus latronis huius
mirabilē pnīam ac publicā delictorū cō
fessionē, peccati detestationē, ēt in socio.
Voluit sp Deus, ut ueniā peccati cōcede-
ret interiorē illius cōfessionē, qua homo
Deo cōfiteret, q exhibuit hic latro, adiū B
gens exteriorem, q in lege grę sacerdoti
facere tenemur. Sed ait, ut qd Deus vult
me illi peccata confiteri, q ille nouit? Pla
ne hac cōfessione non intēdit Deus nos
se, quid egeris, illud. n. optime nouit, sed
vult, ut ipse dicas delicta corā eo, ut sic
humilieris, & ab eo ueniā postules, do-
lens quod in eum peccaueris. Sicut Eze Isa.38.
chias fecit, cū ait. Recogitabo tibi oēs an Iob 10.
nos meos ī amaritudine aīę meę. et Iob.
Tędet aīā meā uitęmeę, dimittā aduersū
me eloqum meū, loquar ī amaritudine
aīæ meæ, dicā Deo, noli me condēnare.

Secūdo ait Amb. lib. 2. de pnīa c. 7. exi Ambr.
git Deus a peccatore hāc confessionē, ut
peccator sit sui accusator, ac pueniat dę- C
monē, q eū accusaturus est. Dæmō accu
sator est oīum peccatorū, & ī cathalogū
redigit uniuersos, q Deo dēnt ut eos ac-
cuset. Iō in Apoc. dr accusator fratrum. Apo.12
Sicut ergo is, q nouit accusādū se ab ali-
quo apud Inquisitores hæreticæ prauita
tis, ut uiam obtineat, seipsum prius ille
accusat, ita oportet puenire accusatorē
nřm, vt corā Deo propitiationē inuenia
mus. Sicut. n. Paulus ait. Si nosmet ip- 1.Cor.
sos iudicaremus, nō utiq; iudicaremur. 11.
Ita si nos ipsos accusamus, locus accusa
tioni dæmonis non relinquetur. Aderat
iam dęmon à dextris latronis, ut ī mor-
te eum accusaret, Sicut Psaltes ait. Dia- Ps. 10.
bol? stet à dextris eius. Et Zacharias ait.
Et

A Et Satam stabat a dextris eius, ut aduer
Zac. 3. saretur ei, cum certe accusans. Sed præue nit latro accusationem, accusauit seipsũ, & sic absolutus est,

Sed attende, ꝙ non solum seipsum accusauit, sed & Christum excusauit, dicẽs Hic autem quid mali fecit? Diximus superius, uoluisse Iudęos cãm Christi confundere cũ cã latronũ, ut latro haberetur qui inter latrones crucifigebatur, uoluerunt ergo surripere Christi honorẽ curãtẽs, ut latrones furti huius cęlatores, ac absconsores essent. Sed bonus latro, licet prius multa furatus fuisset, nunc tñ mor ti pro vnus abscondere alienum furtum
B non vult, sed illud manifestum facit, dicent, Hic autem quid mali fecit? quasi dicat, peccata mea non operient, neque abscondent iniquitatem vestram ò Iudęi, satis sint furta, quę ego feci, nũc aliena non occultabo. Vultis Deo surripere honorẽ, hominibus salutem, cuius initium agnitio Christi est. Sciant ergo vniuersi homines, ꝙ Christus nihil mali fecit. Vos putatis Christum latronem, quia filiũ Dei se fecit, & sic Deo honorẽ surripuisse arbitramini, sed non ita res habet, nullum in hoc furtum cõmisit, quia nõ rapinam
Phil. 2. arbitratos est, esse se æqualem Deo, sedsemetipsum exinaniuit. Et vt Adami furta & mea oium ac hominum solueret, tanꝗ latro comprehendi voluit, & tanꝗ ad latronem existis cum gladiis, & fustibus comprehendere eum, & tanquam latro
Ps. 66. flagellis cæsus est, & nunc inter latrones
C crucifigitur. Sed latro ille non fuit, sed ꝗ non rapuit, nunc exsoluit, sicut per Psaltẽ ait Quæ non rapui tunc exoluebã. Vnicũ illius furtum nõ negabo, ꝙ corda hominum rapuit, sicut nunc cor meũ. Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me, dixit ipse, hoc autem nunc opere complet. Non est Deus noster, ut dij gentium. De Mercurio tradit Horatius, & Prudẽtius quod expertus furandi homines hac imbuit arte. At Christus, non nostra ablaturus venit, sed sua daturus, & ad hoc nũc inter latrones poni uoluit, quasi diceret, immensos cœli thesauros mecum defero & opto maximè, ut mihi surripiantur ab hominibus. Deprędari desiderat, qui thesaurum publice portat in ula. Saccus, in A quo thesaurus vniuersus cœli erat, humanitas Christi est, quẽ mille partibus con scissum ostendit, ut thesaurus uideat, ac surripiat, sic illũ rapuit latro, & diues in ęternũ mansit. Id perspicies in Christi verbis. Hodie mecũ eris in paradiso. In his uerbi aliqua nobis expẽdenda sunt. Primum, ꝗ cito exaudierit Xps latronẽ. Cũ in molli lecto hõ decũbit, profunde dormire solet, & iõ difficilius excitat. si Simile uero super lignũ cubet, facilis somnus esse solet, & facile excitari potest, & audit. Quasi in molli lecto erat olim Deus, & iõ nõ ita cito excitabat, ac audiebat. Vñ ad eũ Ps. ait. Exurge quare obdormis do Ps. 43. mine, exurge & ne repellas in finẽ, quare obliuisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ. Sed nũc in duro lecto crucis B cubãs, citius exaudit, & in nauicula sup Mat. 8. lignũ dormiẽs facile excitat. Quia expertus dolores nostros, didicit ex his, ꝗ passus est, misericordiã miseris exibere. Implerumq. iã illud Isaiæ est. Et erit, antequã clament, ego exaudiã, adhuc illis clamantib. ego audiã. Non ait Propheta id Isa. 65. tunc esse sed erit, inquit, quia tanta misericordia, ac exauditio nobis seruabatur.

Secũdo his uerbis, ait Arnoldus i trãctatu de septẽ uerbis Christi, confundit Arnol. Iudã, Iudæos, a c Nouatianos. Iudã qdẽ, qui desperauit de tãta misericordia Nouatianos uerò, qui negant pænitentiam post baptismum. Iudęos ẽt, quibus malũ apparebat, ꝙ cũ peccatoribus Christus ageret, cũ aũt illi maximi peccatores essent, condemnantes misericordiã peccatorib. exhibitã subscribebant dãnationi C bus proprijs, nullũ locum misericordiæ reseruantes. Inimici erant Pharisæi gratiæ, sed iam mutata est p Christum lex in gratiã, terror in mansuetudinem: nouum aduenit rex, nouam legem cõdidit, quã dictat sola pietas, & charitas. Inscribitur cruci titulus regni à Pilato, nec Iudæus tollere potuit inscriptionem. Sub hac inscriptione, & sub hoc regno latro erat. Fractæ sunt lapideæ tabulæ in Caluario monte, lex lapidea abolita, & lex dulcedinis lata. Audi, quid Christus latroni dicat. Ne irascaris princeps Apo-

A rildorũ, tibi dico Petre, cui claues regni cælestis cōmissæ sunt, & tibi negotiationis peccatũ perpercit, & tñ iuxta crucē non uideo, tertius lates, nec ibi Apostolica authoritate uteris, modo clauium ministerium non profers. Sed adest summus sacerdos, qui hoc præstet, ille aperit seras latroni, amouet X ps a paradiso vigilē custodem Cherubim, & cui tu forsam septies dubitasses, ignoscere, ignoscit Christus septuagies septies, ut iam non numeres peccata ab remissionē, nō hēat metas diuina clementia, sit qui inuocet, non deerit qui exaudiat, & indulgeat. attende, quis nūc exauditur, pestifer erat, & extrema hora clamat, & exauditur, o summā Dei bonitatē, ac clementiā? non dũ dixerat Dauid. Peccaui, & audit, Dominus quoq; transtulit peccatũ tuũ. Mulieri adulteræ ait. Nec ego te condemnabo. Quã facile reuerētē filium dissipatorē pr recipit, nec increpat, sed oīa dulcia, ac læta inuenit. Quis, obsecro, de tāta misericordia desperet? Cum ergo sciamus, Deũ multum esse ad miserendũ, eũ oremus cum latrone, qui optima in terra seminauit, dũ seminauit, et messuit simul, perijt, & recepit continuo Nec solũ recepit quod periuit, sed amplius, ille peccati ueniam orabat, & q aliqñ eius memoraretur, cum in regnũ veniret. Christus antea non solum ei indulget, sed, & paradisum statim promisit Nō ei accidit cũ Chro, quod Iosepho cũ pincerna Pharaonis, cui dixit similia uerba. Memēto mei cum bene tibi fuerit. Ita nunc latro ait. Memēto mei cum ueneris in regnũ tuũ. Sed ille oblitus est benefactoris, ac interpretis sui Christus uero peccatoris oblitus nō est, sed regni participē fecit. Et in huius regni signum referunt uiri graues qui Hierosolymã inuiserũt, ostēdi nũc locum, in quo Christus crucifixus est, & latrones, in quo hoc simul cernitur, q cũ petræ scissæ sunt X po mortuo rubes illa Caluarii scissa ēt est, sic tñ scissa mōstratur hodie, ut X ps et latro iustus una parte simul relinqueret, ex altera uero scisuræ parte iniquus latro relictus sit, tanq̃ a Christo separatus. Manet hucusq; scissura rupis, & profundissima in ea uorago.

2. Reg. 12. — B — Ioã. 8. — Ge. 40. — C

Tertio promittit ei regnũ æternũ, qa A illud fuit, quod oratione sua petierat latro non vero tpale quid. Iniquus latro aiebat. Si filius Dei es, saluum fac temet ipsum, & nos saluationem petebat, sed tpa, em, qua a morte liber esse non aīam curabat, sed corpus, cui plurimi nũc similes sunt, qui in horam mortis pænitentiã distulerunt, & tūc solũ corporalia curant, & aīæ suæ obliuiscuntur, ut corpori intendat filijs, ac diuitijs iustus latro corporis oblitus, animi salutē petit, meritò audit. Hodie mecum eris in paradiso. Cũ Isaac benediceret Iacob, & Esau, eandē bñdictionē utriq; donasse vr, sed diuersa admodũ est, ut optime expendit Berna. nã Iacob ait. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ. Esau aũt dixit. In pinguedine terræ, & in rore cæli desup erit bñdictio tua. Electus Iacob benedicitur primũ in rore cęli, & deinde in pinguedine terræ, quia electi cęlestia primũ curãt, quærunt primũ regnũ Dei, & iustitiã eius tpalia ãt quasi accessoriã. Reprobus Esau bñdicitur primũ in pinguedine terræ, & deinde in rore cęli, qa primum quærit tpalia, æterna aũt tanq̃ accessoria tractat. Recte ergo petenti latroni animæ salutem dr. Hodie mecũ eris in paradiso. Licet autē Iustinus martyr q. 75. & 76. ad orthodoxos, & alij putent, paradisum terrestrem promissum latroni, sed August. epi. 57. ad Dardanum & omnes Doctores per paradisum intelligunt uisionem beatificam, quæ absque dubio illo die latroni concessa est.

Bern. Ge. 27. — B — Iustin. — Aug.

Si uero dicas, quo pacto res tāta adeo facile a Christo exiberi. Certe nihil humanum cōdignũ est tãta gloria nisi Dei grã ad sit, sed hæc dignos nos efficit. Latro uero illa adiutus eximiũ præstitit opus, quo dignus factus est non gloria solũ, sed, & amplissima, Impleuit.n illud Isaię. Nolite reminisci priorũ, et antiqua ne intueamini, ecce ego faciã noua, &c. Et inferius ostēdēs, q̃ ista noua sint, ait. Glorificabit me bestia agri. Bestia agri fuerat latro iste grassator, q, i uijs interficiebat hoīes, ut illos expoliaret. Ecce bestia ista nunc Christũ glorificat, cũ cognoscit, laudat, defendit a socij blasphemijs.

Isa. 43.

Hoc

A Hoc tempore nullus ex tertius glorificabat Xpm, pater dereliquerat eum, Mater tacebat, Angeli similiter, Ioannes, & Magdalena nihil loquuntur, Apostoli oẽs fugerunt, Iudæi, ac gentes blasphemabant, & deridebant. Vnde ait in Psal. Omnes videntes me, deriserunt me, loquuti sunt labijs, & mouerunt caput. Solus nunc latro, hæc bestia agri glorificat eũ corã oĩbus, dicens eum innocentẽ, regẽq; cœli, ò aureum os, ò lingua Angelica, q. Christum glorificas sola. Prius tu cãm Christi egisti, q̃ vniuersus mundus, priusquã sol obscuraretur, terra scinderet, velũ rũperetur, sepulchra aperirent. Benedicta ergo lingua illa est, quæ Deum benedicit, cum ab omnibus maledicitur. Merito indulgentiam plenissimam consequeris, ne lingua talis in inferno torqueatur cũ lingua diuitis epulonis, & cũ lingua dolosa. Benedicti sunt Sem, & Iaphet, & merito quia cum irrisus esset Noe à Chan, illi patrem operuerunt, cur non benedicatur latro hic a Christo, qui nudatus in cruce est amore ebrius, irrisus à gentibus & Iudæis, sed a latrone commẽdatus, ac laudatus: Quicunq. honorificabit me glorificabo eum, qui aũt contemnunt me, erunt ignobiles, ait ipse Samueli. An non mirabilis latronis fides, qui regẽ, & Deũ confitetur crucifixum? Augu. ser. 1. in Parasceue ait, Dic ò latro, vbi thronus ex Saphyro, vbi Cherubini, & exercitus cæli, vbi corona, sceptrum, & purpura, vt eũ dicas regem cæli? Vides ne coronam aliã, q̃ spinarum, aliud sceptrũ, q̃ clauos, aliã purpurã, qua sanguinẽ, aliũ thronum, q̃ crucem, alios ministros, quam carnifices? quid ergo regiũ uides? Recte Cyril. Cate 13. ait. Quæ uirtus te illuminauit ò latro, quis te docuit adorare contẽptum, & simul cruci affixum? ò lumen perpetuũ illuminans obscuratos. Eximiè extollitur Magorum fides, q. Christum adorauerũt in stabulo, sed maior fides latronis est, qui eum adorauit in cruce pendentẽ. Maxima illius fuit spes qui speraiuit peccatorum tantorum veniam mortis hora & eximia illius fuit charitas, cum socium corripuit, & dilectio in Christum, cum illius causam publicè egit. Eximia illius humilitas, ac patientiam, cum iustam dicit damnationem suam, & solum Christum sui memorari orat, & ideo orat io illius fuit, quasi virgula fumi ex aromatib. myrrhe, & thuris, & vniuersi pulueris pigmẽtarij, quia omnibus ornata virtutibus, & ideo plenissimam est consequutus indulgentiã, & baptismo flaminis ablutus est, fide, ac pænitentia præclara, vt Augu. lib. de pænitentia asserit. Et sicut duo deferebant botrum de terra promissa, sed qui præcedebat, nec eum videbat, nec eo fruebatur, at posterior, & uidebat, & utebatur eo. Ita nunc Christus inter duos latrones est, sed iniquus latro eo nõ vtitur in salutem, quia ad scapulas eum proijcit, non eum conspicit, quem & aduertit. At verò iustus latro eum coram oculis habet, ad eum conuertitur, eiusq. fructu vtitur, & ait cum sponsa. Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi. Nos similiter Christi fructus participare curemus fide, pænitentia, ac confessione.

Ps. 21.

B

Gen. 9.

Aug.

Cyrill.

Cant. 1.

Augus.

CONCIO VI.

De tertio verbo quod Christus in Cruce dixit.

THEMA.

Cum uidisset Iesus matrem, & discipulum stantẽ quem diligebat, dicit matri suæ Mulier ecce filius tuus, Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua, & ex illa hora accẽpit eam discipulus in suam. Ioan. 19.

C

Ambrosi. li. 10. in Lucã in cap. de commendatione Mariæ mris discipule Ioã. ait. Testabatur de cruce Xps, & testamẽtũ eius signabat Ioã. Dignus tanto testatore testis. Bonum testam, non pecuniæ, sed uitæ, q non atramẽto scribitur, sed spiritu Dei viui. Lingua mea calamus scribæ, velociter scribẽtis. Sed nec Maria minor, quæ ut matrem Xpi decebat, fugientibus Apostolis ante crucem stabat. Hæc Ambrosius. Cum testamentum sit vltima hominis volũtas,

Amb.

Psa. 44

A tas,qua de bonis disponit, dr Dei testm̃ illud quo hoib. sua bona distribuit,& in de dictum est uetus,& nouum testm̃,ve teri bona terrena pcipuè promisit,& tẽ poralia nouo spiritualia, ac æterna, iuxta illud Pau. Melioris testi mediator est, quod in melioribus repromissionib. san citũ est. Et licet hoc testm̃ inceperit cõsicere in vita, dum prædicans regnũ Dei hoib. promisit bona spiritualia,& æternã,tũ in cœna,& demum in cruce hoc testm̃ perficit,ac absoluit. In cœna.n.præcipua mãdata sua declarauit, et sacerdotes instituit Apostolos. Demũ vero illud in cruce absoluit, in q̃ reseruauit plurima,quæ ad testm̃ pertinet. Solet.n.q testatur,aĩam Deo offerre,ac commẽdare quod Christus in cruce fecit. Secũdo, solet iniurias remittere,qd in cruce Chrus

B præstitit orans pro inimicis. Tertio, qui testatur solet prouidere filijs, parentib. ac amicis bona. Hoc aũt Christus fecit commendãs matrem discipulo,& discipulum matri. Tandem hereditatem promittit,qui testatur hanc Christus latroni,& in eo omni peccatori vere pœnitẽ ti promisit. Tũc etiam abrogauit prius testm̃,cum dixit. Cõsummatum est, quo verbo significauit,impleta esse oẽs figuras,ac vmbras quę corpore pręsente cessauerunt. Tũc ergo plene conditũ,ac absolutum fuit nouũ testamentum, quod calamo linguæ Christi confectum est,q Ioannes signauit. Sed quoniam attẽdere solent hoies,quid eis in testõ relinquatur à parentibus,uel amicis an hæreditas ad

C eos pertineat,vel legatum; attendamus nos in hoc præcipuo testõ quid nobis relinquitur. Plane hæreditas ad nos pertinet,si filij esse uelimus, si hæreditatis onus subire,quod est impletio mandatorum,tũ.n.hæredes erimus vitæ æternæ. Sed & legatum etiam precipuum nobis in hac vita relinquit,& illud est Maria, quæ nobis mater conceditur. Nec.n.soli Ioanni donatur in matrem, sed omnib. fidelibus,ideo Ioannes non nominatur sed discipulus, qa ut discipulus eam matrem accepit, tanquam ad matrem ergo ad eam accedamus, ut nobis bona omnia impetret,& nunc gratiam obtineat.

Gal.4.

Mirabile plane fuit Dei consiliũ, quo A voluit interesse matrẽ ipsius acerbissime passioni. Stabat iuxta crucẽ Maria mater eius.ait Ioãnes. In lege pceptum fuit, Ioã.19. Non coques hœdũ in lacte matris suę. Et in Deu.dr̃. Qui inuenerit auiculá cubantẽ,tollat filios,& dimittat matrem. Et in Leuit.præcipitur,non immolabitur ouis vna die cum filio suo. Omnes istæ leges pietatem in matrẽ respiciunt,ne simul cũ filio occidat,ne tollat,cũ filius tollitur,ne decoquatur filius in eius lacte, nunc illa in filij sanguine decoquitur; & filius in matris lachrymis,nũc auis cum filio tollitur in sacrificium. Huius rei non vnica ratio est,sed plures,inter quas illam primum expendamus; quæ oib. iustis cõis est,deinde uerò singulares,q̃ ad Mariam pertinet,explicabimus. Prior ergo causa est,q iustis oib. tribulationes graues, discriminaq; Deus immittit,quib. eos probet,atq; perficiat. Et licèt diuersum hoc B videat ab ingenio Dei,& ab eius mĩa,amore,ac bonitate ihfinita,ad q̃ potius ptinet vũ, indulgentijs maternis vti, tñ Iud.2. quia sic nobis expediẽs erat probationes ac tribulationes immitt. Qd copiosè,ac eleganter Iudith dixit. Memores sint,qa tentati sunt patres nri,vt probarent,si verà colerent Deum suum. Memores esse dent,qũo Pr noster Abrahã tentatus est, per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes, quid placuerunt Deo,per multas tribulationes transierũt fideles. Nec in hac re minus dilectionem C suam ostendit Deus,q̃ dum nos consolatur. Huius rei præcipuum exemplum nobis patet in Christo,qui infinito diligitur amore, & cum caput, ac exemplar omnium iustorum esset, summe tribulatus Psa.68 est. Hinc ille in Psalmo patrem orat. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsq; ad animã meam, quasi dicat, nõ solũ exterius magna patior, non solũ aquis tribulationum exterius circundor sed usq; ad aĩam intrauere meam. Et qm̃ is,qui aquis obruitur,consolatione leuatur, cum pedem in terra figit, hæc mihi consolatio relicta non est,unde subit. In fixus sum in limo profundi,& nõ est substan-

Ex.23. Deu.22 Leu.22

A stantia, idest, non est, ubi pedem figam. Et ne quis dicat, ad oram maris me esse vnde facile liberari possim, addit, veni i altitudinem maris, & tẽpestas demersit me. Et qm̃ clamores aliqñ iuuant pereũtem, dũ his auditis accedit, aliquis, ut eũ liberet, nec hoc refugium mihi relictum est, vnde subdit: Laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ, nec vllus mihi adest. En Christi summã tribulationẽ.
Luc. 3. Quia vero coniunctissima Maria fuit, ideo post Christi dolores nulli fuerunt, qui Mariæ doloribus conferri possent. Vnde ad illam Simeon ait: Et tuam ipsius aĩam doloris gladius pertransibit. Xp̃s mare dolorum est, & ab ipso effectus est alueus, quo oĩs Xp̃i dolor in Mariam venerit, Sicut è fonte efficitur canalis, p q̃ aquæ in hortum ueniant, ita à Xpo ad Mariã su'nma dilectio constituta est, p quã oĩs Christi dolor in Mariam descẽdit. Id uerò ideò effectũ fuit, vt summis meritis Maria ornaretur. Vnde Ans. de laudib. Virginis ait. Oportuit, vt illa, in qua oẽm gratiam Xp̃s collocauit, non careret honore martyrij, & ad hoc cruci adstare illã oportuit, qualeũt illud martyrium fuerit, ex primo nõ põt, adeo durus fuit, q̃ si ipsa occideretur, quo plus filium diligebat, q̃ se ipsam? Memoriæ pdidis grauis author, q cum maleficus quidam nullis tormentis adduci posset, vt facinus perpetratum confiteretur, iussit iudex adduci filiũ illius unicũ, & duriter uerberari coram patre, qd ille sustinere nõ ualuit, & crimen confessus est. Cum amantis aĩa plus sit in amato, q̃ in corpore, qd informat, qm̃ amor facit ecstatium, plus torquetur in amato q̃ in proprio corpore. Hoc autem in Maria præcipuè locum habet, quæ multo plus diligebat filium, quã se ipsam, Cum ergo Maria uideret Xp̃i passionem, summis vrgebatur doloribus, quos patienter sustinebat pp hoĩum salutem, & Dei gloriã. Vnde illius meritum maximum fuit.

Ansel.

C

Secundo adstare oportuit Mariã cruci, ut ad opus redemptionis nostræ concurreret eo, quo poterat modo. Ambr. lib. 10. in Lucam capite, quod initio diximus, Ait qd mirabile, sic n. habet. Aut fortasse, qa cognouerat per filij mortem mundi redemptionẽ, aula regis putabat se, & sua morte publico muneri aliquid additurã. Sed Iesus nõ egebat adiutore ad oium redemptionem, quia dixit: Factus sũ sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber suscepit qdẽ matris affectum, sed non quæsiuit hoĩs auxilium. Hæc ille. Quę verba Ambrosij sic intelligenda sunt, ut sicut perditio nostra per unũ hoĩem, & mulierẽ unã in mundum intrauit, ita ingrederetur, & remediũ p hoĩem, & mulierem, Xp̃s quidem solus redemptor est, unusquisque mediator Dei, & hoĩum, tñ sicut per unum hoĩem peccatum, & perditio in mundum intrauit, ministrãte tñ peccati materiã Eua, quæ pomum uiro dedit, & sicut solus pater affectiue filium generat, sed mr̃e materiam ministrante, in quã forma introducitur, ita Xp̃s tanquam pater futuri sæculi solus nos redemit. Maria uero tã quã mater astitit cruci, offerẽs humanũ genus filio, ut in illud induceret redemptionem. Et ideo uoluit filius (ait Ans.) ut cruci mater astare, tanquã illius uniuersalis hęres, in qua ille deponeret uniuersum sanguinem suum, merita, ac gratiam, ut illa eam colligeret, et postea suis manib. ac intercessione nobis diuideretur. Et ideo tunc uniuersorum hominũ curã suscipit, ut pro omnibus intercederet. Ideo stabat iuxta crucẽ Iesu Maria.

Psa. 87

B

Ansel.

Tertio cruci astitit Maria quia dilectissima Christo, & doloris tempore charissimos nobis adstare cupimus, quib. visis aliquomodo leuamur. Derelictus a patre a matre, deseri nõ debuit. Sed qualis ibi fuerit Mariæ dolor, nullis uerbis exprimi potest, quia, & amor omnem superat intellectũ. Suspirat intrinsecus, & erumpẽtes reuocat lachrymas, & eo amplius anxietas intumescit, quo prohibetur egredi. Emergebant gemitus, sed reprimebantur à modestia, & reuertebantur in sinum mentis, & collidebant se adinuicem introrsus, eratque in anima illa tempestas ualida, occurentibus sibi procellis, & quasi in sartagine frixis medullis ebulliebant amaritudines, & moriebatur, & mori non poterat. In Exod. capit. 27. &

D

Amb.

A 17.& 30. Proponuntur in templo altaria duo alterum,quod hostijs immolandis deputatum erat,q; erat certæ opertũ, & oĩa ipsius vasa ærea erant. Alterũ altare erat thymiamatis,siue incensi uesti tum auro purissimo situm coram propitiatorio, super quo solus summus sacerdos incẽsum adolebat, & semel in anno illuc ingrediebatur in sanguine ad orandum pro populo. Ita in Caluario duo uidebis altaria,aliud in corpore Christi, aliud in pectore Mariæ,Christus carnẽ, Maria immolabat,animam. Optabat q; dem Maria immolari cum filio,non solum aio,sed,& corpore,q; cum filio celebrare sacrificium illud expiationis mundi, consummatiuum omnium sacrificiorum,& cum filio suo corporali morte redemptionis nostræ consummare mysteriũ.Sed hoc solius summi sacerdotis priuilegium erat,ut munus sanguinis in tra sancta inferret, nec poterat dignitas hęc alteri dari, q̃m torcular calcauit ipse solus.Sed cooperabatur Maria eo,quo superius explicuimus,modo sicut in altari Atrij, licet nõ offerretur sacrificiũ expiationis; offerebãtur tñ alia sacrificia Deo grata. Mater ergo filio offerebat hostiã generis humani, filius eam patri pręsentabat,& pater acceptabat,& iustificabat Filius ad cor matris, pater ad filij crucem,& vulnera respiciebat, & quid hæc tanta pignora non efficerent? Sed o ma-

C ter dolore, ac angustia plena pete a filio tuo,ut te uerbis suis cõsoletur, ut tibi benedicat, & sonet vox eius dulcis in auribus suis. vox.n.eius dulcis,ut dolorẽ leuiat, qui exaudiris blasphemijs oritur. Sed quo pacto ille benedicere tibi poterit,qui ab omnib.maledicitur,qui,& factus est pro nobis maledictum?nam maledictus qui pendet in ligno. Quibus te manibus benedicet, qui eas habet cruci affixas. O diem amaris simũ, conuertũt in se oculos mater,& filius,nec dolor finit verba sibi inuicem facere,sed uisu loquuntur,filius discedit,ac moritur, sed ipsius cor in matre remanet, illa manet ac relinquitur,sed illius cor cum filio discedit. O Domine, duo te trahunt maxima ui, quis nam potentior erit,mater, ne,ut non discedas,an mors, ut proficiscaris? o crudele bellum, dum mutuus conspectus mortem afferebat, & mater mortem iuuabat, dum summa angustia replet cor filij omnia ergo morte fauent.

A Auget autem Marię dolorem, quod remedio omni caret. De Anna Thobię matre dicitur, flebat Anna irremediabilibus lachrymis. Heu me fili mi,ut quid te misimus peregrinari? Sed certe nullus dolor ita irremediabilis fuit, ut Marię plaga,quia eius anima sauciata erat, & in intimo corde vulnus erat,vbi nullum medicamentum apponi poterat, quia cum Christum amittit,omnia amittit, vnde nullus locus consolationi relictus. Quando diuitias amisisti,consolari potes,quia salus tibi relicta est,honos,& reliqua. si uero uno temporis momento cuncta amitteres, consolatio tibi nõ relinqueretur. Sanctis,ac perfectis simis uiris Deus est omnia,vnde eorum quidam aiebat,Deus meus,& omnia. Quid obsecro Maria diceret? Quis nam o domine tibi omnia erat qui tibi diuitię, honos, salutis,lumẽ oculorum,baculus,& deni que oĩa non ne Christus irremediabiles ergo sunt lachrymæ tuæ,quia oĩa simul amittis, & inter damna numera,q; tu & cum illis nõ amittaris. Magna est uelut mare cõtritio tua, qs medebitur tui? qs .n. vulnus in medio corde consistens curabit? Vnus de cælo uenit medicus, qui medetur contritis corde,& ille te vulnerat,quis ergo medebitur tibi? Vere domina dicere poteris. Cor meum dereliquit me,q.a qui cor tuũ erat,qui iuxta cor tuũ genitus,quem diligebas plus quam cor, dereliquit te. Adeo unum erat Maria, & Iesus,ut in ipsa nihil esset p̃ter Iesũ; & ideo Iesum mori era totam Mariã deficere,quia nihil erat in ea nisi Iesus, Dicebat Paul. Viuo iam non ego,viuit uero in me Xps,sed in sola Maria uerba ista plenissime ueritati redditã sũt, q.a in ea nihil aliud uiuebat nisi Iesus, & oĩa sine Iesu relinquitur,in nihilũ redigitur

Ex his uero Christi, ac Mariæ doloribus illud nobis colligendũ est,oportere, nos dolores sustinere. Snĩa in primo lata parentes fuit, ut in sudore,ac dolore

Tho.19

B

Thr.2.

C

Ps. 38.

Gala.2

pane

pane vescerentur,& hanc nobis reliquerunt hæreditatem,& ideo nullus est hominũ cui dolor non sit. Hinc Iob. Quid
Iob 26. agam,si loquutus fuero, non requiescet dolor meus:si tacuero,non recedet a me. Inter homines vero Xp̃s præcipuè fuit doloribus plenus. Et ideò Isa.ei tribuit mirabile nomen,cum ait: Desiderauimus
Isa.53. eum despectum,& nouissimum uirorũ, & virum dolorum. Mirum plane nomẽ, ac commiseratione dignum,vir dolorũ, non ait,vir doloribus plenus,sed uir dolorum,quasi ex doloribus compactus. Et tanq̃ vir dolorum princeps est inter omnes tribulatos,ac angustiis oppressos, de Dauid dr̃. Cum esset Dauid in spelunca
1.Re.2 o dollan,conuenerunt ad eum oẽs,qui erant in angustia constituti,& oppressi ære alieno,& amaro aĩo,& factus est eorũ princeps. Licet cõuenerint ad Dauid tribulati,sed ipse tanq̃ magis tribulatus factus est princeps tribulatorum. Licèt in pluribus Dauid Xp̃i typum gesserit, & iõ filius Dauid appellatus sit,sed in eo uel maximè quod princeps sit eorũ,qui tribulantur. Et ideo vt eorum princeps eos ad se uocat,dicens. Venite ad me omnes, q laboratis,& onerati estis. Si nunc in unũ conuenirent omnes tribulati coram Xp̃o
Ma.11 & quisque suam tribulationem diceret, tandem confiterentur omnes, Christi tribulationes supremas,ac maximas esse,& ideo eum principem eligerent. Sed nunc te rogo,quod tibi nomen vis? Num vir dolorum esse uis, an vir delitiarum? Si omnib. delectari uis, quo pacto ad illius regnum pertinebis,qui vir est dolorum? Quia verò Maria ad hoc pertinebat regnum,stabat iuxta crucem Iesu.

Sed ò pijssimè rex,qui pro peccatorib. orasti, latroni ex voto respondisti, num tantæ matri non loqueris verbum? Audi illud Mulier,ecce filius tuus. Quibus verbis plura significantur. Primum,vellet Maria cum Christo discedere, ad quam Christus ait,non expedit mater mea, ut nunc discedas, quoniam discipulus hic meus filius tuus est, qui tua indiget præsentia,ac tutela,discedo ego,qui pr̃ sum, relinqueris tu,quæ mater es,ut illius curam geras. Ille autem discipulus uniuersæ Ecclesiæ vices tunc gerebat,& in eo fideles omnes dati sunt Mariæ in filios,dictumque ei est,expedire vniuersæ Ecclesiæ,ne illa discederet cum filio. Et ideò ille nomine proprio non insignitur,sed nomine communi discipuli. Mirus profectò amor Christi in nos, qui non contentus dare nobis patrem suum in patrem,
Ioan.1 nunc,& matrem suam nobis concedit in matrem, dedit nobis potestatem filios Dei fieri,dat nunc,ut filij Mariæ simus, vt simus ei fratres ex eodem patre,& matre,& sic nos duplici induat stola, ut Ioseph cum Beniamino hac de causa fecit.
Ge.45. Gloria certè animæ,& corporis,quapropter non confunditur nos uocare fratres. Sed quid Maria respondere poterit filio? annuit planè,volebat discedere,sed cum audit,filius relinquitur,qui te indiget,qd dicat,nisi quod Martinus,Domine si adhuc populo tuo sum necessarius,non recuso laborem,fiat voluntas tua. Et quod
Ro. 4. Paulus,cupiens anathema esse à Christo pro fratrum salute. Licet verò fideles vniuersi dati sint Mariæ in filios,sed præcipua ratione Ioannes, qui ideò accepit eam in suam. Et licèt quidam putauerint, vt refert Franciscus Suarez to-
Franc. Suarez mo.2. in 3. part. disputat.27.se lect.4.adeò efficacia Christi verba fuisse,ut physicum effectum effecerint, quem significabant,ita vt veras, & physicas relationes matris,& filij, Virgini Ioannique impresserint. Sed id certum non est; est tamen omnino certum cor, affectumque filij Ioanni datum,& cor matris Mariæ erga Ioannem,quod expertus in se Ioan. ait. Ex illa hora accepit eam discipulus in sua, ac sin suam, quasi dicat,licèt prius eam dilexerit, sed ex tunc in matrem habuit, uerbis Christi id efficientibus. Hoc autem priuilegium concessum Ioanni est, quia virgo, & quia cruci adstitit, ut Hieronymus contra Iouinianum ait. Vnde colligendum nobis est, duo hæc gratissima Deo esse crucem, ac virginitatem, de qua re plura diximus in concionibus Sancti Ioannis Euangelistæ in 1.& 3. tomo nostrarum concionum. Colligendum etiam hinc nobis est, Mariam matrem nostram esse, & tanq̃ ad

A ad matrem ad eā nobis accedendum, de qua re plura diximus hoc quarto tomo in concione de effectu, & singulari deuotione ad Mariā. ¶ Secundum nihil uerbis attendendū. Ecce filius tuus, illud est, reliquisse Xpm semen sui in terra, nec ita discessisse, vt successorem non reliquerit.

Isai. 53 quia vt Isaia ait. Si posuerit pro peccato animā suam videbit semen longæuū. De quare in figura per Iob ait. Dicebā in nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. Quo loco septuaginta transferunt, & erit germen Phœnicis. Hebræa habent, sicut Phœnix multiplicabo dies. Quasi Iob ait, putabā ego me pluribus annis uicturū, ut Palma, & Phœnix, meque in lectulo meo moriturum, non in sterquilinio, putabā &, me similē Phœnici futurū relictumq. filiorum semen, in quibus conseruarer. Id aūt postea Iob accidit, sed præcipuè Christo qui in nidulo suo moritur, & semen relinquit in Ioan. Plane Phœnix nidum in vita non cōficit, sed in morte nidū sibi parat. Vnde Amb. lib. de fide resurrectionis ait. At qui hanc relationē crebra scripturarum authoritate cognoscimus, Phœnicem auem Arabiæ quingentorum annorum spatia uitali usui hře præscripta, eamque cum finem sibi uitæ adesse præsaga quadam suæ naturæ æstimatione cognouerit, sibi de thure, & myrrha, & cætheris odoribus adornare nidū. Completoque opere pariter ac tempore intra illum emori, atque ex eius humore oriri uermem, paulatimq. in eius auis naturā concrescere. Hæc Amb. Et Plinius. lib. 10. ca. 2. Meritò Christus Phœnix dī mundi, unicus, ac singularis. Nidū, dum uiueret, non habuit. Vnde dixit. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, alius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Sed moriturus nidum sibi confecit crucem sanctissimam ornatam omni aromate virtutum. Cumque sibi nidum confecerit, etiam matri nidum extruxit, sicut pia ciconia nidum ueteribus parentibus ædificat, ideoque symbolum est pietatis, matri ergo nidum extruit in cruce, in domo Ioannis, & altari, ubi sacra facienti aderat, & Eucharistiam susci-

Job 29.

B

Ambr.

C

Iob 49. piebat. Impleturq. illud Iob: Ad præceptum tuum eleuabitur Aquila, & ponet in arduis nidum suum. Et illud Psalmi: A

Passer inuenit sibi domum, & turtur nidum sibi, ubi reponat pullos suos. Crux Psa. 83 fuit domus Xpo passeri solitario, & eadem fuit nidus, in quo Maria vniuersos posuit prædestinatos, afferens ibi eos patri, est autem Maria nunc turtur gemebunda, quos ergo Christus genuit redemptione. Maria genuit oratione. Vidit Ezechiel in cedro nidificare aues, quia in Eze. 17 cruce omnes nos nidificare oportet. Caue ne hunc locum relinquas, accidet. n. tibi illud Sap. Sicut auis transmigrans de nido suo, sic uir qui derelinquit locū suū. Pro. 27 Qui autem in cruce moratur, dicitq. cum Paulo: Xpo confixus cruci. in nidulo suo est, & dicere potest cum Iacob. In baculo meo transiui Iordanem istum, & ecce regredior cum duabus turmis, baculus. n. Ge. 32. ac nidus crux est, quo quiescimus, ac diuites reddimur. B

Mariæ ēt nidus, Ioannes est, cui eiuscustodiam Xps demandat, eique ait. O turtur, ac columba mea, quæ sola manes vellem equidem sup caput meum te collocare, sed refertū est spinis, vellem in oculis meis te reponere, sed fracti iam sunt, & clauduntur morte, in manibus te cuperē collocare, sed confixę sunt cruci, scapulis meis tibi obumbrare, sed flagellis apertæ sunt, ego discedo, tui curā Ioannes habebit. Sicut ergo olim consulens Dauid parentibus, eos commendauit regi Geth, ita Xps Mariam Ioanni commendat. Hinc discant filij parentū curā ab eis habēdā. C

Sed quæstio animum pulsat, cur eam matrem non dixerit? Certè non confunditur eam habere, ac appellare matrem, qui non confunditur nos vocare fratres, cum mali simus, quo pacto confundetur Mariam vocare matrem? Præcipuè cum ea sic se gerat, vt videns filium ad supplicium duci, & cum iniquis reputari, non se abscondat, nec erubescat eum dicere filium, eiq. astare quia nouit eius gloriosissimam mortem esse. Qui me erubuerit coram hominibus, erubescā ego coram Angelis Dei, & q me confessus fuerit coram hominibus confitebor, & ego eū corā Angelis Dei. Cum ergo ea illum confiteatur Luc. 9. filium,

A filium cur ille non cõfitetur, & dicit matrem? Respondet Mantuanus.

Talib. admonuit, matrẽ sine noĩe matris
Ne materna piũ laniaret viscera nomẽ.

Summum ille cõtul erat beneficium, cum eam in matrem suscepit, dum eam etiam super angelos exaltauit, nunc autem summis cruciatibus torquetur, non ergo ei addidebuit dolor maximus, qui ex matris nomine ei proueniret. Mulieris autem nomẽ quod ei dedit maximũ est, ut ostendimus quinto tomo nostrarum concionum in Dom. II. post Epiphaniam. Erant ergo Maria, & Ioãnes quasi duo Cherubini, qui respicientes ꝓpitiatorium, uersis vultibus se respiciũt: Exod. 25.
B Christum enim aspiciunt, qui propitiatio est pro peccatis nostris, & ipsos. Nos ergo Christum inspiciamus, ei adhæreamus, & cruci illius, ut beneficia maxima percipiamus.

CONCIO IIII.

De quarto verbo quod Christus in Cruce dixit.

THEMA.

Circa horam nonam exclamauit Iesus voce magna dicens. Eli, Eli, lammasabathani, quod est interpretatũ. Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Matth. 27.

C Videri aliquib. poterat, Christũ sine magna pœna crucis subijsse tormentum, quia tantã ostenderat patientiã, ac mansuetudinem, ac si dolore non affligeret, quia corã tondente se obmutuit, & pro crucifigentib. orauerit. Vt ergo ueritatẽ assumptæ carnis astrueret, & pœnarum acerbitatẽ declararet, uoce magna in signum magni doloris morti uicinus exclamãdo ait. Quare me dereliquisti. Qd si uerba ista q̃rela sit, motus fuit appetitus, sicut, & illa oratio transeat à me calix iste, & tũ illa oõne, tũ hac q̃rela grauitatẽ maximã passionis expressit. Verba aũt illa initiũ sunt Psal. 21. qui de passione Christi agit. Verba autem ista Hebraice referuntur nobis, sicut Christus A dixit, ut patet occasio, qua aliqui circunstantes dixerunt: Eliam uocat iste. Quę dixerunt, ait Hieron. uel milites Romani non intelligentes uerbum Eli, quod significat Deus meus. Vel forsan Pharisæi, ut Christo exprobrarent imbecillitatem, q. quasi imbecillis adiutorium peteret ab Elia. Quod summæ obstinationis indicium est, cum præcesserit miraculũ tenebrarum per tres horas. Quapropter merito nos Paul. monet. Adhortamini vosmetipsos per singulos dies, ut nõ obduretur quis ex uobis fallacia peccati. Hiero. Heb.

In his uerbis aliqua nobis considerãda sunt. Primũ, cur hęc verba, & magna voce dixerit. Secundũ, quo pacto fuerit a patre derelictus. Tertiũ, quomodo loquitur pro corpore suo mystico, ꝓ martyrib. ac oĩbus tribulatis, obtinetque eis auxilium in tribulationib. Quartũ, denique quomodo à nobis derelinquitur. B

De primo, magna uoce, & tono mutato hæc uerba dicit, quia tempus aduenerat partus ipsius, & mulier cum parit tristitiam habet. Et ut Isaias ait, Mulier appropinquans partui clamans clamat in doloribus suis. Cum ergo pariturus esset Christus electos æternitati, & tanquã Rachel editurus esset Beniamin filium dexteræ, qui ei futurus erat Benoni, id est, filius doloris mei, clamat in doloribus, ostendens illis maximos, tum quia illi supremi erant, tum quia a patre derelictus. Duo sunt in peccato mala, auersio à Deo, & inordinata ad creaturã conuersio, quibus respondent pœnæ duæ dãni, & sensus, de quib. Dñs ait. Abscondã faciem meam ab eis, ecce pœnam damni, & considerabo nouissima eorum, en pęnam sensus. Vt pro nobis Christus satisfaceret, pęnam sensus maximam sustinuit, damni verò pęna ei non conueniebat, & iõ, quid illi simile sustinuit, dũ derelictus a patre est, ac cũ eo se habuit, quasi inimicus esset, nec ei auxiliatus in bello est ulla consolatione, auertit faciẽ suam ab eo, repulit, & distulit Christum suum. Expediebat autẽ nobis nosse has Christi pœnas maximas, quia in eius satisfactione, spes nostra innititur. Et ideo Ioã. 16. Isa. 26. Gen. 35. G Deut. 32.

voce

A uoce magna ait. Deus meus, ut quid me dereliquisti, quibus uerbis utriusq; penę acerbitatem nobis exposuit, & dolorū, qui eum clamare fecerunt, & derelictionis, quæ maxime sentiri à pijs solet. Vnde Christo dicere possumus illud Sapientis: Væ soli, quia si ceciderit non habet sublevantem se. (Eccl. 4)

Sed iam ad fm accedamus, quo pacto potuit Christus à patre derelinqui, id.n. impossibile apparet, præcipuè cum ipse dixerit: Ecce venit hora, & iam uenit, vt dispergamini unusquisq; in propria, & me solū relinquatis, sed non sum solus, quia pater mecum est. (Ioā. 16) Quo ergo pacto nunc relictus est à patre? Respōdeo fuisse patrem cum Chro in passione sua ad operationem redēptionis nræ, quia melius ei dici pōt, q̄ Ionathæ, q Israel ait. (B) Cum Deo operatus est hodie, fuit ēt cū eo cōdonans omnia delicta, ut una oblatione consummaret Christus omnes sanctificatos, subtraxit tamen consolationem, ac leuamen ab humanitate, ideo, & adiutus, & derelictus ab eo dicitur. (1.Re.14)

Vt autem hæc explicemus, aduertendum est, triplex esse Dei adiutorium, qđ homini conferre solet in tribulatione. Primum, quo eum liberat ab aduersitate. Secundum, quo eum consolatur, ac leuat, ne tribulatione angatur. Tertium, quo animum roborat interius, ne despe ratione frangatur, aut impatiētia delinquat. Cum diuersimode se in hac re hēt diuina prouidentia pro sua uoluntate. Aliqñ.n. inuocantem se iustum eripit à tribulatione, & sic in nullo eum derelin quit. (C) Sic cum Dauide sæpius factum ipse testatur. Ad dñm cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me. (Ps.119) Sic liberatus est de manu Goliæ, Saulis, ab Absalonis. (Da. 13.) Idipsum alijs accidit iustis, ut Susannæ, cuius cor erat confidens in Dño, & Ionæ clamanti de uentre ceti. Et Ezec. Et pp hæc Psalt. ait: Multe tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos dñe. (Ps. 33.) Et rursum. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. (Ps. 90.) Hoc mō Xpo pr non adfuit, sed eum dereliquit, nam licet orauerit. Transeat à me calix iste, tñ in eo exauditus nō fuit, (A) quia deliberata uolūtate id non orauit, oportebat aūt, ut calicē illū biberet. Docemur uero nos, cū in hac re nō exaudimur a Deo, sed derelinqmur, bono aīo esse. Sæpe.n. nobis expedit tribulatio, expediensq; saluti nræ calix est, & iō illum nobis Deus propinat tanq̄ pr, & medicus, non cencedens, q placet, sed qđ utile est. Et iō in tribulatione orandum nobis cū Chro est sub cōditione. Pr si uis, transfer calicem hunc à me. Verūtamē non sicut ego uolo sed sicut tu. Cum ergo sic te derelictum uideris, primum pete à Deo, ut oculos tuos illuminet, ut uideas utilitatem maximam, q̄ in passione illa ē. De utilitate passionis pro Xpi nomine præclare loquitur Ignatius in epist. ad Rom. (Ignat. B) Vtinam fruar bestiis, quę mihi sunt præparatæ, quas, & oro mihi ueloces esse ad interitum, & ad supplicia, & allici ad comedendum me, ne sicut aliorum martyrum nō audeant corpus attingere, quod si uenire noluerint, ego uim faciam, ego me urgebo, ut deuorer. Ignoscite mihi filioli, quid mihi prosit, ego scio. Nūc incipio Christi esse discipulus. Vtilitates verò tribulationum reliquarum, licet in fidei defensionē nō sustineantur, multæ sunt, quas cum qs nouit in tribulatione, nō solū nō tristatur, sed gaudet, sed gloriat. Si ergo tribularis, nec Deus tribulationem aufert, ne deficias, ne fatigeris, memor esto, similiter Christum derelictum fuisse, hac consideratione Paul. nos munit, ne deficiamus, ait.n. (Heb. 12.) Recogitate eum, qui talē sustinuit a peccatorib. aduersus semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini, animis uestris deficientes. (C) Nondum.n. usque ad sanguinē restitistis, aduersus peccatū repugnantes. Et post pauca ait: Fili mi, noli negligere disciplina dñi, neque fatigeris, dum ab eo argueris, quem enim diligit Deus, castigat. Quod Christo accidit, tibi etiam contingit. Petit ille, non mori, sed non solum absoluta uoluntate petijt. Expediebat autem, ut moreretur, nec enim aliter redimeretur mundus, derelictus est Christus in hoc, ut mundus non derelinqueretur. Audi

Isaiam,

A Isaiam, Dixit Sion, dereliquit me Domi
Isa. 49. nus, Dominus oblit⁹ est mei. Respõdet
autem Deus omnino, nõ dereliquisse se
Sion, quia ut illam protegeret, filium de-
Simile reliquit. Sicut cũ gallina in agro cũ pul-
lis est, et subito tempestas oritur, colligit
illa pullos sub alis, eosq. protegit, illa ue-
ro tẽpestati exposita est. Persimilis, huic
Simili? Christ⁹ erat, qui dicebat: Quoties uolui
cõgregare pullos tuos sub alas, & nol-
uisti. Tẽpestati ergo exposit⁹ Christus ẽ,
Ps. 90. vt nos protegat, ut impleretur illud Ps.
Sub pẽnis eius sperabis, scuto circunda
bit ueritas eius, nõ timebis a timore no
cturno. Nec solũ derelicto X̃po nos pro
tecti sumus, sed & ille, sic. n. peruenit in
gloriam suã. Oportuit. n. Christũ pati, et
Luc. 24 sic intrare in gloriam suã. Qd de Chri-
B sto diximus de illius mẽbris ẽt accipe. Si
in tribulatione clamas ad Deum nec eri
peris: scito id fieri propter bonũ tuum,
nec. n. De⁹ deserit clamãtes ad se nisi pp
Isa. 54. eorum bonum. Vnde per Isaiam ait. Ad
punctũ, & in modico dereliqui te, ĩ mi-
serationib. magnis congregabo te, ĩ mo-
mẽto indignationis abscondi faciẽ meã
parumper à te, & misericordia sempiter
na misertus sum tui. Verba ista pater lo
quit, & Christo in tribulatione cõstituto
& tibi. Ex dictis autem collige summã
Dei in nos clementiam, q ut nos prote
geret filiũ dereliquit. Simul ẽt summũ
peccatoris discrimẽ, & infinitum pecca-
ti malum, cum ut ei pater accurrat, filiũ
in cruce derelinquit. Si enim in duobus
C lectis essent in domo tua filius vnic⁹, ac
charissimus, & seruus inutilis ac pessi-
mas, & vterq. morti proximus ad te cla
maret, procul dubio ad filium curreres
derelictos seruo. Sed nũc aliter se res cũ
Deo habet, est illi unicẽ dilectus filius
Christus ẽ cruce clamans, est peccator ĩ
utilis seruus, uterque in necessitate cõsti
tutus clamat, & ut peccatori subueniat,
filium derelinquit, procul dubio extre-
mum malum est, quod peccator patitur,
quando ut ei medeatur, filius in tãta an-
gustia derelinquitur.

Secundum auxilium, quod Deus tri-
bulatis impendere solet, cum eos à tribu
latione non eripit, est consolationem, ac
leuamen illis præbere, quo facilẽ tribula
tionem sustineat sicut pueris in camino
ignis dedit ventum roris flantem, & An
gelum comitẽ, quo in medio ignis Deũ
laudabãt. Hoc fecit cum Ioseph, de quo
Sapiẽs ait: Descenditque cum illo in fo- Sap. 10
ueã, & in uinculis nõ dereliquit eum. Et
cũ Paulo, qui ait: Repletus sũ cõsolatio
ne superabũdo gaudio in omni tribula- 2. Co. 7
tione nostra. Sic cũ Martyrib. actum est
cũ Agnete, quæ quasi ad epulas ibat ad
mortem, & cũ eo martyre, qui iussus su
p prunas incedere, super rosas se ambu
lare putabat. De hoc auxilio loquit Psal.
cũ ait. Abscondit me in tabernaculo suo Ps. 26.
in die malorũ protexit me. Huius aũt oc
cultationis ea uis est, nõ ut mala auferat
sed ut sensum malorũ eripiat, hominem
que dolori subtrahat, non corporis fuga
sed animi abscõsione in delectatione cœ B
lesti. Hoc adiutorij genus, q Deus suis
tribuit, & maximum est, & Deo dignũ,
dum eos abscõdit in sinu suo, & sic eos
contra mala protegit, dũ facit, ut illa nõ
sentiant. Id autẽ efficit primũ uerissimis
rõnibus eos erudiendo, sed maxime cœle
sti imbuendo dulcedine, ut cruciatus nõ
sentiant, imo in eis aliquãdo delectẽtur.
Quod non prouenit ex mentis stupore,
sed ex magnitudine diuinæ dulcedinis,
qua sic replentur ut nullus relinquat do
lori locus. Et ut aquæ gutta in ignẽ mis-
sa non illũ extinguit, sed magis accendit
sic dolor accedẽs ad animũ diuino reple
tũ gaudio, non modo absorbetur, sed ex
dolore uoluptas afficitur. Quod pater q̃ C
mirẽ cõtra oĩa mala Deus iustum arma
uerit, qñ in uoluptatẽ uertitur, quod do-
lorẽ ingenerare solet. Quo nihil accom
modatius ad irridendos malorum cona
tus, furiunt illi, & sæuiunt, tormenta ad
mouent, supplicia addũt, nihil tñ ad uer
sus iustum proficiunt, quia malũ non eũ
tangit, sed potius uoluptas. Cuius rei p̃ Dan. 3
cessit imago in trib. illis pueris quos me
morauimus, ubi ignis ualuit, nõ ut læde
ret, sed ut uincula dissolueret. Sed licet ĩ
lege ueteri aliqd huius fuerit. Euangelij
tñ hoc erat propriũ in quo essusi Christi
sanguinis uis maxime elucet. Hinc ibãt Acto.
gaudẽtes Apostoli a cõspectu cõcilij, qm

digni

A dignihabiti sũt ꝓ nomine Iesu cõtume- suis Christus cum dixit: Venite ad me om A
Iaco. 1. liã pati. Hinc iam monet Iacobus. Om- nes, qui laboratis, & onerati estis, & ego Mat. 11
ne gaudiũ existimate fratres, cum in va- reficiam vos. Quibus uerbis promisit le
Ro. 5. rias tentationes incideritis. Hinc Pau- uamen tribulatis ad eum accedentibus:
lus. Nõ solum autẽ, sed, & gloriamur in hoc uero duplici uia tribui põt, uel sub-
tribulationib. Licet. n. illa prius amara lata tribulatione, uel uirib. & cõsolatio
esset, sed postq̃ illa Christus suscepit, sic ne addita ei, q patitur, & hoc a uxilij ge-
condiuit, ut fel abstulerit, vt præter mali nus melius est. Sicut duplici uia potes
nomen nihil retineat. Accedente. n. Deo oneratum hosem pondere graui leuare, Simile
ad nřam naturã, oĩa illius mala Oceano vel onere ablato, uel excedentib. uirib.
diuinitatis sunt obruta, quia mala culpa concessis, quibus onus nõ sentiat, quem
non suscepit, sed deleuit: mala aũt pęnæ priori modo leuas, meliorem nõ reddis,
gustauit & gustu suo amaritudinẽ sustu solum. n. aufers onus; quẽ posteriori mõ
lit, & uenenum abstulit tãquam vnicor- do leuares, fortiorem redderes uirib. ei
nis, ut nobis facilia, imo dulcia redderet additis. Ita ergo melius se Deus cũ eo ha
pro oĩb. nobis gustauit mortẽ, & mors bet, cui tribulationem nõ tolit, sed uires
B absorpta est in uictoriam, ut mirabili fa- adijcit, quam cum eo, a quo tribulationẽ
cto statim comprobatum est, cum mira mouet, quẽ infirmum reliquit ut prius. B
fortitudine uiri, & fœminæ ad mortem, Hoc autẽ modo Christus derelictus
& tormenta properarẽt, nunquam. n. est a patre, quia non solum calicem non
sic ad cruciatus, & necem properassent, abstulit, sed nec amaritudinẽ illius, om-
nisi melle hæc illita essent, & dulcedine neq; leuamen, & consolationem amouit
perfusa. Qd martyres sæpè affirmarũt ut summa tristitia pateretur. Vnde dixit
dicentes, carnificam cœlestis voluptatis Tristis est anima mea vsque ad mortẽ, Ma. 26
officinã sibi uideri, & per prunas incedẽ Et in Ps. Intrauerũt aquæ usque ad ani Ps. 68.
Theo. tes, amœna se prata calcare Theodor. li. mã meam. In his in qui in tribulatione
3. Eccles. histo. c. 11. refert iuuenem Chri cõsolantur, intrat aqua tribulationis us
stianum Antiochiæ irrisisse idola, quem que ad corpus, non usque ad aĩa m cõso-
grauissimè, ac diutissime cędi Iulianus latione repleram, in Christo autem, usq;
Apostata præcepit. Cumque nullum do ad aĩam. Suspendit ille omnem con sola
loris sensum ostenderet, rogatus à circũ tionem, quæ a superiori parte ei proueni
stantibus est, quo pacto uerbera non sen re potuit. Vnde in eo uerum habet illud
tiret, respondit ex quo cædi cœpi, astitit Iob. Elegit suspẽdiũ anima mea, & mor
mihi iuuenis pulcherrimus me fouens tẽ ossa mea, nequaquã vltra iam uiuam.
C & oẽm dolorem abstergẽs, cumq; flagel Suspendium elegit aĩa Christi, quia paf C
la cessassent, discessit ab eo Angelus, de sionis tempore abiecit a se omne, quod
quo ille maxime doluit, & dixit, uellem eum leuare poterat, nec in quo figere pe
potius milles mori, quam tanto carere dem posset, habuit, & ideò nihil ei resta
socio. O vim maximã Christi sanguinis bat, nisi mortem optare, quia sicut prius
ò dulcedinẽ Dei incredibilem, ò virtutis suspẽderat gloriam in aĩa, ne ad corpus
fructus nõ uberes tantum, sed, & dulces descenderet, ita nunc omnem suspendit
In hac diuina dulcedine, quam suis con solationem. Sicut in Olympo mon
tribularis largit Deus diuersitas est, qui te accidit, ut in eius cacumine nulla fit
busdam. n. minus, quibusdam plus tri- aeris perturbatio, quia superat mediam
buitur quib. dř: Bibite amici, & inebria aeris regionem, in medio uerò illius uẽ-
Can. 8. mini charissimi: Sed ĩ uniuersum tribu ti, ac pluuiæ sunt. Et sicut in Apocalypsi Apo. 1
latis iustis aliquod leuamen conceditur, facies apparet ĩ gloria, pedes uero quasi
cum Deum inuocant, quo facilè tribula in camino, & Apoc. 10. unus Angeli pes
tionem tolerent, ac cum Paulo dicãt. In in terra est, alter in mari. Et Eze. 1. usq;
omnibus tribulationem patimur, sed nõ ad medium corporis gloriæ splendor in
angustiamur. Hoc auxilium promisit de usq; ad pedes ignis, ita in Christo age
batur,

batur, in suburbanis bellum in ciuitate pax in parte superiori domus pax, in inferiori tristitia summa. Et ideo dolores Christi summi fuere, quia purissimi, nulla admixti consolatione, nihil cõsolationis positum fuit in amaro illo cibo.

Sed quibus rationibus, sic derelictus fuerat Christus, scire placet. Primũ, ut diximus, ut eo quo poterat mõ aliquid, quod pœnã damni saperet, gustaret. Secundo, ait Maximus li. 3. Centuriæ nu. 1. ut persolueret Christus illicitas carnis nostræ delectationes, ẽt sanctas, quas ille a portione superiori capere potuit, abiecit, ieiunat ille q̃a nos illicita comedimus. Sic ẽt nobis meruit gratiam, ut terrenas delectationes abijciamus, & vt in nostris tribulationibus, præcipua hora mortis non dere linquamur. Exinaniuit semetipsũ consolatione, ut nos impleret. Vñ. Ex paulo diximus supius. Repletus sũ cõsolatione supabũdo gaudio. Sicut i Exodo præcipit altare fieri concauũ, ac vacuum; ita Christus altare nostrũ est, & vacuum fuit, Christus signaculum est, quo signamur. Vnde Pau. In quo signati estis. Et Hieronymus in caput secundum Aggei Christo tribuit, quod ibi de Zorobabel dicitur. Ponam te quasi signaculum. Et Eccl. 49. Ipse quasi signaculum in dextera manu Israeli. Sigillũ uacua quedã habet, quæ in cera impleatur, & alta manent, ita in quibus Christus exinanitus est impleti sumus. Demum derelinqui uoluit, ut cum nos derelinquimur, leuius feramus, et tendentes Christum etiam derelictum fuisse.

Maxi.

B

Ex. 27

Eph. 1

Hiero.

C

Sed interrogas, an hæc derelictio aliquando iustis cõtingat: ut cum ad Deũ accedunt in tribulatione, non solum nõ auferatur tribulatio, uerum nec ulla cõsolatio detur, qua leuius tribulatio sustineatur. Respondeo, aliquãdo id contingere, sed raro, & perfectis uiris in maximam ipsorum coronam, Ita cum Iob factum est, qui ideo conqueritur. Sto, & nõn respicis clamo, & nõ exaudis, mutatus es mihi in crudelẽ Id ipsũ Dauid accidisse uidetur, cũ dixit, Exurge, quare obdormis dñe, exurge, & ne repellas in finẽ, quare faciẽ tuã auertis obliuisceris.

Iob 30

Psa. 43

tribulationem nostram adhæsit in terra uenter noster. Et Paulo, cum ait. Supra modum grauati sumus supra uirtutem, ita ut tederet nos ẽt uiuere. Et hodierna ẽt die aliquibus iustis hoc bellum a Deo immittit. Sicut. n. olim immisit suis crudelissimos carnifices; qui crudelissima tormenta in eos exercerent, ut illi digni redderẽtur amplissimis coronis, ita nũc cum exteriora martyria non sunt, interiora Deus ac secreta adhibet, quæ aliquando duriora sunt, quia in exteriori martyrio torquet homo, & consolatur Deus, cũq; Deus fortior sit superat uim humanũ imbecillem, sed in his secretis martyrijs tortores dæmones sunt, qui animam mille modis torquent, quæ sensibilior est corpore, & cum homo in tormentis crucis sit, & Deum inuocet, non solum ei non fauet, uerum, & ab eo recedit, & faciem abscõdit. Sicut cum Chananæa fecit, cui primo nõ respondit uerbum, deinde canem uocat indignam pane filiorum. Certe tũc aĩa discruciatur, nec requiem inuenit, sed similis est ei, q suffocatur in profundo mari, nec ubi pedem figere possit inuenit. Sicut. n. cum Deus hominem consolari uult, nullus ualet eum contristare, quia fortior agẽs uincit, ita si Deus uult hominem affligere, nullus ualet ei cõsolationem afferre. Sed anima iusti hoc desertum horrere non debet, cum sponsa sit Christi sed p horridam, & incultam uiã sponsum suũ sequi, qui sic derelictus a patre est. Maximum inijt bellum, qui decreuit perfecte sequi Christum, & quotidie mori debet ut Paul. de se ait, fieriq; cum Dauid. Tãquam uas perditum. Et ista est probatio magnę fidei, cũ sperat homo contra spẽ, & sperat, cũ dignus nõ habet, imo signa aduersa. Ibi. n. uirtus uim ostẽdit suam ubi maiora sunt impedimẽta, & adiutoria minora. Sic Abraham in spe contra spem credidit. Et illa etiam est probatio charitatis, q a qui diligit, uidens, sed diligi minus facit, sic enim, & seipsũ respicit, sed quid diligit etiam cum non uidet se diligi, nec experitur Dei indulgentiã paternam, ille pure diligit, & tunc audire meretur, quod Chananæa O mulier

A
2. Co. 1
B
C
1. Cor. 15.
Psal. 30.
Ro. 4.

A magna est fides mea. Si ergo aliquãdo sis
derelictum te videris, vt nec tribulatio
auferatur, nec leuamen tibi concedatur,
fide nihilominus in Deo, & dic cũ Iob.
Etiã si occiderit me, sperabo in eũ. Et si-
Iob 13 cut Xps, & eius obedienti peruenit vs-
que ad mortem crucis, ita tua fides eo vs-
que peruenire debet, dicque cum Xpo.
Non sicut ego uolo, sed sicut tu. Minus
est, cum pugnat fortiter miles rege in spe
ctante; cũ rex abest fortitudo militis ma
Iob 17 gis apparet. Orabat Iob. Pone me iuxta
te, & cuiusuis manus pugnet cõtra me.
Quid obsecro mirũ, si fortis sit, qui a late
re Deũ hẽt? Singulare certamẽ fortitu-
dinẽ militis ostẽdit. Minimus canis ma
ximum persequitur, cũ herus adest. Cũ
B Deus adest aiæ consolatione, quid mirũ
pugnet, ac superet? Illud certe magnum
est, si Deo absẽte fortiter agat. Si ergo ali
quãdo in hoc tempus incideris. Sentite
Sap. 1 de dño in bonitate, nec dicas illud Isa.
Isa. 49 Dixit Sion dereliquit me dominus, do-
minus oblitus est mei. Audi illius respõ
sum. Nunqd obliuisci põt mulier infan
tem suum, ut nõ misereatur filio uteri sui,
& si illa oblita fuerit, ego nõ obliuiscar
tui, in manibus meis scripsi te.

Verbũ Dei auxilium in tribulatione
est, quod cor iusti confirmat, vt despera
tione vno obruatur, nec peccet. Et hoc
auxiliũ, quod oĩno est hoĩ necessarium,
nunquam Deus negat ad eum accedẽti.
Et in hoc Xps derelictus non est, & pp
hoc ipse dixit. Nõ sum solus, quia pater
C mecũ est. Hoc auxiliũ præstitit Iob, cũ
in medio tãtę procellę. Nihil stultũ loquu
Iob 2. tus est cõtra Deũ, nec peccauit in labiis
suis. Hoc & præstitit Antonio, referente
Atha. Athanasio, cũ uexaretur male a dęmoni
bus, cum. n. postea diceret. Vbi eras Do
mine, cum male tractabar? Respondit
Christus. In corde tuo eram, quo enim
pacto sustinere tu posses, nisi ego tibi ad
fuissem. Hoc auxilium, & duo superio-
ra, quæ diximus, obtinuit nobis Christ⁹
in cruce orans sese, derelictum. Loqui-
tur enim caput pro uniuerso corpore. &
considerans Xps tribulationes om-
nium hominum, nomine totius huma-
ni generis conqueritur, quod deseratur,

& obtinet, aliquibus quidem, quod tri- A
bulatio ois auferatur, alij, vt consolatio-
ne leuentur in tribulatione, omnibus ve
rò cordis stabilitatẽ, ne deficiant, ac pec-
cent. Hęc adiutoria mire describit. Psal. Ps. 124
Qui sperat in domino, sicut mõs Siõ, nõ
commouebitur, in æternũ, mõtes in cir-
cuitus eius, et dominus ĩ circuitu populi
sui, quia nõ relinquet dominus virgam
peccatorum super sortem iustorũ, vt nõ
extendant iusti ad iniquitatem manus
suas. His postremis verbis tertiũ, quod
diximus, adiutorium ostẽditur, superio
ribus autẽ reliqua duo. Quia ergo Chri-
stus derelictus est, tu protegeris, sicut qa
ille ortuus est, tu viuis.

Arnoldus explicans hoc verbũ: Deus Arnol.
meus, Deus meus, vt qd dereliqsti me, B
ait. Inquirat homo a Deo, cum derelin-
quitur in tẽtatione, vel tribulatione, cur
derelinquatur. Natura. n. insitum homi
ni est, cum se tribulari uidet, causam in
quirere uelle; diuinum super hac re re
sponsum. Sed ei respondet Iob dicens.
Semel loquitur Deus, & secũdo idipsũ Iob 35
non repetit. In quæ verba Greg. ait. No Greg.
li ò homo inquirere singulare tibi factũ
responsum super tribulatione tua quia
semel loquitur Deus ĩ scriptura, vnde ti
bi poteris colligere responsum, nec cui-
que respondet. Cum ergo Christus dere
lictus fuit, semel nobis loquitur Deus,
vt inde sciamus, derelinquẽdos uos esse
in tribulationibus, vt ei similes efficia-
mur, ut crucem cum ipso sustineamus.
Et sicut ille non omnino derelictus est, C
ita, nec tu auxilium enim tibi datur, quo
tribulationem sustineas sine peccato, &
tentationes uniuersas superes diaboli, et
licet subsumigent afflata incendia, & flã
mas uorax iam tectorum elabãt fastigia
una gratiæ stilla, subitusq; respectus cle
mentiæ Dei uno flatu oĩa consumet, se-
dabitq; procellã, & uidebis, cũ te putasti
oblitum, & derelictũ, assumptũ, & resti-
tutũ esse. An nõ sic illis cõtingit, de qb.
ps. Et appropinquauerũt usq; ad portas Ps. 106
mortis, & clamauerunt dñm cum tri-
bularentur, & de necessitatibus eorum
eduxit eos? Remedij autẽ nostri cã fuit
Christi derelictio. De qua re in Psal. ait
In me

A In me transierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me. Cõfregit in alio pater uniuersam irã, atq; terrorem, nec ei pepercit, ideoque nobis facile parcit Recte Damasc. ait, priusquam has iras in Christo pater confringeret, mundum diluuio absorbuit. Pētapolim igne absumpsit, & innumera exercebat supplicia, nunc autem non ita, quia in X po iras cõfregit, & ideo licet innumeris oneratus peccatis ad eum accedas, te suscipit animo beneuolo, quasi nihil mali egisses, quid hoc nisi, quod iras in Christo confregit? Cumque tentatus, aut tribulatus ad Deum accedis, tibi cito adest, quia

Dama.

B Christus derelictus est, ne tu derelinquaris, passus ille est, ut tu consuleris.

Alter sensus istorũ verborum: Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti? ex Arnoldo in hæc uerba est, ꝙ his verbis X ps honesta quadã blãda, humilique querimonia suæ passionis a patre mercedẽ petit. i. hoĩum salutem, agitque quasi p iustitiam cũ patre, ꝙ cum ipse in diuina natura sit ei æqualis, & in humana tantam sit passus derelictionẽ, ei fiat iniuria, si non concederetur petita hoĩs salus, cuius causa sic exinanitus est, quia de toto rigore meruit X ps hoĩum salutẽ ita ut fieret iniuria, si non concederetur. Pura certe creatura non sic posset cum Deo cõtẽdere, licet iustissima esset, ut ostendit Iob. c. 9. Nec. n. uiro, qui similis mei est, respondebo neq; q mecũ in iudicio ex æquo posit audiri. Nõ est, q utrũque ualeat arguere, & ponere manũ suã in ambobus. At uero Christus æqualis pr̃i meruit pcti remissionẽ, qd nobis ex gr̃a dant, illi est ex iustitia debitum, quã nunc ostẽdit, cum ait, Deus meus, Deus meus, ut qd dereliquisti me? quasi dicat, si hoĩ non parcis, ut quid ego derelictus sũ? Inauditũ dicẽdi genus nouus hic orator assumit, & petens ignosci illis inimicorũ cãm allegat ipsis negligentib. imo moris suffragat. Et Deo patri qõnem p ponit, an plus posse dẽat iniustitia nr̃a, q̃ merita sua, onditq. esse inconueniens, ut amplioris virtutis sit delictũ q̃ donũ, & pualeat malitia nr̃a bonitati suę, et cũ ipse ad hoc nitat, ut peccatores, soluetur,

Arnol.

C

peccatores vero nitant, vt dãnentur plus dẽt apud patrẽ posse filij charitas, q pec catorum cæcitas, qa ad hoc pa te ...na fi lius. In quo non derogat iustitiæ, cui plenissime satisfecit. Alioqn queri X ps, et conquerit, sibi auferri stipendiũ sui agonis, si hõ derelinquat a patre. Non ergo conquerit Christus quasi læsus, & offensus sit, cũ uoluntate sua ponat ille aĩam suã sed hac interrogatione ostẽdit infinitũ suę obedientiæ meritũ. Qui exauditus est pro sua reuerẽtia, & consũmatus factus e oĩb. obtẽperantib. sibi causs salutis æternæ, Et alloquutus prius patrẽ tanq̃ hõ minor patre fm humanitatem agnoice illis, nũc alloquitur patrẽ tanq̃ ei æqualis, & similẽ habens potestatẽ, & iõ ait. Deus meus. Nã diuinæ naturę cõio inter patrẽ, & filium non admittit scissuram, & licet sit ibi discretio personalis, vna tñ est diuinitas, & essentia. Suum ergo dicit, ut ostendat, ꝙ q suus est, illi contradicere non potest. Suum dicit, ut nobis ostendat, non esse formidãdum iudicem, quẽ sicut suum flectere possit. Obediẽtiæ ergo suę præmiũ postulat, & querimoniæ forma significat rigorẽ iustitię, quo id perit, vt mũdo innotesceret huius holocausti virtus, quo fiduciam summã mundus conciperet de sui remedio, nosferq; iam opus non esse oblationibus antiquis, quę cessauere, ut umbra, quia una oblatione consummauit in æternũ sanctificatos. Vna ergo sufficiẽs oblatio nobis relicta est X pi, altera, quam quisq; facere debet sui ipsius, offerẽs se Deo hostiam uiuã, Deo placentem, mortificãsq; in se, quod taurinum, & hircinum est, ut sic spũs maneat priorum sacrificiorum. Tertius sensus horum uerborũ, Deus meus, &c. est Bedæ in hom. ꝙ conqueritur Christus, non pp tormenta, quę patitur, sed quia pater nõ ei cõcedit longiorẽ uitã, ut plura pati posset, & hoc significat, cum ait, ut qui dereliquisti me, idest iam uis, me mori, et ideo plura sustinere nõ possum, cur id uoluisti. O immẽsam Christi charitatem. Sicut ergo Iacob uidebãtur dies pauci præ amoris magnitudine, quos laborauit pro Rachel, ita uniuersi labores, quos Christus sustinuerit,

A

Heb. 5

B

C

Beda.

A pauci ei videbantur,& uere pauci erãt,si
Ro. 9. cũ immensa illius charitate cõferrentur
Chrys. Si enim Paulus optauit anathema a esse a
Xpo pro fratrib. quod explicat Chrysostomus de pœnis sensibilibus inferni aliquo tpe sustinendis, quid optaret immẽsa Xpi charitas, cuius scintilla charitas Pauli fuit? Cõprehendebat infinita opera, ac tot mẽta aĩa Christi, & uniuersa illa optauit pro patris gloria, ac hoĩum salute. Cũ ergo iã cerneret mortẽ proximã conqueritur, ꝙ tempus plus patiendi non ei concedatur. Audi simile, quid petentẽ
Iob.6. Iob. Quis det, ut veniat petitio mea, & ꝙ exopto tribuat mihi Dominus, ut qui cępit, ipse me conterat, soluat manum suã,
B & succidat me, & hæc sit mihi consolatio, quod affligens me dolore, nõ parcat. Pr Franciscus Xabier ostẽsis sibi a Deo laborib. ac persequutionib. quos in Indorũ conuersione sustineri oportebat, orabat, vt plures adijcerentur. Q'id mirũ, si
Can.8. Christi charitas plures optabat labores? Quia aquæ multę nõ potuerũt extinguere charitatẽ, nec flumina obruẽt illã. O si nobis daretur, in cor Xpi ingredi, & eius agnoscere charitatem, quæ supereminet oĩ sciẽtiæ, impleremur certe in oẽm plenitudinẽ Dei, & eo arderemus igne Diẽ crucis diem dixit desponsationis suæ, & iõ paruus ei vr, & conqueritur, ꝙ amplius non duret, qa licet magnã ostẽderit cha
C ritatẽ, sed plus restabat, ꝙ ostenderit. Hinc ãt nobis colligendũ est, desiderare multa pati Xpi causa, & oĩa parua uideri, ꝙ patimur. Demum quærelæ Christi sunt in hoĩes, ꝙ eum facile derelinquimus, ꝙ tãto beneficio ingrati inuenimur. Debitor es o homo Christo Dño pro beneficio redemptionis ac si te solũ redimeret, & ideo gratias agit Paul. Christo, quasi pro eo solo traditus in mortem esset. Vnde ait. Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me, Sicut n. (ait Origenes in Periachon) ita quisq; fruitur Sole, ac si ip-
Gal.2. Orige. se solus illuminaretur, ac calefieret, ita vti potes Xpi passione, ac si solus tu redemptus esses August. lib. de Doctrina Christiana ait, cum Christus agnouerit
Aug. oẽm hoĩem, & cuiusq; delicta pro vnoquoq. se obtulit patri, & iõ quisq. ei debitor est, ac si ille solus redimeret. Theo
A Theo. philactus ait, sicut in creationis beneficio ita obstrictus Deo es, ac si solus creatus esses, sic in redemptionis beneficio, quia pro te dedit, quod pro oĩb. Bernar-
Berna. ctus ait, si mille redimeret Christus mũdos, non plus daret, ꝙ dedit, & si te solũ redimeret, non minus dedisset, & ideo quisq; gratus redemptioni esse debet, ac si illius solum esset, quia non congeriem hoium emit Christus, vt gregem, quis emit, sed pro vnoquoq. sigillatim se obtulit patri. Et ideo sicut anima est tota in toto, & tota in qualibet parte, sic redemptio tota est in omnibus, & in singulis.
B Quod si ita uit bilis esset redemptio, ut quia aliter partem tolit, tibi minus relinquatur, posses gratitudinẽ simili rõne diuidere, at uero cum sicuti posses redemptione, ac si solus redimereris, totam suã reputare debes, & sic te exhibere gratũ, ac si solum redẽptus esses. Sic hæc ita se habent, o homo, cur Christum derelinquis? Audi Hieremiam. Videte uerbum
Hie.2. Domini, quid inuenerũt in me patre vestri iniquitatis, ut derelinquerent me, & abirent post vanitatẽ, et uani facti sunt? Trãsite ad insulas Cethim, & in Cedar mittite, & cõsiderate uehementer, si mutauit gens deos suos, & tñ ipsi non sunt dii, populus uero meus mutaui gloriã suam in idolũ. An nõ stultus homo ille cẽsendus est, qui Deum derelinquit? De reliquit Deum factorem suũ, & recessit
C a Deo salutari suo. Noli ergo derelinque re infinitum bonũ, sed potius cum sponsa dic: Tenui eum, nec dimittam, &c.
Can.3.

CONCIO V.

De quinto verbo.

THEMA.

Sciens Iesus, quia iam omnia consummata sunt, ut consumaretur scriptura dixit. Sitio. Ioan. 19.



Hristi Dñi sitis naturalis in cruce maxima fuit, & unũ ex grauissimis tormentis, quæ p
Cyril. tulit, ut ait Cyrillus in Ioanẽ. Sitis autem maximæ causa fuit, ꝙ ab hora

A ra cęnę nihil biberat, & summis laboribus, ac dolorib. afflictus fuerat, qui sitis cā sunt. Et cum sanguineo sudore plurimū sanguinis emisisset, & nunc in cruci penè oēm, exhaustus fuit, & humidū radicale consumptū: ideoq; siti maxima vexabatur, qd vt explicaret tormētū dixit: Sitio. Vt impleret scriptura, quæ in Ps. 68. ait. Dederunt in escā meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Ad quorū verborum intelligentiam notandū est, bis Christum ī passione sua potatū fuisse, primo ante crucifixionē, secūdo in ipsa cruce. Antequā crucifigeretur, propinatum est ei uinum mirrhatum felle mixtum, vt dicunt Matthæus, & Marcus. Quia, ut quidā asserunt, hoc uini genus propinari solebat torquendis, vt obstupescerēt, & minus dolores sentirēt. B Dñs aūt Iesus, cum gustasset hāc potionē n. noluit bibere, ne doloris ac passionis sēsus minueret, quē voluit maximū esse. Alij dicūt, vinū illud myrrhatū optimū fuisse uinū, quod ad cōfirmādos eos, q morte plectebantur, dabatur. De qua re multa dicit, ac erudita Cæsar Baronius nūc Cardinalis ampliss. in Annalib. anno 34. Et Liranus in Matth. refert, ex traditione Iudæorū statutū esse à senioribus eorū, ut damnatis ad mortē vinum aromaticum daretur, pp illud Prouerbior. vlt. Date sicerā mærētibus, & uinum his qui amaro sunt animo, quod si uinū ptętiosum Christo oblatum fuit, illud bibere noluit, respuit. n. tunc oēm consolationem. Sed certius est propinatū ei fuisse C vinum amarum, et felle mixtum, de quo Psal. ait. Dederunt in escam meā fel. Licet autē potus esset, escā dicit, quia simul esca, & potus erat, lac. n. esca & potus dr & comeditur, & bibit', huiusmodi erat mixtura illa ex uino, & myrrha, ac felle. Plura de hac re, & pręclare tradita, sicut & cętera oīa, uide in Frācisco Suarez in tom. 2. in tertiam partem q. 36. sect. 3.

Cæsar. Baron. Cardi. Lyran.

Pro. 13. Franc. Suarez

Secūda potio Christo propinata fuit in cruce, cum dixit sitio, & tunc acetum in spongia ei oblatum est: spongia uero circuligata fuit ac circumuoluta herba hyssopo, ne acetum facile dilaberetur, et ita imposita calamo admota ē ori Christi. Et sic intelligenda sunt, q̄ de hyssopo calamoq; ab Euāgelistis tradunt'. Mirū uero est hæc multis retro sæculis ab Eritrea Sibilla tradita fuisse q̄ pcessit Xp̄m per mille ac quingētos annos. In primo ergo oraculorū libro ait. Et fellis amari apponēt escā potūque immittis aceti. Et in li. 8. Felle fames eius sitis illudet aceto: hāc opponet ei gens, s. hospita mēsā. Inter tormēta ergo Christi unū fuit, maxima sitis, quę cū excedens est, hoīem discrúciat pp caloris, à quo procedit acuitatē. Vnde ait in Ps. Aruit tanquā testa virt⁹ mea, & lingua mea adhæsit faucib. meis. Vnde sicut illi⁹ maxima fuere tormēta, ita, & sitis. Vnde Christus in passione sua significatus est per ceruū, q inter aīantia oīa siti maxima fatigat'. Q.' Christus ceruo similis dicatur, pater ex illo Cant. Similis est dilectus meus caprea, hinnulloq; ceruorū. Et in Genesi. Neptali ceruus emissus, dās eloquia pulchritudinis. Dr ceruus pp acutissimū uisum, & uelocitatē in operibus, dat autē eloquia pulchritudinis, cum legem Euāgelicā docuit, & cum in cruce pulcherrima uerba dixit: et cū dixit: Sitio, eloquia pulchra dixit, pp miseria, quę mox uidebimus. Licet aūt in oī vita ceruus fuerit pręcipuè tñ in passione sua: & iō in Ps. 21. qui totus de Christi passione loquit', titulus proponitur. Victori p cerua matutina, vt Hiero. & Hebræi tradūt, ī eo autē Psal. de Christi siti agitur, & de potatione fellis, ac aceti. Fuit in passione sua similis ceruo, q a venatorib. & canibus exagitatus fuit. Vnde in eo Psal. ait. Circūdederunt me canes multi, &c. ex multis vero prouenit quod ceruus maxima siti vrgeatur, tum ex eius celeri cursu, ac interno calore, tū præcipue, vt tradit Aug. in Psal. 41. quia cum serpētibus pugnat, & morsibus impetit, & sic venenum bibit, quo interius vrgetur, vt fontes aquarum quærat. Vnde in eo Ps. dicitur: Sicut desiderat ceruus ad fōtes aquarū, quibus uerbis summā illius sitim Psalt. explicat. Ita ergo Christus Dñs pugnam nunc iniit cū antiquo serpente, & oē uenenū peccatorū ad se traxit extrinseca imputatione: & ideo siti uexat' maxima

A Ps. 21. B Can. 2. Ge. 49. C Augu. Ps. 41.

A xima ob tanti filii laborẽ. Accidit que illi, quod Sampsoni, qui interfectis mille Philisthęis, ait. Tu dedisti ĩ manu serui tui salutẽ hãc maximã atq. uictoriam, & en siti morior. Maximam uictoriã peperit Christus salutem attulit uniuerso mundo, sed en siti morit, & iõ clamat Sitio.
Iud. 15

Sed illud nunc mirandũ est, quod in tãta siti non fuerit, qui Xpo aquam dederit Mater quidẽ dare nõ potuit, quod illi nõ leue tormẽtũ fuit. Inimici dare noluerũt. Sed q d est in cã, quod ęternus pr naturali filio aquã non dederit, qui adulterinis, ac alienis filiis sępe dedit. Sitit Israel populus duræ ceruicis, ac rebellis, & etiã murmurãti aquas largissima, ex petra pfers simul, & dulcissimas. Aquas Marath dulces eis reddis. Sitit Ismael, & Angelũ mittis, qui ostẽdat mři puteũ aquæ uiuẽtis. Sãpsoni fontẽ maxillæ concedis, Eliæ torrẽtẽ Carith cõcedis, ubi aqua potatus à coruis pascit. Cũ iussu Manasses regis diuideret serra Isaias, & siti pmeret, fontẽ Siloe dedit ei Deus miraculo, ut refert Epiphani⁹, libro de uita, & obitu prophetarũ. Cũ sitiret Dauid rex, tres duces per media castra Philistim irrũpẽtes, aquã ei detulerunt ex cisterna Bethleẽ, nũ nõ erit nunc, qui p medios Pharisæos transiens, aquam Christo deferat? Audite Isaiã Sitienti afferte aquã, q habitatis in terra Austri. Cũ domus aliquo incẽdio perit, clamare solẽt hoies aquã, aquã, qa domus igne absumit, non ergo nũc clamabimus, aquã, aquã afferte, qa Dei tẽplũ Chrs igne cõsumit? Nõ sic eñ Xpo agit, sed sicut Ioseph ponit à fratribus in cisterna ueteri, ubi nõ erat aqua ad bibẽdũ: ita Xps in cruce ponit, nec ei aquę gutta tribuit, sed acetũ. Mirũ plane, quod ut à patre Chrs in passione derelictus. Potus ergo Chri in passione sua ẽ fel, & acetũ, nec sine grandi mysterio id factũ credamus, nec sine pfectu nřo, ac bono id effectũ est. Sicut.n. in pisce Thobiæ oĩa pfici, na erant, & ipsius quoq; fel medicina fuit, quo cæcitas patris curata fuit, ita uniue. sa, q ad Chrm ptinẽt, nobis sunt pficua, ẽt fel, & acetũ passionis, quia his illuminatur Ecclesia. Seruauit olim Synagoga, quasi reliquiam Mãhu
Nu. 20
B
Exo. 15
Ge. 21.
Iud. 15
Epiph.
2. Reg.
Isa. 21. 23.
C
Ge. 37.
Tob. 6

dulce in arca testi, Ecclesiã uero seruat fel, & acetũ Chri.q.n. Chro fel, Ecclesiæ mel est. Priscis prio. pmisit terrã manãtem lac, & mel, nobis ãt relinquit fel, & acetũ in hereditatem. Vnde cũ gustasset noluit bibere, noluit cõsũmare potionẽ, vt nobis calix eius relinqueretur potandus. Qũ nobis relicta est crux portãda: dilectio inimici, mortificatio, abnegatio sel relictũ nobis est, quo ipse potatus est, ut illo ẽt tu poteris. Sed ista in mel facile cõuertes, si attẽdas, esse hæc Christi calicẽ, eiusque iugũ, & ęterna mercede donãdũ. Primũ, quod Xps Dñs Catharinę Senẽ si apparens, docuit, illud fuit, filia amara dulcia repura, & dulcia amara. Multa quidẽ in hac vita dulcia sunt, ut perãpla domus, stratũ molle, suppellectilia ptiosa, diuitiæ multæ, opipara mẽsa, uestitus ptiosior, sed hęc spiritui non conueniunt dulcia quidẽ corpori, sed spiritui amara & noxia. Alia sũt dura, ac aspera, ut ĩfirmitas, paupertas, persequutio, uitę rõ dura, mortificatio, uerberatio, cilicium, & hęc fel sũt corpori, sed mel aĩæ, hæc nobis dulcia cẽsẽda sũt, hęc appetenda magis. Hoc nos Chrs docet calice suo, cum felle, & aceto potari voluit, ñ dulci aqua
A
B

Sed quoniã non corpore solum sitiebat Christus, sed & animo amplius, alia nobis inquirẽda sunt, quod hoc uerbo sitio, ille explicare voluit. Qũo sitis ò Dñe, qui diceris. Fõs hortorum, puteus aquarum uiuentiũ? An non in die magno festiuitatis clamasti. Si quis sitit, ueniat ad me & bibat, & flumina de uentre eius fluẽt aquæ uiuæ? Qũo sitit ille, apud quem est fons vitę, qui dicit, hře se aquam uiuam, saliẽtem in uitã æternam? Certẽ alia est sitis nostra, & alia Christi, nos sitim⁹ bona recipere, Christ⁹ sitit, ac desiderat bona dare. Refert Plutarchus dictum Titi Imperatoris. Amici hunc diem perdidimus, quia nullum in eo beneficium contuli. Si homo uermis sic optabat beneficia conferre, vt perditum eum diceret diẽ, in quo non cõtulerat, q d obsecro infinita bonitas Xpi nõ dicat, sitio dare, & beneficia cõferre? Hãc Christi sitim explicat mire Aug. ĩ illud Psal. Quousq. irruitis ĩ hoiem iterficitis uniuersi uos, tãquam
Cant. 4
Ioan. 7
Ps. 35.
Ion. 4.
C
Plut.
Aug.
Ps. 51.

Aquā parieti inclinato, & maceriæ depulsæ, veruntamen pretiū meū cogitauerūt repellere cucurri in siti. Ait ergo Aug. Loquitur Psaltes in persona Christi, & ait, Rettribuebant mala pro bonis. Illi interficiebant, illi repellabāt, & ego illos siebam, i. li honorē meū cogitauerūt repellere, ego eos in corpus meum sitiebā traijcere, bibēdo, n. quid facimus, nisi humorem foris pot tū in mēbra nostra mittimus, in corpus ducimus nostru. Hoc vsq; in finē sitit Christus, currit, & sitit, multos. n. bibit, sed nunquā erit sine siti, inde est. n. Sitio, & mulier da mihi bibere. Samaritana illa ad puteum sitientem Dñm sensit, & à sitiēte satiata est, sensit illa prior sitientem, ut biberet ille credētem. Et in cruce dicit: Sitio, quamuis illi non hoc dederint, qđ sitiebat, ipsos. n. ille sitiebat, illi acetū dederūt, non vinum nouum, quo implētur vtres noui, sed vinum vetus, & male vetus. Hęc Aug. Plane illis verbis. Psaltes explicuit Iudæorū improbitatem in Christum. Christi ñē in eos bonitatem, ac misericordiam, ait enim. Quo vsq; irruitis in hominem, i. maligne vos geritis in hoīem infirmum, simplicem, & innocuū. Addit interficitis vniuersi vos tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ, i. vultis me interficere, ac si paries esset disiunctus, & maceria cōuulsa, idest, ac si oīa essent ad omnē iniuriā aperta, & exposita, ac si oīa licerēt, nec limes aliquis, aut murus esset. Græcismus ille est, quia in hac significatione similes particulæ cum datiuo construuntur apud Grecos. Addit. Pretium meū cogitauerunt repellere, idest, q̄ mihi erāt prætiosa, ac chara abstulerūt, ut me expellerent, ac deturbarent de vita, ac dignitate. Ego vero cucurri in siti. Posset hoc exponi de Dauide, q vt aduersarios declinaret, & ab eis fugeret, cucurrit fugiens in siti, siti vexatus. Sed melius de Christo accipiūtur hæc verba. Qui exultauit vt gigas ad currendā viam, & cum Iudæi illum crucifigerēt, ipse cucurrit in siti, viam. n. salutis nostræ currēs peragebat, summo salutis nrę desiderio, & iō sitiens currere dr, & ideo in cruce ait sitio hoīum. i. salutē. Recte Ber. ait. Sitit Christus, quia cum in cœlum discederet, oēs electos secum deferre vellet, & hoīes cūctos probos esse vellet, cumq; paucos videat, clamat: Sitio. Arnold explicās hoc verbum. Sitio, ait. Oīno sitis illi explicat, raros tūc extitisse, qui crederēt, cū & ipsi nutarent Apostoli. Te sitit Christus ò Petre, qui negasti reuertere, & dic libere. Obedire oportet Deo magis quā hoībus. Exurge, & bibe de fonte misericordiæ, Et tu aliquādo conuersus confirma fratres tuos. Vos sitit ò Apostoli, q fugistis, & deli tescis, & nutatis. Te ēt sitit Christus, ò Iuda, licet sis parricida. Vos sitit ò Iudęi Christus, q dixistis. Sanguis eius, sup nos, & super filios nr̄os. Bonū est, quod dixistis, si mō recte intēderitis, sit super uos sanguis eius, & cōsepelimini ei per baptismum in mortem. Oēs ēt peccatores sitit Christus, sitit conuersionem tuam ò peccator, sitit te ò auare, ut sis largus, te īhoneste, ut sis castus, te irate, vt reconcilieris, & oēm deniq; peccatorē, vt a dæmonis potesta te libereris. Similis hæc sitis est siti Dauidis, cū dixit: O qs mihi daret de aqua cisternę, q̄ est in Bethlehē. Nō. n. aquam sitiebat, quæ ei non deerat, & cum ex Bethlehem allata est, non bibit, sitiebat ergo, ac optabat liberam esse Bethlehem ab hostib. uallātibus eam, & id significauit dicens, quis biberet ex aqua illius cisternæ, quis eam liberam ab hostibus redderet. Simili siti vrgetur Christus dicens: Sitio, quasi diceat, ò quis videret nūc oēs pctōres à peccato liberos à dæmone ereptos. Præclare se in hac siti ōndit Xp̄s filium Dauid.

Hāc sitim salutis aīmarū hoc verbo sitio explicat, ut ait. Amb. ic. 30. quæ illū torquebat ab initio incarnationis, q̄ ostēdit Samaritanæ dicens. Da mihi bibere, vt ibi Aug. ait, sitiebat aīam eius. Et nūc Iudæorum licet eam occidentium, salute sitit. Aiebat Iob. etiamsi occiderit me, sperabo in eum. Et Xp̄s ait, etiam si me occidant Iudæi, eorum salutem desidero Vere eloquium pulchritudinis Christus dixit, cum ait: Sitio, quia hoc uno uerbo rn̄dit ad omnia, de quibus eū interrogare possumus. Si enim, quæras, qua rōne factus es homo, qua rōne positus in præsepio,

A pio, circuncisus, oblatus in templo prædicator factus, flagellatus, crucifixus, dicet, quia sitio. Ceruus est amoris sagitta trāsfixus, & ideo sitit, & hac siti fatigat⁹, morit. Sed quē potū ei pbemus sitienti? Iud. 4. Ait Sisara Iaeli. Da mihi paululū aquæ, quia sitio ualde. Illa uero mortiferū lac ei propinauit. Ita nos cum Christo gerimus, proponamus ei acetū, ac fel. Sicut ī Thre. ait. Circūdederunt me felle, & labore, repleuit me amaritudinib. inebria Thr. 3. uit me absynthio. Et in Deut. Vua eorū, vua fellis, & botrus amarissimus, fel dra De. 32. conū uinum eorū & uenenum aspidum insanabile. Hilarius in Matth. ait. Ace- Hilar. tum uinum est corruptum, hoc aūt propinat Christo, qui corruptus, & abomi- B nabilis factus est in operib. suis. Expendit Rupertus, q̄ cito ad manū inuenerūt Rupe. Iudæi fel, acetum, spongiā, ac calamum, quia cito peccatores adinueniunt media ad peccata patranda. Bonauēt. in stimu- Bona. lo amoris c. 17. ait. Mūdus hic uanus est quasi spongia, delectatio illius fel, & acetum est, licet in aureo calice Babylonis nobis proponatur. Vide quia malum & Hier. amarum est, reliquisse te dñm Deū tuū. Venenum bibis ò homo, cum peccatum admittis, licet tunc tibi dulce sapiat. Noli ergo creata sitire, sed creatorem. Christus sitit animas nostras, easque diligit, nos uinatia uuarū, ut Propheta ait. Esu- Ose. 3. ris ò homo, & sitis, quia ut Psaltes ait: Ps. 106. Esurientes, & sitientes anima eorum in ipsis defecit, sed sitis uana non Deum. Hier. 2 Quid tibi uis in uia Aegypti, ut bibas a- C quam turbidam? Non satiaberis hac aqua licet dicas, uolo nūc satiari delitiis, postea uitam mutabo in melius, stulte, quo pacto satiari potes? Irritamenta sumis, quib. amplius sitias, ac esurias. Vnū est, φ satiare hominē potest, Deus. s. Sitiuit ille te, siti tu illum, dilexit te, dilige illum, dicq; cum Psal. Sitiuit anima mea Ps. 41. ad Deum fontem uiuum, quando ueniā & apparebo ante faciem Dei. Nūc suos potat aqua uiua, postea uero torrēte uoluptatis tuæ potabis eos, ut Psaltes ait. Ps. 35. In hac ēt salutis nostræ siti, q̄ Christ⁹ ostēdit, nos admonet, ut sitiamus ipsi salutē nostrā, qñ ipsi alienā tantopere sitiuit. Nři qdē interest, nō illius salus nřa A si ergo ille eā curat, cur nos negligam⁹? Rectè cęlestis magister ait, beati, qui esu- Mat. riūt, & sitiūt iustitiam. Accidit humano generi, φ ciuib. Bethuliæ, quos ut siti pe Iud. 7. rimeret Holofernes occupauit fontes eorū, ex qb. aquā hauriebant. Ita plane dæmō cū hoīb. se habuit, fontes abstulit, ex quib. diuinā misericordiā colligebat in statu innocentię, & hō sitiēs relictus est. Sed peccator tp̄alem sitit, ac q̄rit cōsolationē, iustus aūt, spūalē. Sitis peccatorē pessima, qua innumera tp̄alia, sibi congregare appetit, & peccata etiā plura, ac plura sitit, sed licet plurimā, aquā bibat hmōi, nō satiabit, qa qui biberit ex hac Ioan. aqua sitiet iterum. Rupertus in Ioānem B ait. Iō Chřs sitiens moritur, ut ostendat, nihil esse ī mūdo, qd̄ sitim expleat, finiet tibi uita, sed nō sitis, quia licet plurimū honorē superbus bibat, amplius appetit, licet plurimas diuitias auar⁹, delicias carnalis plus desiderat. Et in ipso inferno sitit diues Epulo. Iusta profectò q̄rela illa Dei ē. Me dereliquerūt fontē aquę Hie. 2. uiuæ, & foderūt sibi cisternas dissipatas q̄ cōtinere non ualēt aquas. Qd̄ ergo sitire debes, quod appetere, Deus est, & illius gratiam, ac abundantiorē gratiam.

Tertius sensus huius uerbi: Sitio, ait. Vbertinus, est, φ cū cerneret Christ⁹ im- Vbert. mēsam gloria in superiore portione aīæ detētā, corpus uero derelictū oīno absq; ulla cōsolatione, ac solatio, sed in maxima siccitate clamat: Sitio. Fluēta glorię ab aīa in corpus aliqñ defluxerāt in trāsfiguratione, & cū tāta gloriā corpus gu- C stasset, & maxima fuisset perfusū dulcedine cupiebat ea gloria frui, vulgo dr̄: Quedo engolosinado auiēdo prouado tal dulcura. Simul ēt tenerius relictū fuerat corpus, ac passibilius ut plus dolores sētiret, iō clamat: Sitio. Quis ò dñe sitit cū ppe os fontē habeat? Quis esurit, cū ad lautā sedeat mēsam? Plane tu solus. Nec mirū, φ ego tristis sim, mirādū uero maxime, φ tu tristis sis vsq; ad mortē, cū in te sit ois cęli gloria. Verè Dñe tu piscis il- Tho. 6. le Tobiæ es, q primū perrefecit Tobiā, sed ait ad illū Angelus trahe illū ī siccū, ubi occis⁹ fuit ille malorū remediū, quis mundum

A mūdū perdiderat, nisi X ps? ille autem, mari pectoris paterni erat, vbi infinitæ cōsolationes, nūc in siccū ductus est, dū nec cōsolationis gutta ei relinquitur, & iō dolebat amplius, quia, vt Seneca ait, summū infortunij genus est, fuisse fęlicem. Et in Christo impletur illud Ieremię. Desertū faciā mare eius, & siccabo venam eius. An non mare gloria X pi est? Sed mare hoc exsiccatū est, cum nec aquæ gutta corpori relicta est, nūc.n.nō exultat in Spū S. nulla consolatio ei concedit, & pretiosa est vena, per q̄ consolatio venire poterat. Sed ut qd siccitas tanta? Plane sicut olim siccatū est mare Rubrū, & Iordanis, vt trāsitus esset Israeli in terrā promissam, ita per hanc X pi siccitatē nos transimus in regnū ęternum.

Seneca ler. 51.

B

Quartus sensus huius verbi. Sitio. ex Cypriano lib. de passione dñi, & Augu. Chrysostomo, ac Remigio est, ꝙ sitiebat X ps plura pati. Ignis maximus charitatis ardebat in X pi corde, & hic fecit, vt vestiméta abijceret, & sitiret. vidit Isaias Deū opertū alis Seraphinorū, sed nūc nudus est in cruce, & ignis amoris eum nudauit, sicut uini calor nudū Noe reliquit. Hic ergo ignis eū sitire fecit, & licet dicat. Intrauerūt aquæ vsq; ad animā meam, adhuc sitit, quia aquæ multæ nō potuerunt extinguere charitatē, nec flumina obruent illā. Sed ut dr in Deu. Inundationes maris, quasi lac suget, & thesauros absconditos arenarum. Quia ergo licet multa passus esset, tot ei parū, uidebatur præ amore magnitudine, clamat. Sitio. quia cum illius charitas sine termino esset, optauit labores immēsos, & absq; ullo limite. Qua ī re illud expendendū est, non solū satisfecisse Christū pro uniuersis peccatis in genere, sed ꝑ singulis ēt, & iō n ꝑ sup bia hoīum satisfaceret, deiectus est, ut pro delitijs, uulneratus est, & sic in reliquis. Sed in hoīum peccatis est quędā circunstantia, & illa qdē grauissima, ꝙ nō solū homo peccat, uerum, & cupit amplius peccare ꝙ quia opere explere neqt, nō facit, ꝙ si posset, uideremus horribilia, ac intolerāda peccata. Non satis uī superbo, ꝙ ampliorē honorē cōsequutus sit, q̄ mereatur, sed uellet, oēm mūdi honorē, sibi surripere, ac oēs gloria expoliare. Non satis est inhonesto opus, & opa tui pia, sed oī delectatiōe turpi frui uellet, cū oī muliere fornicari, ꝙ si posset, nihil intactū relinqueret. Sic aiūt impij. Non sit pratū quod nō pertrāseat luxuria nostra. Idipsum de auaro, qui nunquā satiatur pecunia, ac de alijs peccatorib. dicēdū est. Et adeo graue hoc est, ut pp hanc cupiditatē semper peccādi amplius, ac amplius, & in ęternū peccandi, dicat Gre. iustam esse æternā inferni pœnam peccatori inflictā, ut q absq; ullo termino, & in ęternum peccare uoluit, in æternum puniatur. Licet ēt certum oīno sit, pp qdlibet mortale peccatum mereri hoīem ęternā pęnam. Hanc ergo sitim hoīum in peccata, hoc desiderium plus, ac plus peccādi, uoluit Christus persoluere siti sua, ac desiderio amplius, ac amplius patiēdi. Desiderio peccata flagras, & iō citius ad peccata properas, ut pro te X ps satisfaciat, ait Iudæ. Quod facis fac citius, quia tu ueloces pedes habes ad effudendum sanguinem X ps cucurrit in siti. Sitit ergo Christus plura pati, sicut fornax uitri, aut calcis, quæ aqua īmissa exardescit magis, & maiores flammas emittit. O diuina charitas, q̄ amplius ardes igne tribulationum. Hunc ignē uoluit in nobis accēdi, quē è cœlo detulit. Ignē ueni mittere in terram, & qd uolo, nisi ut accendatur? Hoc igne cælesti oīa sacrificia nostra offere Deo debemus, nō igne alieno. De hoc igne scriptū est. Si obtuleris primitias frugū tuarū domino despicis adhuc uirtutib. torrebis eas igne. Primitias Deo offerimus cum operū nrorum pcipua ī Deū dirigimus, sed qa hæc opa si terrena humiditate sint facta, Deo nō placent, ignæ diuinę charitatis torrenda sūt optare.n. in eis dēmus Deo placere, eiq; gratū aliqd exhibere, ac pro illo, & pati, & agere aliquid, q tāta pro nobis fecit, & passus ē, & ampli⁹ facere optauit.

Sap. 2.

Greg.

B

Cypri. Augu. Chry. Remi.

Ioā. 13

Isa. 6.

Psa. 68 Can. 8

De. 33

Lu. 12

C

C

Leui. 2

Quintus sēsus huius uerbi. Sitio. est, quod sitit X ps gentium cōuersionem, q̄ hoc uerbo a patre postulat. Sicut.n. filia Caleb sedēs ī asina, quasi sitiēs suspirat, & ait. Terrā arentē dedisti mihi, da & irri-

Iud. 1.

A irriguam. Ita pater Christo dederat Iacob domũ,& Dauid sedẽ, sed terra hæc arẽuerat, i terra deserta, inuia,& inaquosa inuenit populũ illum, terra erat adeo arida, ut difficile puteus nueniri posset, nec sine rixa, ut Isaac accidit persępe, qa egena ibi,& uacua elementa. Petit ergo
Isa. 12 a Patre Xps Ecclesiam magna parte ex gẽtibus collectam, quæ irrigua sit, cui dicat. Haurietis aquas in gaudio de fontib. Saluatoris. Nõ iam aquã, sed aquas plurimas, nõ de uno fõte, sed de plurib.
Psal. 2 Petit hoc Christus a patre, sic.n. id cõcedendum fuit, dicente patre in Ps. Postula à me,& dabo tibi gentes hęreditatem tuam, & possessionem tuã terminos terræ Sed ad te ò dñe nunc sermonem cõ-
B uerto, vt quid dicis. Sitio? An non nosti. quæ tibi parata sint potum petenti? quis põt gustare, quod gustatum affert mortẽ? Quid det synagoga, nisi ꝙ hẽt,& qd illa est? Fel est,& acetũ, ac fæx. Sic pater ad filium ait per Isaiam. Parũ est, ut sis
Isa. 49 mihi seruus ad suscitãdas tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas. Præclara olim nõia Israeli dederat, sed cum declinauit, dicit illum fęcẽ, et scoriam. Fuerat Israel uinum optimum in patribus, sed iam in acetum mutati erãt, qa corrupti sunt, & abominabiles facti sunt, Et iõ, Fel draconum uinum eorũ. Sciebat ergo Xps Iudæorum opera bona, tãquam uinum, illi mala offerrũt, quæ sunt fel,&
Orige. acetum Ori. ait. Vinum felle mixtum, ꝙ
C primo domino offertur, ille propinat, qui fm doctrinam Ecclesiasticam sapit, uiuit autem male, hic dat ei uinum cum felle mixtum. Qui autẽ alienas ò veritate sñias applicat Christo, quasi eas dicẽti hic spongiã aceto implens, imponit calamo scripturæ,& offert ori eius. Hęc Orig. Tu ergo ò fidelis, qui uinum fidei habes, ne admisceas fel malorum operũ quo uinum inficias, sed para Xpo escã, & potum, quo libenter uescit, ut benedicat tibi anima eius, sicut Isaac fecit cum Iacob. Si ais, quibus escis libẽter uescit? quo uino mirifice delectat? Plane cor cõtritũ,& humiliatũ nõ despicit, lachrimæ tuæ uinum optimum Deo,& Angelis sunt, si hęc illi præbuerit benedicet tibi de rore cęli,& de pinguedine terrę, si
A cut Isaac benedixit Iacobum. Si ãt dicas, quis iuxta crucem esse posset, ut potum Xpo darem, nunc ẽt dare poteris, da pauperi,& Christo dedisti. Da ei aiam tuã, quam sitit,& dedisti ei poculum aquæ
Ge. 24 frigidæ,& poculum ex uino condito, & mustũ malorum granatorũ. Licet alij dolores uiderentur maiores in Christo crucifixo, sed solã sitim ille commemorat. quia sũmus eius dolor est, ꝙ aĩę pereãt. Da ergo ò peccator animam tuam Christo, quia rcipuus eius dolor est, ꝙ tu passione ipsius non utaris. Qui siti urgetur,& aquam manu tenet, non dolet, imò gaudet, dolet ãt, qui sitit,& aqua caret. Nunc ergo poteris Christi leuare si-
B tim, si ad eum redeas. In hoc dignoscit Eliezer, quę sit futura sponsa Isaac, quæ ei,& camelis libenter potum tribuat,& in hoc agnoscitur, quę sit futura in ęternum sponsa Xpi, quæ ei potum hunc libenter tribuit, sine dubio ad eum pertinet, si.n. tu desideriũ Dei impleueris, implebit,& ipse desideria tua, qui replet in bonis desiderium suum,& animam esurientem replet bonis ęternis,&c.

CONCIO VI.

De sexto verbo, quod Christus in Cruce dixit.

THEMA.

Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit. Consummatum est. Ioan. 19 C



Vasi Dei nři natiuũ ingeniũ ẽ, vltimã manũ iponere operib. a se inceptis, eaq; pficere, ac cõsũmare. Vñ Pauľ eũ uocat consũmatorẽ, cũ ait. Aspiciẽtes in autorẽ fidei, et consũmmatorẽ Iesum. Et ipse ait. Opus cõsũmaui, He. 12
quod dedisti mihi. Et iterum. Baptismo Ioã. 17
habeo baptizari, et qũo coarctor usq; dũ Lu. 12
perficiat. Sicut.n. i opere creationis non Gen. 2
quieuit, donec perfecti sunt celi,& terra & oĩs ornatus eorum, ita opus redẽptionis oĩno perfecit, nec quieuit, donec diceret. Cõsummatum est. Quia Dei pfecta Ge. 32
sunt

A sunt opera, vt Moy ses ait. Et Pau. Qui
Phil. 1. cœpit in vobis opus bonum perficiet vsq;
in diem Christi Iesu. Hoc Dei ingeniũ
ẽt Ethnici agnouerunt, & iõ sapientes,
qui erãt Amã a cõsilio aiũt. Si de semine
Esth. 6 Iud. eorum est Mardochæus, ante quẽ ca
re cœpisti, non poteris ei resistere, sed ca
des in cõspectu eius, quasi dicãt, si Deus
eius cœpit illum exaltare, oĩno perficiet.
Quia uero in Christi morte plura cõ
summata sunt, pp quę ait, Consummatũ
est, eã sigillatim a nobis explicanda sunt.
Primo ait. Cõsummatũ est, idest, cõpletę
sunt oẽs prophetiæ, quę de uita, ac morte
mea scriptæ erãt, nihil superest in mea pas
sione implendũ. Sicut apud Luc. dixerat
Luc. 8. Ecce ascendimus Hierosolymã, & cõsũ
B mabunt oĩa, q̃ dicta sunt a Prophetis de
filio hominis. Significat ergo hoc uerbo,
cõsummatũ est. Mortẽ sua nõ causa acci
dere sed eo tpe ac modo, quo a Deo fue
rat præordinata, & a Prophetis p̃nuncia
ta. Licet ergo sanguis, & uita persunden
da ei essent, impleuit oĩa, quę in lege de
eo scripta erant, ità ut non remaneret Io
ta vnum, aut unus apex legis, qui nõ im
pleretur. Et sic operatus est salutẽ in me
Ps. 72. dio terrę, q est Ierusalẽ. Et iõ apud Lu.
Lu. 13. ait ipse. Dicite vulpi illi hodie, & cras eij
cio dæmon a, & tertia die consumor. Et
Heb. 2 Pau. Decebat authorẽ salutis p passionẽ
cõsumari. Cũ ãt sciret hanc consumma
tionẽ summis eius doloribus peragẽdã, ip
se voluntate propria ad hoc ascẽdit Hie
rosolymã, & ascẽdens p̃cedit discipulos,
C vt uoluntatẽ, qua patitur, oñdat. Non fu
git vt Elias, cũ eũ persequit Iezabel, nec
vt Dauid, cũ eũ insequitur Absalon, sed
potius ait. Ecce ascẽdimus Hierosolimã
& consummabuntur oĩa &c. Si hanc cõ
summationẽ Christi, & ipsius charitatẽ
recte pensaremus, diceremus cũ Paulo.
Charitates Chri vrget nos ęstimãtes hoc
2. Co. 5 quia si unus p oib. mortuus est, ergo dẽs
mortui sunt, & Christus pro oibus mor
tuus est, ut qui viuunt, iam non sibi ui
uant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est.
Secũdo, cũ ait. Cõsummatũ est, signifi
cat, opus redẽptionis mũdi, q a patre su
sceperat perficiendũ, iã morte ipsius con
summari. Ita Rupertus intelligit, & Lau

rẽtius Iustinianus de triũphali Xpi ago A
ne. Et hoc est, q prope passionem dixit: Iustin.
Opus consumaui, q dedisti mihi, ut fa
ciã, idest, iã statim cõsummabo, ut expo Ioã. 17.
nit Augu. tract. 105. in Ioannẽ. Hoc ne
gotiũ redẽptionis hominũ ei demanda Augu.
uit pater, & ipse illud peragendũ suscepit
in pũcto incarnationis. Vnde ait in Psa.
in capite libri scriptũ est de me, ut facerẽ
volũtatẽ tuã, Deus meus uolui. Suscepit
uero hoc negotium ea voluntate, ac cha
ritate, & eo conatu ei intendit, ut nihil a
liud cogitaret, nihil aliud loqueretur, aut
faceret, accepit illud, ut vulgo dicitur (a
destaio) Hinc aiebat ip se. Nesciebatis,
quia in his, quæ patris mei sunt oportet
me esse. Et iterum. Cibus meus est, ut fa
ciam uoluntatem eius, qui misit me, per B
ficiam opus eius. Et iterum. Me oportet Luc. 2.
operari opa eius, qui misi me. Et hoc est,
quod Isaias prædixerat. Ecce Dñs in for Ioan. 9
titudine ueniet, ecce merces eius cum eo,
& opus eius corã illo, idest, præ oculis ge
rebat sp opus redemptionis hoĩum, q ip Isa. 40.
sius opus dr̃ per excellentiã. Ex quo recte
colligemus illud Ps. Fidelis dominus in
oib. verbis suis, q̃ ut illa implear, mor
tẽ oppetit, q si ut promissis, staret, mori Ps. 144
nõ dubitauit, securi in posterum esse po
terimus, q uerba eius fidelissima sũt, nec
nobis deerit. Nõ sic nos fideles sumus cũ
Deo, multa. n. ei p̃misimus in baptismo
in confessione, nec tñ promissis stamus. Ps. 61.
Vere ait Psal. Mendaces filii hominum. Rom. 3
Et Pau. Est autem Deus verax, & omni
homo mẽdax. Sed secũdo in hac re illud
expẽdere oportet, q consummauit opus
suũ Xps cũ patre, illũ placans, eiq; satisfa
ciens, & cũ hoĩe cũ recõciliauit, unũ autẽ
deest, ut hõ reconciliari uelit Deo, & pas
sione Xpi fruit. Fieri ne põt o hõ, ut noli C
Dei amicus esse? nolis ei recõciliari? Iniu
ria lacessitus pater erat, & ab eo recõcilia
tionẽ obtinuit Xps, nec a te obtinet, cui
iniuriam irrogasti? Quo pacto fieri po
test, ut nolis esse Dei amicus, filius, rex,
diues gloriosusque nec dæmonis manci
pium, vilis, in triremibus seruiens? Finẽ
ergo imponamus peccatis, & postquam
Christus morte sua remedium nobis
dedit, eo utamur in salutem, ne de no-
bis

A bis illud dicatur: Superbia eorum, qui te oderunt ascendit semper.

Ex priori, q̄ diximus, cõsummatione Ps. 73. secunda, sequuta est, quia. n. Christus impleuit oĩa, q̄ de eo scripta erant, mundi redemptionẽ perfecit, & hinc oritur tertia cõsummatio, q̄ significat, cũ ait. Consummatũ est. Illa uero est cõsummatio peccati, q̄ Christi morte, deletum ac consummatum est. Et sic ut Pau. ait. Cõsum Heb. 5 matus factus est oĩb. obtemperãtib. sibi cã salutis æternæ. In Cruce. n. deletũ est Colo. 2 chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio affigẽs illud cruci. Chirographũ decreti vulgo dr: (La obligation que teniamos hecha al demonio.) q̄ Christus disrupit, ac abstulit. Et sic regnũ peccati euertit. Im- B pletũq; est illud Daniel. Septuaginta hebdomadæ abbreuiate sunt super populũ tuũ, ut consummetur p̄uaricatio, & finẽ Dan. 9 accipiat pctm̃, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna. Et iõ merito Christus ait. Consummatum est, peccatum. s. Vnde Au. Quis dicere poterat, Aug. pctũm consummatũ esse, nisi qui ut pctã deleret, cõsummatus est? Consummatũ est pctũm, & oĩa delebat, p Christi mortẽ, & sic. Omnis cõsummationis uidi finẽ (vt Psal. ait) idest, peccati, q̄ corporis, Ps. 118 & aĩæ consummationem attulit. Cõsummatum ergo est, peccatum, quod aĩa consummabat. Dęmonis ẽt imperium consummatũ est, iuxta illud. Nunc iudiciũ Ioã. 12 est mundi, nunc princeps huius mũdi eijcietur foras. Quod significauit Isa. dicẽs. C Finitus est puluis., cõsũmatus est miser, Isa. 16. defecit, qui conculcabat terrã. Et Ezech. Extrahãte draco magne de medio fluminũ, in quib. habitabas. Eiectus. n. e cælo Eze. 29 dęmon est, ubi inter Angelos principari Isa. 14. voluit, dicens: Super astra Dei exaltabo solium meum, & superhoies principẽ se constituit, sed & ab hoc principatu per Xp̃m deturbatus est: Qui expoliãs principatus, & ptãtes traduxit cõfidẽter, palã Colo. 2 triũphans illos in semetipso, ut Paul. ait.

Qua in re mirus Dei in nos amor apparuit, qui ut nos eriperet de potestate peccat, dæmonis, ac tenebrarũ, ipse mori nõ dubitauit. Inter dilectiones a natura insitas animantib. duæ sunt ab authoribus, qui rerum naturas suscipere cõcelebratæ. Prima est Tigridis ĩ filios, quos aliqñ uenatores capere solent in cubili matre absente; cumq; illa ablatos filios cernat, summa celeritate, discurrit, donec uenatores inuenit, illi uero vnũ filiorũ ei proijciunt, quẽ tigris ore sumẽs in cubile ducit, & cõtinuo redit, vt reliquos recuperet, & tãta celeritate viã pcurrit, vt ad uenatores veniat, licet illi uelocissimi equis viã agãt, illi uero alterũ filiũ dimittunt, quem illa ore in cubile defert, & iterum reuertitur donec vniuersos recuperet filios, nec ab opere desisti, & per mare ẽt uenatores inseqtur, licet plura vulnera accipiat, et mortẽ opperat. Secunda B est aquilæ, quæ in pullorum dilectione excedit, cui ea rõne se Dominus confert cum ait. Sicut aquila prouocans ad uolãdũ pullos suos, &c. Aquila ergo cum dra- Deute. 32. conem uidet uenientẽ ad nidũ, ut pullos rapiat, nõ fugit, sed cũ dracone pugnam init, ut filius liberet. Accidit ãt persæpe, ut ipsa draconẽ interficiat, & simul cum eo ueneno infecta moriatur, sicque morte sua liberat pullos. Id nunc Christo Dño accidit, qui vt nos liberaret, cũ peccato, ac morte contendit, eamq; superauit, ac deleuit, sed ipse quoque in bello occubuit, & impletũ est illud Hieremię. Fortis impegit in fortẽ, & ambo pariter cõci- Hie. 46 derunt. Sicut Sampson morte sua Phili- Iud. 16 sthęos perdidit. Et Eleazaros morte elephantem occidit, & eos qui in ipso erãt.

Sed iure interrogabis, quo pacto pec- C catum cõsummatum est Christi morte? Certe quoad sufficientiã ita est, Deus. n. remisit oẽ peccatum, quãtum ex ipso erat, & sufficiẽs causa remissionis, & deletionis peccati posita est in Christi passione. Hoc unum deest, ut tu remissione uti velis, ut applices tibi persacramẽta Christi passionem. Deinde Christi morte ablata est uis peccati, & potẽtiæ dęmonis in homines, quia meruit Christus gratiã qua facile peccata, & dęmones superes, si tu ea uti uelis. Ex quo colligit sæpe Paulus, ut ultra non seruiamus peccato, ut nõ suscitemus, quod Christus interfecit, ut deletum chirographum iterum

non

A nõ scribamus. Nã si mortui sumus peccato quõ adhuc viuemus in illo? Et iam
Ro. 6. peccatũ uobis nõ dñatur, nõ, n. estis sub lege, sed sub gratia. Et rursũ ait. Quod enim mortuus est peccato mortuus ẽ semel, qđ autẽ viuit, viuit Deo: ita & vos existimate, mortuos esse pctõ, viuẽtes aũt Deo, non ergo regnet peccatũ in vestro mortali corpore, vt obediatis cõcupiscẽtijs eius. Hanc aũt doctrinã idẽ Pau. ex-
Ro. 7. plicat exẽplo mu ieris alligatæ uiro, quę soluit ab hoc uinculo morte uiri, & con cludit. Itaq; & vos fratres mei mortificati estis legi per corpus Xpi, ut sitis alterius, q ex mortuis resurrexit, ve fructificemus Deo. Cum.n. essemus in carne passiones pctõrum, q̃ per legem erant,
B operabantur in mẽbris nostris, vt fructificarent morti, nunc aũt soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & nõ in vetustate literæ. Sicut. n. morte soluitur matrimonium, ita mortui cum simus cũ Chro, & mortua lex uetus & peccatum soluti sumus à lege ueteri, & ab obliga-
Isa. 28 tione peccati. Impleturq; illud Isaiæ. Et delebitur fœdus uestrum cum morte, & pactũ cũ inferno non stabit. Hoc pactũ deleuit Xps morte sua, liberi ergo à lege peccati seruiamus soli Deo. Cũ ergo cõsummauerit Christus peccatũ, & illud deleuerit, cum illius uires, ac principatũ abstulerit, concessa gratia, qua mundus Deo recõcilietur, & uiribus additis hoĩ, qb. facile peccatũ superet, cõsummari oĩ
C no dẽt peccatum in te destrui, ac deleri.

Ostendit aũt, quo pacto peccatũ consummauerit, qa cũ accepisset Iesus acetum, dixit, cõsummatũ est. Potionẽ purgatiuã, a c amarã ille sumpsit, de qua dicit per Hieremiam. Repleuit me amari
Thr. 3 tudinib. inebriauit me absynthio. Nullus sic repletũ se dicere põt amaritudinibus, vt Xps, nec ita inebriatũ absynthio quia nulla amaritudo fuit, quæ Christi amaritudini cõferri valeat. Sumpta ergo amara potione, purgationẽ pctõrũ fecit. Incepit peccatũ in dulcedine in paradiso, & finẽ accepit in amaritudine crucis, quia ingredit blande, sed in nouissimo mordebit ut coluber, & extrema ei⁹ amara sicut absynthiũ. Accepto ergo po-
A culo purgatiuo, ait Xps. Consummatũ est, infirmitas abscessit, ægritudo abiit. Venit Chrs medicus, sicut ipse ait. Non
Mat. 9 est opus ualentib. medicus, sed male habentib. & cũ alij medici pręcipiant, infirmum ieiunare, inediam pati, sudare, venam scindere, purgatiuã potionẽ sumere, Christus licet aliquid horũ nos facere pręcipiat, sed ille præcipua horum sumit, ipse ieiunauit, & mira abstinentia usus est, ipse sanguinẽ sudauit, & uenas plurimas sanguinis aperuit in cruce in manib. ac pedib. & aceto, & felle potatus purgatiuum poculũ sumpsit, & tunc ait, cõsummata est hoĩs curatio, licet. n. hoi aliqd pagendũ restet, sed præcipuũ factum est, & paruũ est, q hõ agere dẽt.
B Ostendit se Christum hoc facto hoĩum matrẽ, ac nutricem, sicut per prophetam dixerat: Et ego quasi nutritius Ephraim
Ose. 11 portabã eos in brachiis meis, & nescierunt, quod curarẽ eos. Sicut. n. nutrix su-
Simile mit purgatiuum poculũ, ut ad infantem cũ lacte aliqua illi⁹ uis pueniat, ita Xps, ut purgationẽ pctõrũ faceret, amaritudinem fellis, & aceti sumpsit, cuius uis ad nos per sacramẽta ducitur, ut sanemur.

Quarto ait. Consummatũ est, qa eius morte consummata est lex uetus quoad cerimonialia, ac iudicialia, ut ueritate pſente, umbræ cessarẽt. Reuocatũ ẽ prius testm̃, q uetus dr̃, & Moysi à Deo traditũ est, ut seruaretur in arca, quia legata ĩ eo contenta mutanda erãt ex tpalib. in
C æterna. Iam nouũ confectũ est testm̃, signatũ sigillo crucis, & morte testatoris cõfirmatũ, ut irreuocabile sit, qa ut Pau. ait. Vbi testamẽtũ est, mors necesse ẽ in-
Heb. 9 tercedat testatoris. Et sic impleuit Christus legẽ quoad consummationẽ eam finiens, & loco legis grãm, loco sacrificiorũ vnũ corporis sui sacrificiũ tribuit, q I oĩum uim continet, unus dat agnus tantus, ut alius nõ sit necessarius, unus cib. q sumit, & non consumitur, & cum oẽs impleuerit, superest, & abundat. Caput cũ intestinis eius, & pedib. uoramus, q a q in principio erat apud Deũ, usq; ad pedes, & intestina descẽdit factus hõ: deuoramusq; hæc, & oĩa, quia sic celsitudinẽ

diui-

A diuinitatis pdicamus, vt nō erubescam' humilitatē, quia id magis stupēdū, q̄ nři cā adeo se exinanierit tanta maiestas. In nocte aūt nūc comedimus hunc agnum qnia per fidē obscurām hæc ueneramur, donec dies illucescat gloriæ, ubi lucerna est agnus, quo cuncta clare uidebimus. Sed nūc mirabiles agni effectus experimur, & ex collatione p̄s ētiū firma fit ex pectatio futurorū. Et intrinsecus, & extrinsecus nos sanguine agni tingētes ser uamus aīam, & corpus, ptimescere dæ-
Ro. 10 mone signū crucis. Finis ergo, & cōsum matio legis X p̄s est. ut ait Pau. Quā ī re magna nobis exhibita m̄ia est, dum pro iugo ferreo, quod nec nos, nec patres no stri portare potuerunt, daī aūt suaue iu-
1.Io.5. gū Christi. De quo Ioānes ait. Vere mā
B data eius grauia nō sunt. Et iō minima Chřs appellauit, cū ait. Qui soluerit unū
Mat.5. de mandatis istis minimis. Grauis plane lex Moysi erat, sicut, & illius manus, qa plura continebat p̄cepta: ac cæremonias, Christi aūt lex pauca, illaq; facilia.

Mat.5. Quinto, ait, Consummatum est, qa in mundum venit, vt ædificiū Ecclesiæ cōstrueret, q̄ morte sua consummauit. Ad nos Pau. ait. Dei structura estis, Dei ædi
i. Co.3 ficatio estis. Aedificanda erat Hierusalē
Ps.121 illa, de qua Psalt. ait. Quæ ædificatur, ut ciuitas, q̄ Ioannes uidit descendentē de
Apo.21 cęlo, à Deo paratam. De qua ædificatio-
1. Par. 28. ne in figura Salomoni dř: Viriliter age, & confortare, & fac ne timeas, & ne paueas. Dñs. n. meus tecum erit, & non di mittet te, nec derelinquet te, donec perfi
C cias oē opus ministerij domus Dñi. Magna exhortatio ista fuit, si soli Salomoni fieret, quid. n. ille paueat, aut timeat, ædi ficare domum, cum ei př relinqueret im mensos thesauros? Iō uerba illa potius respiciunt Christū filium Dauid, qui ex viuis lapidib. cōstruere dēbat templum aliud multo angustius, q̄ solus Deus po terat construere, en in hoc opere ei iudā dum erat, ac moriendū, ut sic opus consummaretur. Sicut uero dř 3. Esd. 6. Sal manasar subiecit fundamēta domus do mini, q̄ est in Hierusalē, & exinde usq; nunc ædificat, & non accepit cōsumma tionē. Ita Eccle...ę Christi fundamēta se

A cerat naturæ lex, scripta uero opus illud euehere cępit, sed nō dedit cōsummatio nem, quia ut Paulus ait. Nihil ad perfe- Heb.7
ctum adduxit lex. Christus aūt ueniens in hoc opus, uocatus ædificator sepium, hoc opus perfecit, & sicut die sexto pfecit oē opus creationis, ita sexta ætate pfecit opus Ecclesiæ suæ, quia nunc ablato peccato, & reddita iustitia Ecclesia consummat. Impleturq; illud Psal. Cō- Psal.7.
summetur neqtia peccatorū, & diriget iustū. Dicere ergo possumus illud Psal- Ps.118
mi. Oīs consummationis uidi finem, la tum mandatū tuū nimis, qa in Christo crucifixo uidimus finē, ac terminum totius pfectionis, q̄ dicit Psalt. consumma tionē, qa eo in ope puenerunt, oēs virtu tes, quo peruenire potuerunt, nec quo vl tra progrederentur, habuerunt. Quo. n. B
procedere charitas potuit, cum aīam de derit p inimicis? quo humilitas, & obedientia, cum humiliauerit semetipsum vsq; ad mortem crucis? Cōsummatus ī cruce ille est!, q est oīum rerū principiū, & finis, & sic finis uniuersorū finit. Et consummatus factus est oīb. obtemperā- Heb.5
tib. sibi cā salutis æternæ. Et ut Pau. ait. Heb.2
B vltionis Dñi. Sicut arca deiecit Dagõ à loco suo, ita ueniens è cœlo Christus oĩa mundana abiecit, & calcauit, hominesq; docuit illa nihili pendere en Dagon pro iectũ super limen. Quis ergo nunc limẽ nō calcat, sed transilit? Certè, qui sic religionem ingreditur, vt aĩo non contẽnat omnia, quæ mũdi sunt, sed trãsiliat: qui honorem, diuitias, ac delitias nō calcat, spernit, ac nihili ducit, hic limen trãsilit, Non ita tibi agendum est, ò religiose, ne tibi accidat, quę illico Sophonias subiungit. Et complent domũ Domini Dei sui iniquitate. Domũ Dei nunc ingrederis, domũ vero Dei decet sãctitudo, caue, ne tu ea impleas iniquitate, vanitate, superbia, ac simi ib. Ne forte maledictio illa te cõprehendat. In terra sanctorũ iniq;
C gessit, nō videbit gloriã Dñi. An nō terra sanctorum religio est? attende, quot
Isa. 26. protulerit sanctos, sicut. n. hanc dicis terram uini, illam frumẽti, illam olei: ita religionem dicere poteris terrã sãctorũ, q ergo in ea iniquè agit, nō uidebit gloriã Dñi. Sustinuerat Deus gentes Babylone habitantes, cum idola colerẽt, sed cũ
4. Reg. 17. trãslati essent in Samariam, & ibi habitare cœpissent, non timebãt Dñm, & immisit in eos Dñs leones, qui eos interficiebant, qm̃ terrã illã singulari ratione Deus sibi dicarat, & ideo non sustinuit in ea idola colentes. Ita oĩno sustinere Deus solet peccatores in sæculo, diu expectãte nec statim ultiones adhibere. At uero in religione sæpis sime non patitur
A sed iram effundit, quia in terrã sanctorũ inique agere magnum est piacu'um. In ea calcanda vniuersa idola sunt, & ea, quæ mundi spernenda.

Sed ut ea, quę diximus, manifesta fiãt exponẽdum est institutum oĩum religionum, & earum adinuentio unde processerit. Pro cuius expositione notãda sunt verba. Exodi. Contenderat Pharao cũ filijs Israel, ne Deo sacrificia offerrẽt. Sed
Exo. 8. cum id perficere non posset, tandem dixit: Ite, sacrificate domino Deo uestro in terra hac, id est, in medio Aegypti, Rñdit Moyses. Nō põt ita fieri, abominatio nes. n. Aegyptiorum sacrificabimus Domino Deo nostro, q si emactauerimus
B ea quæ colũt Aegyptij corã eis lapidibus nos obruent. Colebant Aegyptij ut deos tauros, arietes, capros, hęc uero Deo offerenda erant. Rectè ergo Moyses ait, si corã Aygyptijs deos eorũ immolam⁹, lapidib. obruemur, iō ab Aegypto recedendũ nobis est itinere trium dierũ, vt hic libere sacrificare possimus. Ecce fundamẽtũ, ac institutũ oĩum religionum, uellet quidẽ dæmon a Dei sacrificio hoĩes auocare, sed cum id non valet, suadet, ut in sæculo maneãt, & ibi Deo inseruiant, sed id plane difficile est, licet. n. aliquã rõne Deo seruire facile sit, tñ perfectam sui abnegationem, & oĩum rerum contẽptum id sæculari uita admodũ difficile est consequi. Ad hoc. n. offerenda Deo sunt ea, quæ mundus, ut deos colit. Relinquendus. n. est honor, diuitiæ, delitię,
C potentatus, en mũdi deos, quos si mactare uolueris in mundo, lapidib. obrueris. Vis hoc tibi manifesta experiẽtia oñdi? Attende hoiem, qui illatam sibi iniuriã vlcisci non vult, sed inimico recõciliari, vt Deo obsequatur, uidebis statim propinquos, ac amicos ad eum accedere, & dicere, ubi honos tuus? nescis honorẽ maximi ducẽdũ, qño illũ mactabis? quid nam hoc? Certè Aegyptij sunt honorem ut Deum colentes, & ideo lapidibus obruere uolunt eum, qui illum mactat. Id ipsum uidere licet, si aliquis honores, potestates, & quæ alta sunt mundi, fugiat, statim. n. mũdani accedunt, ut deorum suo-

A suorum interitum uitent, & ea sacrificã-
1.Reg. tem Deo impediant. Deijcit Dagon ab
15. arca, sed sui eũ erigunt, & in pristino lo
co collocant. Et Daniel in lacum leonũ
rua.14 mittitur, quia draconẽ interfecit. Nõ se
curè draco in Babylone occiditur, nõ se
curè Dagon in Philistęa proijcitur, non
securè in Aegypto Deo sacrificatur, nec
1.Ioã.5 securè in mundo perfectio acquirit, q̃a
totus mundus in maligno positus est.
Quid ergo faciendũ? Viã triũ dierũ ibi-
mus in solitudinẽ. Solitudo religio est,
ubi delitię mundi non sunt, ubi horrida
apparent oĩa, cũ paradisus Dei in ea sit,
cum dulcissimum mãna, in hãc uero so-
litudinẽ itinere triũ dierum uenitur, q̃a
tribus uotis emissis in religionẽ ingredi
B tur hõ. Nunc quidem haec non uouisti,
proposuisti tñ in corde seruare obedien
tiã, castitatẽ, paupertatẽ, hic liberè pote-
ris Deo sacrificare uniuersa, q̃ uolueris
nullo impediente, nec.n. honor diuitiæ,
aut delitiæ, ut dij hic habentur, nõ n hic
Aegyptij tibi impedimento erunt. Fęlix
plane desertum, in quo Deo sacrificare
possumus, hoc desertum ponit Deus in
delitias, cũ in eo melliflui facti sunt cęli.
Maximum profectò religioso collatũ
beneficiũ est, cum a mundo in religionẽ
uenit, & perpetua memoria hic dies reco
lendus est. Olim dixit Moyses. Memen
Ex.13. tote diei huius, ĩ qua egressi estis de Ae-
gypto, & de domo seruitutis, q̃m in ma
nu forti eduxit uos dominus. Nũc uero
C potiori iure dicimus ei, quẽ a sæculi ua-
nitate Deus educit ad religionis lumen.
Memẽto diei huius, in quo egredetis ab
Aegypto tenebris, a seruitute mundi du
ra, q̃m Dei manus fortis te eripuit de po
testate tenebrarum, & trãstulit in regnũ
filij dilectionis suę. Nota ergo hunc diẽ,
& eũ numera meliore lapillo, fælix.n. ci
bi est. Si.n. fęlicem diem sibi eum homo
dicit, in quo a rege uocatur, ut in domo
eius ei ministret, an non fælicissimus is
erit, quo ad Dei domũ uocaris ut ei mi-
nistres? Melior est dies una in atrijs tuis
Psa.83 sup millia. Et Elegi abiectus esse in do-
mo Dei mei, magis quã habitare in ta-
bernaculi pctõrum. Ne ergo tu parum
Nu.16 ducas, quod Dauid tãti fecit. Audi Moy

sẽ Leuitis loquẽtẽ. Audite filij Leui. Nũ A
parũ uobis est, q̃ separauerit uos Deus I-
srael ab oĩ populo, et iūxit sibi ut seruire
tis ei ĩ cultu tabernaculi, et ministraretis
ei? Ne ergo putes parũ esse, q̃ te separa-
uerit Deus ad obsequium suũ, sed illud
magni facito, & gratũ te exhibere cura.
Nec tñ ideo putes negotium iam per
fectũ. Nec.n. diues est, q inter diuites, &
in terra vberi est, sed qui sibi diuitias ac
quisiuit. Cum religionẽ ingrederis in ter
ram uberem, ac diuitẽ uenisti, sed diues
eris, cum perfectionẽ acq̃sieris tibi. Non
quia inter bonos uersaris, ideo bonus es
tu. Audi dicentẽ. Duo erũt in lecto uno, Ma. 4
& unus assumetur, & unus relinquet. B
Contingit.n. nunc religiosis plurib. qui
in eadem domo, choroq; uersant, q̃ ac-
cidit lineis, quæ ex centro procedunt, in
cẽtro simul sunt oẽs, cũ inde procedere, Simile
incipiunt, parũ una ab alia distat, sed cũ
parum pcesserint, magis distãt, & si ad
cęlum usq; illas ptrahas in immensum
distabunt. Ita nunc plures religiosi una
domo cõtinent tanq̃ centro, simul sunt,
& simul conueniunt, sed uitam diuerso mõ
instituunt: hic.n. ad ea, q̃ regula pręcipit
prompte procedit, ille uero procedit, sed
tardius, hic attẽtior orationi, ille minus
attentus, ecce lineas procedẽtes, & parũ
quidem distare uñr, quia eadẽ hic agit.
quæ ille, sed post annorum curriculum
hunc uidebis perfectum uirum euasisse, C
illum uero secus. Et cum in cælum uen
tum fuerit, distabunt in immẽsum. Ideo
curandum tibi est, feruenter cuncta age
re, operi intendere, saluti animæ tuæ se-
rio, ac fortiter operam dare, &c.

CONCIO

In professione religiosi, uel consacrum
uelum suscipit monialis.

THEMA.

*Vota mea domino reddam in conspe-
ctu omnis populi eius, in atriis domus Do
mini.*

Nouum in Dei ecclesia non est, sed
antiquissimum, q̃ aliqui a uulgo
homi-

A hoīum recedant, & strictiorē uitæ rōne teneāt. Etiam in lege scripta aliquæ virgines erant in tēplo, ut Deo liberius uacarent, quatum erat habitatio inter altare, & parietem templi. Ita tradit Grego. Niss. in hom. de humana Christi generatione. Et Orig. tract. 26. in Mattheū. De his virginib. dr̄ in 2. Mach. Virgines quę conclusę erant, procurrebant ob tumultum exortum ad Oniam summū sacerdotē. De eisdem virginibus dr̄ in Exod. Fecit Moyses labrū ęneū cum basi sua, de speculis mulierum, quę excubabāt in ostio tabernaculi. Hæc. n. sæculi vanitate relicta specula sua Deo tradebāt, quas Dn̄i exercitum appellari multi dn̄i, cuius rei fidem facit Rabbinus Abnazara in commentarijs in Exodi 38. ca. Et has B mulieres violabant filij Heli sacerdotis, & ppā a Deo in mortē traditi sunt, non .n. sustinet Deus hoīem, q spōsā eius uiolat, & de hac re, antiqua, ac noua exēpla sunt, plurima. Inter has virgines fuit uirgo Maria. cum pręsentata fuit in templo ibiq; castitatis uotū emisit. Aderit ergo illa nobis de statu hoc dicturis, qui in lege grǽ plectus fuit, & uotis cōsūm̄atus.

Niss.
Orig.
2. Ma. 3
Ex. 38.
1. Re. 2

Sicut in naturalib; bonitati suæ thesauros in oēm creaturā Deus effudit, sed aliquas elegit, in quas singulari liberalitate vsus maiora bona effudit, ita in gratuitis diuidēs singulis prout vult, quosdā ex hoībus elegit, in quib. superabūdaret gr̄a. Elegit olim Israel in peculiū de cunctis populis. Sic ad eos ait. Eritis mihi peculiū de cunctis populis, & uos eritis mi C hi in regnum sacerdotale, et gens sancta. Licet. n. inter gentes aliqui Deum agnoscerent, & in lege naturę fide, ac gr̄a susceptā salutem consequerent. Sed Iacob elegit sibi Dn̄s, & Israel in possessionem sibi. Ita ēt in Ecclesia nunc fit, licet. n. eā oēm Deus curet, & oībus nr̄am offerat suā, sed religiones singularis rōne peculiū illius sunt, & sicut viri religiosi totos se Deo tradunt, ita Deus quasi se totum illis tradit, nec. n. sustinere pōt magnificentissimus Deus, ꝙ q spiā in eū diues ac liberalis sit, quin ipse in eum magnificus sit, uidebitis nunc virū, aut fæminā cum Deo ita liberalem, ut se, & oīa sua ei tra-

Exo. 9.

dat, uoto paupertatis uniuersa tradit tpalia, uoto castitatis corpus, & eius delitias uoto obediētiæ aīam, & corpus, id. n. ꝓfessio est traditio oīmoda sui ipsius, quo hō se totū tradit Deo similis actus holocausto, in quo uniuersū aīal Deo oblatū igne absumebat in Dei honorē nulla relicta parte sacerdoti. Explicemus nūc ea q̄ religiosus, uel monialis emissis uotis facit, & inde colligem⁹, q̄ erūt diuina dona q̄ Deus in eū effundet. Et primū quidē ꝓbationis, & nouitatus tp̄s pcessit, in quo religioso datus Deus est gustādus vel probādus, ut ita dicā. Sic de forti muliere dr̄. Gustauit, & uidit, quoniā bona est negotiatio eius. Sic ēt Ps. nos hortat. B
Gustate, & uidete, qm̄ suauis est Dn̄s. Pro. 31
De qbusdā ēt Pau. ait. Gustauerūt ēt donum cœleste. Et petrus. Si tn̄ gustatis, Ps. 33. Heb. 6
quoniā dulcis est Dominus. An non im 1. Pe. 2
mē. ā Dei benignitas in nos hęc est, ꝙ se nobis pbeat gustandum? Gustauit nunc monialis nr̄a Deū, & dulcis ei apparet, & iō cum eo uitā uniuersam agere dispo nit, quia nō hēt amaritudinē cōuersatio eius, nec tædiū cōuictus illius, ut Sapiēs ait. Quemadmodū ergo anteq̄ sponsalia Sap. 8.
fiant rata, spōsus futurus spōsam uidet, & uniuersa, q̄ ad illam pertinent, cōsiderat, ut uideat, an ei expediens sit illam in sponsam assumere, et idipsum sponsa de sponso nosse cupit, accurat, cū uero vterque de cōpare bona nouit, inicē utriusq. cōsensu, et gaudio spōsalia celebrant. Ita tpe nouitatis experimentis multis adhibitis spōsus, sponsam probauit, & fidelē expertus est, & concupiscit rex decorē illius, aīa simili rōne expta est Dei delitias C
& ait. Mihi adhærere Deo bonū est. Cū Ps. 72.
ergo uterq. contentus sit, nūc nuptiæ celebrādæ sunt, in quib. fit mutua traditio aīa. n. totā se tradit Deo, & Deus aīæ, ut dicat illa. Delictus meus mihi, & ego illi Dn̄m elegisti o aīal hodie, ut sit tibi sponsus, ac Deus ipse te elegit in sponsam, ut Can. 2.
sit tibi oīa. An non tantæ sponsæ congratulari possumus, cum sponsus tantus sit? Si ille rex, illa regina est, sed regnum spōsi nō est de hoc mundo, ita nec sponsæ regnum de hoc mundo est. Optima profecto electio, qua Deus eligitur, quia beatus

A beatus populus, cuius Dñs Deus eius. Sed iam mutuam traditionem,quę in hac despensatione fit,videamus,Anima se totam Deo tradit tribus uotis emissis paupertatis,castitatis,& obedientiæ.

De paupertate primũ dicamus. Primũ perfectionis limẽ illud est, ꝙ Petrus ait. ecce nos relinquimus oĩa, & sequuti sumus te. Sed cur oĩa relinquenda? Rñdet D.Th.quasi in uno extremo Deus est,et in altero mundus, & oĩa q̃ in eo sunt,licet.n.re hæc ita nõ sint,tñ respectu aĩæ ita se res hẽt, vno ergo magis hõ a tpalib. recedit,eo magis ad Deũ accedi,quo magis se tpalib. vacuauerit, eo magis spũalib.implebitur.Vnde Paul.ait. altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum,Diuitias spũales uocat simplicita tis diuitia, quia illis fit hõ simplex,& rectus, ut Iob erat. Deoque magis inhærens vnus fit spiritus.Quam uero necessaria sit pauptas religiosis,oñdit Aug. serm.40. ad fratres in heremo, to.10.dicens. O fratres attendite, quãtũ impedimentum, q̃ graue dispendiũ inferat sanctæ religioni superfluitas,& abũdantia rerum,ꝙ longe magis legimus in libro nostræ conscientię,q̃ possumus explicare sermonib.Comes.n.diuitiarũ superbia,& luxuria est. Amemus ergo fratres summã Christi,& Apostolorũ paupertatẽ, ne in nostra religione mutetur color optimus, & dispergantur lapides sanctuarij nostri. Hanc uero viã paupertatis voluntarię hoĩbus ignotam docuit Christus uerbo,& exemplo. Ante Christum uia hæc nota non fuit,tractabat.n. Deus iustos legis tanq̃ pueros, & sub lege erant,ut sub pædagogo tanq̃ pueri,& sic ad eos fiebant promissiones terrenorum bonorũ. Si audieritis me bona terre comedetis,ait. Isa. Et cum benediceretur filij dicebatur. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiã frumenti vini,et olei. Nihilominus uestigium Euangelicæ paupertatis fuit in Rechabitis, quibus Iodab pcepit domos nõ hẽre,sementẽ nõ serere,& uineas nõ plantare. At ueniẽs in mundũ Christus,eo uenit,ut bona cælestia oñderet immẽsa,& tpalia nihil esse,& ideo ea ille reliquit,et pauperem vitã duxit. Vnde Paul. Scitis enim gratiã Domini nostri Iesu Christi quoniam propter uos egenus factus est, cũ esset diues,ut illius inopia uos diuites effectis. Verbo uero paupertatẽ docuit,cũ ait. Si uis perfectus esse vade, uende oĩa q̃ habes,& da pauperib. & sequere me. Pręstiterunt id apostoli dicentes. Ecce nos relinquimus oĩa. Et uotũ paupertatis emiserunt, ut ait D.Th. quia in statu fuerunt paupertatis. Et initio nascentis Ecclesię uniuersi fideles pauperes erant, uniuersa.n. vendebant,& prætiũ afferebãt ad pedes Apostolorũ, ut Luc.ait. Et hac rõne,ait Basil. morte punitos fuisse Ananiam,et Saphiram,quia uotum emiserant paupertatis, cõtra ꝙ peccauerunt partem substãtiæ retinẽtes. Postea vero numero fideliũ crescẽte, nõ potuit paupertas in oĩbus conseruari, & mansit in religiosis,qui de perfectionis culmine attingẽdo cõtendunt. Aug.in epist.ad Paulinũ refert,Cratẽ Thebanũ Philosophũ dicentem. Neminem recte philosophari posse, nisi pauper esset. Multo minus viã pfectionis currere. Oĩs.n.qui in agone contendit,ab omnib. se abstinet,& illi quidẽ,ut corruptibilẽ coronã accipiãt, nos ãt ut incorruptã. Nec uero huic paupertati obest,ꝙ domus, & cõmunitas reditus annos possideãt, dum singuli religiosi nihil habeant. Ecce ergo, qũo cum Apostolis oĩa relinquar, qui nunc uouet paupertatem. Sicut.n.illi dixerunt. Ecce nos reliquimus omnia,ita idipsum in uoto paupertatis dr. Cauendũ uero ei est,q professionem emittit,ne qui maxima relinquit,minima retineat, & qui diuitias mũdi cõtẽpsit,minimis reb.afficiatur, quibus a pfectione impediaẽ. Ad quosdam Paul.ait. Currebatis bene, qs uos impediuit? Currit quidẽ religiosus bene,cum mũdũ reliquit,cum ad perfectionẽ ,ppetat. Sed cũ eo nõ peruenit, ab aliquo certe impeditur,quidnam ergo hoc est, ꝙ te impedit? An nõ uerecundum est, nęniis detineri,q maxima reliquit in sęculo? Si viã madatorũ ingredientẽ Angeli cõtẽplantur e cœlo,& gaudẽt eo inspecto, q uiã mandatorũ currere incipit,an nõ viã consiliorum ingrediente inspiciẽt, cum gau-

Marginal notes: Ma.19 · D.Th. · 1.Co.8 · B · Iob.1. · Augu. · C · Isa.1. · Genes. · Hie.35 · A · 2.Co.8 · Ma.1. · D.Th. · Acto.4 · Basil. · B · Augu. · 1.Co.9 · C · Gal.5.

A gaudio? Certè is dicere potest. Spectaculum facti sumus Deo Angeli, & hominibus. attēde ergo q̃uo curras, vniuersa. n. curia cœlestis te inspicit, & caue, ne oculis cœlestium despiciendus appareas, dū uiderit, in nihilo te immorari, ac reb. uilissimis cursum tuum impediri. Abijce ergo à te uniuersa, quibus affectus tuus inhæret, ut libere ad Deum uolet. Vis pauper Christi esse? uis ei similis iueniri? quam ergo curam sæcularis ponit in eo, ut diues sit, ac appareat, ut oia, quę ad illum pertinent, pretiosa, & culta videātur, eam tu adhibe, ut pauper sis, & oia tua perpertatē redoleāt, vestitus sit pauperis, & uniuersa, quę in cella tua sūt, & vsui tuo deseruiunt, uilia sint, & nullius

B pretij. Ea ergo sola ex hoc mundo sume quæ omnino necessaria sunt, reliqua cō

1.Ti.6 temne. Habētes alimēta, & quibus tegamur his cōtenti simus. Et ut pauper omnino sis, cura, ut aliqua tibi desint, sic. n. pauper eris, qui. n. paupertatem uouit, et nihil ei deesse patitur, irridet uotū suum & ditissimus ille pauper est.

Mat.19 Luc. 8. Vt uerò paupertati afficiaris, attendēda est diuina promissio. Cētuplum accipiet. Addit uerò alter Euangelista. Nūc in hoc tempore. Audis aliquando carnē sic suadētem, si hæc, & illa auferas, si omnia relinquas, miseram uitā duces, quid. n. extrema paupertate miserius? Tristis ergo, miser, ac ærūnosus eris. Audi ergo Christum diuersum suadentem. Centu

C plum accipiet nunc in præsenti sæculo. Noli cogitare, amittere te ea, q̃ Christi causa relinquis, nō perdis, sed seminas sicut ergo seminans perdere uidetur frumentum, sed nō ita, est, imò multiplicat ita cum Dei causa aliqua relinquis, non amittis, sed multiplicas, seminasti in terra optima, recipies centies tātum. Ne ergo timeas relinquere, nō. n. relinquis sed seminas. Sed dicet mihi quispiā, reliqui ego Dei causa mille aureos nūmos: ubi nunc sunt centum millia, quæ mihi pro

Hiero. mittuntur? Respondet Hieronym. Dātur tibi bona spiritualia, quæ centies tan

Augu. tum sunt, & milllies tantū. Sed Aug. ali

Mar.10 ter exponit, quia Marcus expressè ait, cētuplum hoc non solū in spiritualibus da ri, sed ēt in temporalibus. Et ideò ait centuplum dari hoc quo nunc dicā modo. Reliquisti mille aureos nūmos, uolo tibi dare centū mille. Sed prius à te quæro, ad quid uis tibi hos nūmos? Dices certè, quia eis habitis tranquillam uitam, dulcem, & uoluptatibus plenā ducā. Sed te urgeo, si hanc pacem, dulcedinem, ac uoluptatem, quam tibi daturi essent hi nūmi, ego tibi sine eis darem, an non cētū mille aureos nūmos dedi? Dices dedisti certè q̃m ego nūmos nolebam, nisi hac de causa ac fine, quę si assequutus fuero sine illis, illos me recepisse dicam? Hoc ergo pacto centuplum à Christo datur in hoc tempore, quia centuplum pacis, gaudij, & delectationis tribuit his, qui eius causa aliquid reliquerunt, q̃ habitu ri essent. Hoc uerò facili experiētia tibi B ostendam. Concupiscis rem aliquā mundi huius non necessariam, qua accepta delectarreis, abnega nūc te ipsum, mortifica appetitum, & illam Dei causa relinque, & delectationem, quā ex illa capere potueras. Sed statim consule cor tuum, ac uidebis, multo amplius tibi datum à Deo gaudiū esse, quia gaudio pro eo carere uoluisti, quam tibi dedisset res concupita, si ea frueretis, ecce centuplū.

Sed obijciet mihi aliquis. Ego multa in sæculo reliqui, nec tñ centuplum recepi in hoc gaudio, ac delectatione, q̃m tristis sum, & delectationis spūs expers ubi ergo centuplum est? illud unum tibi respōdere possum. Christus promisit C cētuplū, & cęli, & terra transibunt, uerba uero eius non transibunt. Tu dicis non uideo hoc centuplum, cui ergo credemus? Sed forsan utrunq; cōciliare possumus. Christus. n. promisit centuplū relinquentibus, uide ergo an tu dimiseris, uel potius cōmutaueris. Est. n. omnino dimittere, & est cōmutare, quod aliqua ratione uī esse dimittere, sed non est. Si quis in sæculo dimisit honores, uoluptates, diuitias, & i religione quęrit primū locum, præcipuū munus, delectationes uanas, colloquia inutilia, & omnium rerum copiā: hic nō dimisit honores uolu ptates, ac diuitias sed cōmutauit, & ea ipsa in religione quærit, quæ in seculo q̃re bat,

A bat, licet alijs in rebus quærat. Nõ ergo hic reliquit sed commutauit, & ideò centuplũ ei nõ datur. Da tu mihi religiosũ, qui uerè pronũciare possit. Ecce nos reliquimus omnia. Qui oino reliquit honores delitias, ac diuitias, & quære ab illo, an centuplũ acceperit gaudij, & oino dicet, se accepisse. Certũ.n. est cõsolatione diuina eũ impleri, qui ab humanis cõsolatiõib. cor abstrahit. Et iõ relinquẽs dicẽdus non est reliquisse, sed in melius cõmutasse. Putãt hi, q mũdi vanitatib. inseruiunt, optima quæque sua esse, putãt se flores colligere, & simila farinę satiari, ac uino potari, cũ tñ fęces solas hẽant & furfureũ panẽ mãducẽt. In captiuitatẽ Babylonicã trãstulit nabuzardã regis iussu oẽs diuites plebis, pauperes uero re
B liquit in Hierusalẽ. Diuites ergo in Babylone, i. confusione sunt, pauperes uerò in Hierusalẽ, q̃ est, uisio pacis. Delectari vult diues in creaturis, & paruã delectationẽ capere põt, delectat̃ pauper in Deo, & maxime delectat̃. Nec mirũ, cũ cã delectationis adeò inęqualis sit. Re-
Ps. 10. cte Ps. ait. Tibi derelict⁹ est pauper. Deo adhęret pauper, cuius refugium Deus factus est. Sicut dicere soles, feci, vt filius meus adhæreret illi principi, ita, qui oia reliquit, quib. adhęrere potuit, Deo adhę-
Ps. 72. ret. Mihi aũt adhærere Deo bonũ est. Et
Ps. 67. Ideò. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Quid mirũ paret De⁹ delitias in dulcedine ei, q oĩa pro eo cõtẽpsit. Si.n. nobilis hõ uideat aliquẽ, q ei⁹ cã ab oĩb.
C recessi, oĩa reliquit, nũquid nõ eũ tuebitur, ac ei bona concedet? Quid ergo Deũ facturũ putas cũ, eo, qui oĩa pp eũ reliquit? Ne ergo timueris paupertatem uouere, Deus hereditas, & substãtia tũa erit, Deo derelictus es, si pauper fueris.

Secundo loco de castitate nobis dicẽdum est, qua seruata tradit hõ Deo corpus suum perfectè implens illud Pauli.
Ro. 12 Obsecro itaq; uos fratres p misericordiã Dei, vt exhibeatis corpora uestra hostiã uiuentẽ sanctam, Deo placentẽ. Licet vero oĩs iustus id ipleat, dũ opera pia corporis ministerio exercet, & ĩ eo plura patit̃, sed pcipuè castus, qui mortificat innumeros corporis appetitus, & motus. nec solũ luxuria, & bruto appetitu arcendũ A
corpus est ab eo, qui perfectionẽ assequi cõtendit, sed & illud implere curet, q̃ pstitit regina Esther, q orans ad dñm ait. Esth.
Tu scis qđ nũquã lætata sit ancilla tua 14.
ex quo huc trãslata sum usq; ad pręsentẽ diem nisi in te domine Deus Abrahã. Castitas.n. aię religiosę eo peruenire debet, ut in alio nõ lætet̃ nisi in spõso suo. Multa profecto habuit regina Esther in quib. lætari potuit, à serua.n. in reginam exaltata est, diadema regni positũ est super caput ei⁹, & multis delitijs potuit abũdare, sed in nullo horũ illa delectabatur nisi in Deo. Idipsũ pręstitisse vr̃ rex Dauid, cũ ait. Renuit cõsolari anima mea, Ps. 76.
memor fui Dei, & delectatus sũ, q.n. in creaturis, cõsolari renuit, ĩ Dei memoria delectat̃. Et iõ de Dauid Sapiẽs ait. Sicut Ecc. 47
adeps separat⁹ à carne, sic Dauid à filijs B
Israel. Qm̃ sicut adeps separabat̃ ab hostia, ut Deo incederet̃, ita Dauid totũ se Deo dicauerat, Si ergo diuina cõsolatione frui vis, oẽm abijce terrenã q̃ sępè in orõne non percipimus, quia plures consolationes ĩ creaturis quæsiuimus, quas qui Deo offert, cęlestes percipit, efficitur que cũ eo, q̃ cũ Abrahã, q Isaac sacrificare Deo uoluit, q interpretatur pa ris risus, uel gaudiũ, & cũ putauit illud interimendũ, benedict⁹ à Deo est, ac multiplicatus in turbas populorũ. Ita q oẽm ter Ge. 22.
renã cõsolationẽ repellit, vr̃ quidem gaudium amittere, Isaac mactare, sed nõ ita fit, multiplicatum.n. à Deo illud recipit. C

Vltimum uotum obediẽtię est, quo se totũ hõ Deo tradit, intellectũ, uoluntatem, opera uniuersa, in seruum se tradit sempiternũ Deo, nolẽs ab eius exire domo. Exire liber poterat, qui prius seruus erat certo tpe à lege statuto, unde eo adueniente in libertatẽ asserebatur. Si uero seruus dñm diligebat, nec libertate ei Deut.
cõcessa uti nolebat, manebat seruus sempiternus, & in eius rei signũ in auricula subula perforabat̃. Hoc ipsũ nũc religiosis uiris, & fœminis accidit. Nouitiatus tpe quasi serui in domo Dei sunt, nunc vero professionis tpe ĩ libertatẽ uindicãtur, ut si à Dei domo, recedere uelint, impune possint. Sed ait seru⁹ fidelis, q Dei

be-

A benignitatẽ expertus est.|Melior est dies vna in atrijs tuis super millia, elegi abiectus esse in dõ Dei Maneat ergo ex nũc seruus sempiternus, & in eius rei signũ voto obedientiæ emisso auricula eius ꝑforatur, vt Dei, & prelati vocẽ audiat. In uris dñi signo in professione, ut ad Deũ ꝑtinere agnoscatur, & iõ monialis velũ sacrum suscipit, ꝙ signũ est æternæ serui tutis, quo ẽt velatur, ac operitur tanq̃ optima imago, q̃ uelamine operimus, ne ledat. Pulcherrimã profecto imaginem pinxit in corde, quæ Christũ depinxit, ni

B hil hac imagine pulchrius, velũ ergo ei apponatur, ne puluere aut aere lædi possit. Obedientiæ ergo uoto hõ se Deo tradit, & merito, ut aliquo modo ei uicẽ repẽdat. Dederat Deus homini fructus arboris sui, cũ opera ab eo producta ei donauerat, sed ea re cõtentus Deus nõ fuit, & iõ ipsam arborem integrã homini dedit, cum se ipsum tradidit nobis. Ita ergo cõueniens est, ut Deo hõ det non aliquos fructus arboris tñ, sed arborẽ ipsam. Secularis quidem sibi retenta arbore, sc.i. & propria sua uoluntate, opera aliqua

C Deo grata præstat, sui tñ iuris manerẽ vult, ut si sui dñs. At uero religiosus, nõ contentus donasse fructus arborẽ ipsam tradit, dum se oĩno tradit. Hoc uero maxime Deo placet, cui nihil est gratius homine. Sed forsan quis dicet? Durum apparet, ꝙ se quis tradat in seruitutem, & sui amittat possessionem vt Deo sedet. Audi rem. mirã, tunc plene te possides,

Isa.26. cum te Deo tradis possidendũ, & ꝙ Deo non tradis nõ possides, sed tyrãni, & inimici tui possident. Audi Isa. Possederũt

Psa.15 nos dñi absq. te, tantum inuocetur nomen tuum sup nos. Cum.n. Deus nulla

Ge.42. re indigeat nostra. Deus meus es tu uo niã bonorũ in corũ non eges, si qd ei tradis, tibi seruat, nõ sibi, si quid ei non tradis, alij dñi surripiunt, & petit tibi. Accepit Ioseph nummos à fratrib. pro frumẽto, sed nummos cum frumento in saccis eorum reponit, nec.n. indigebat eorũ pecunia, licet eis fruměcũ uẽdiderit. Ita uẽdere quidem Deus uidetur dona sua, ac gloriã, cũ à nobis pretium exigit bonorũ

Iob.21 operũ, sed opera illa tibi seruantur, non Deo quid.n. prodest Deo si iussus fueris, A tibi prodes, qui sapiunt, sibi commodãt, non Deo. Sicut ergo uniuersa bona opera, quæ Deo tradimus, nobis seruat, ita cum nos ipsos ei tradimus, nos, non sibi, sed nobis seruat. Hoc ergo religiosus agat, ut sicut lutum est in manu figuli, ut illud effomet, ut ei placuerit, ita religiosus in Dei, & prelati manibus se det efformandum, dicatq; cum Paulo: Domine quid me vis facere.

Resignatio plena exigitur, à religioso Acto.9 in prælati manib. vt sic nihil sui seruet sibi, sed se totum Deo tradat. Si forsan aliqua in re resignatus, ut sic loquar, nõ es, ea in re te Deo non dedisti, & hoc est ꝙ perfectionem impedit tuam, quia non te B totum Deo tradis, ne audes, te in illum proijcere, sed aliquid tibi seruas, ut Ananias. & Saphira, illud quidẽ furatũ a te crede, quod Deo nõ permiseris. Restitue ergo, si quid de te surratus es. Vota tua domino redde in cõspectu omnis populi eius, coram omnibus confitere te Dei seruum, & eius suscipe characterẽ, corã omni uero populo vota offere debes, ut dicas cum Paulo. Non.n. erubesco Euã Rom.1 gelium. Nam qui erubuerit me corã hominibus: erubescam & ego eum coram patre meo, qui vero confessus fuerit me coram hominibus, confitebor, & ego eũ coram Patre meo.

Videmus eximiam hominis liberalitatẽ in Deum, ex qua facile colliges, quã C ta Deus magnificentia utatur in eum, q in Deũ diues, ac liberalis est Magnificauit Dominus facere cum eis, magnifica Ps.125 uit dominus facere nobiscum, ait Psal. & iterũ. Cantate dño, quoniam magnifi Isa.12. ce fecit. Qui. n. calicẽ aq; frigida æterna corona munerat, qua obsecro remunera tione ingentia dona innumerabit? Cõcedit ergo profitenti primum remissionẽ omnium peccatorũ, sicut in baptismo, quia omnem peccatorum, delet pœnam, dummodo in gratia mei professio ꝑmittatur ut Diuus Thomas asserit. Deinde D.Th. gratiæ dona concedit, ac animam ornat ut sponsam miris donis, ac gratijs, sicut ornata est Esther in desponsationis diẽ, hunc.n. diem nunc actum uidemus, &c.

A

CONCIO.

Ad Religiosos, qua ostenditur, optimus religionis status, & quomodo propria regula seruanda cuiq; religioso est, vt perfectionem consequatur, & spiritu feruotis ei incumbendum.

Per necessaria Concio ista est concionatori, cum ab eo exigitur Concio ad religiosas personas habenda.

THEMA.

B *Cum ergo disciplinæ dilectio est, & dilectio custodia legum illius est, custodiam autem legum consummatio est incorruptionis, incorruptio autem facit esse proximum Deo. Eccles. 6. c.*



TRia nobis tractanda sunt. Primū de Dei ī nos collata grā, cum in religionem uocauit, ac duxit. Scdm de di- C uersitate religionē, & quō ppria regula cuiq; sit via ad perfectionē Tertium de feruore, ac spiritu, quo in regulæ ob eruatione nobis insistendū est.

De primò. Certè non adeo timēdum homini est, diuinis carere beneficijs, quā acceptis male uti, & ingratus inueniri. Luc. 12 Eius enim, quod non accepimus ratio a nobis non exigetur. At uero cui multum Gen. 2. datum est multum etiam quæret ab eo. Iacob ait. Minor sum cunctis miserationibus tuis, quia licet homo uniuersa præstet, quæ potest respondere plene non potest diuinis muneribus, & ideo se minorem fateri debet miserationibus Dei, sed aliud est minorem esse, & aliud nullum inueniri. Hoc uero est, qd timere debemus. Inter eos uero, qui maxima à Deo munera receperūt, cui dubiū, religiosum esse? cū in domum suā Deus duxit, cū è sæculi vanitate eripuit, cum in abscondito faciei sui abscondit à conturbatione hominum, cum denique in paradiso suo collocauit. Imaginem ac exemplar misericordiæ in nos à Deo collatæ in Adamo videre licet. Accepit Deus de limo terræ ex deteriori terra partē, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, & factus est hō in aīam viuentem, & transtulit illum in paradisum à se plantatam ut operaret, & custodiret illum. An non ingens beneficiū. Adē collatū fuit: Audi ergo idipsum tibi concessum, ac multo sublimius. Quid obsecro fuisti, cū in sæculo versare is, uanitati mūdi deditus, an nō terra, et uilis admodum terra eras? Audi quid primo parenti, & in eo filijs dicat: Terra es, & in terram ibis. Sicut Adam terra erat, ita, & tu, quia qualis terrenus tales, & terreni, ita fuisti superbus, auarus, terrena sapiēs, & deniq; qualis in sæculo fueris, tu melius nosti, noli uero obliuisci, qd fueris, inde. n. colliges Dei in te misericordias. Sed quænam illæ? Primū, inspirauit in faciē tuā spiraculum uitę. Dixit ad te: Terra terra, audi uerbum dñi. Sed quęnam ista uox, & inspiratio fuit? Certe cū in corde tuo posuit desiderium melioris uitæ, cū prioris errores ondit, cū Dei gratia præueniēs facilem tibi fecit uirtutis uiam, & sæculi abrenunciationē. Inspiratio illa omnipotentis erat, quæ dat intelligentiam. Caro, & sanguis nō reuelauit tibi, sed Pater, q nemo venit ad me, ait Christus dns nisi Pater, q misit me, traxerit illū. Hęc mutatio dextere excelsi fuit. Inspiratione illa ī te operante, vitā correxisti, ecce factus fuisti in aīam viuentem sicut Adam. Opera uitæ cępisti exercere, sacramēta frequentasti, orationem, ac pia opera coluisti. Quid amplius Deus tibi præstiterit, audi, Si ut transtulit. Adam in Paradisum, q ipse ab initio plantauerat, ita te Deus in religionem transtulit, illa vero paradisus Dei est. Basil. ait Sicut duplex est infernus, alter sub terra, alter super terrā, cor. s. peccatoris, ita duplex est paradisus, alter in cœlo, alter in corde perfecti. Religio uero ait, paradisus Dei in terra est, ubi cor perficit. Sicut enim paradisus est locus deliciarum, ita religio est locus voluptatis cœlestis, ibi delitię Dei cum filijs hominum, in religione animæ sunt Dei sponsæ, cum quibus delectatur sponsus. Videbis terrę plagam montuosam, petrosam, aridam, inuiam, uidebis alteram irriguam, quę similis est paradiso volup- tatis,

Marginalia (right column): A Gen. 2. — Gen. 3. — B Isa. 1. — Ioan. 6 — C — Basili.

A ptatis, & huius discriminis ratio influẽtia cælestis est, quæ optima, ac beneuola hanc partem respicit, hæc terræ plaga religio est, in quã mellifluí facta sũt cęli, q̃ dñs semper inuisit, & oculi eius super illam aperti sunt, ut super promissam terrã. In hanc terrã adductus a Deo es, parum ne tibi hoc ui? Samuel arguens Dauidem ait. Et si hæc tibi parua videatur, adijciam tibi maiora. Quęnam erãt parua, & quæ maiora? Parua erãt, ꝙ de post fœtantes acceperit eum in ducem populi, ꝙ è pastore regẽ fecerit. Maiora vero erãt spiritualia dona ei concessa, ꝙ eum prophetã fecisset, & similia. Audi similia tibi collata beneficia, è peccatore te iustũ fecit, porcos pascebas, & inde te eduxit in regẽ, ut passionibus tuis imperes tanq̃ rex, iõ Stoici iustos reges dicebãt. Quod si hæc parua tibi uidentur, adijciã maiora grę dona collata cum in ampliorem gratiã te uocauit, cum in religionẽ duxit: Noli ergo beneficio tãto ingratus esse, sed benedic Deum cũ Paulo, q ait. Cum gaudio grãs agentes Deo & patri qui dignos nos fecit in partẽ sortis sãctorũ, in lumine q eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnũ filij dilectionis suæ. Et iterũ. Fidelis Deus p quẽ uocati estis in societatẽ filij eius Iesu Christi domini nostri. Sicut uero quędã terræ, ac opida singularibus gaudent priuilegijs, ut Paradisus gaudebat, ita religionis imunitates, ac priuilegia maxima sunt, ait Bernardus, quia in ea homo viuit purius, cadit rarius surgit citius, ꝓcedit cautius, quiescit securius, uisitatur a Deo frequẽtius, purgatur celerius, moritur confidentius, remuneratur abundãtius.

1. Reg. 12.

B

Col. 1.

1. Co. 1

C

Positi quidem sumus in paradiso religionis, sed ut quid? Certè de Adam dicitur: Posuit illum in paradiso, ut operaretur, & custodiret illum. Quæ uerba August. 8. de Genesi ad literam, & D. Tho. dupliciter exponunt. Primo, ut Deus operaretur in homine, eumque custodiret cuius operatio si ab homine cessat, continuo obtenebratur, ut aer a sole relictus, ut ergo Deus hominem elaboraret ac perficeret media obedientia, & uirtutum exercitio, ideo eum in paradiso posuit. Iuxta hunc sensum, similiter in religione Deus hominem ponit, ut hominẽ perficiat. Sicut tu terram colis ita Deus hominem. Ideo Paul. ait. Dei ædificatio estis, Dei agricoltura estis, sicut tu scindis terram ligone, & aratro, ita Deus hominem. Sicut tu putas arborẽ, & inutiles ramos præscindis, ut plurimum referat fructum, ita Deus eum, qui fructum fere uult purgat, ut fructus plus afferat, tribulatione, consolatione inspiratione, elaborat te, q̃a pater meus agricola est, ideo superflua resecat, & diuitias aliquãdo tollit, quia in malum tuum eas congregaueras. Est denique homo Dei tabula, in qua ipse imaginem delineauit suam, cum eum condidit, & nunc illam perficit adhibitis coloribus, formatur in nobis nũc Christus, ut Paulus ait. Noli ergo Deo resistere, sed te elaborari permitte. Quod uero Deo resistas ex eo manifestum est, quod pluribus annis paruum profeceris, cum tanti artificis manus te elaboret. Secundus verborum illorum sensus est, posuit Deus hominem in paradiso, ut operaretur homo, & custodiret paradisum, & hic est legitimus sensus, ut ex Hebræis constat, quibus loco illius (illum) est gen, quod est fœmineum, & sic ad paradisum, non ad hominem referendum est. Significat ergo, hominem constitutum esse in paradiso, ut illum custodiat, ac laborare suo illum magis illustret, ac ampliorem reddat, vt parta custodiat, & noua acquirat. Opus Adæ sine labore fuisset, ac nostrum sine labore non est. Sed quiescat uox tua à ploratu, & oculi tui a lachrymis, q̃a est merces operi tuo, scito, quod labor tuus non erit inanis in Domino.

Gen. 2

Augu.

D. Th.

A

1. Co. 3

Ioã. 15

B

Gal. 4.

C

Hie. 31.

Sed nunc inquires, quomodo ego paradisum excollam, quomodo noua gratiæ incrementa acquiram, cum ad hoc in religionem uenerint? Hoc est secundum, quod initio tractandum proposuimus. Pro cuius expositione notandum. Miram Dei bonitatem, ac sapientiam ea in re splendore maxime, quod plures creaturas condiderit, in quarum uarietate uniuersi pulchritudo consistit, & diuina sapientia magis illustratur, quæ

 diuersi

A diuersis vijs se effudit. Et hoc est, qđ ad
Psa.18 literam significauit Psal. cum ait. Cœli
enarrant gloriam Dei, & opera manuū
eius annūciāt, firmamētū dies, dies eru-
ctat verbū, &c. Quasi dicat, cæli sua pul
chritudine cogunt intuentes Deū lauda
re, & dies ex die, vel dies post diē, quod
est dicere, dies diei succedens, & nox no
cti, s. varietas temporum, & eorū, quę in
Ibidē. eis gignuntur, elicit voce Deū laudātes:
Nō sūt loqualę, atq; sermones, quorū nō
audiātur uoces eorum, i. licet varię sint
linguę gentiū, & hi illos non intelligent
loquentes, tamen hanc creaturarum lo-
quelam oēs intelligunt. Ad hunc ergo
modum, quem in natura seruauit, uolēs
gratię suę diuitias ostēdere, nō uno mo-
do eam communicare voluit, sed diuer-
B sis rationibus ac vijs. Vt sicut diuersæ
sunt in cælo mansiones, ita diuersis vijs
ad illas perueniant hoīes, qbus pulcher
rima reddit̄ Dei sponsa Ecclesię, circun
Ro.12 data uarietate. Qua rōne Paulus eccle-
siam confert humano corpori, in quo
plura, ac diuersa sunt membra, quorum
quodlibet suam habet figuram, ac dispo
sitionem ab alio diuersam, nec huic mē-
bro dispositio, ac figura alteri9 cōuenit.

Nunc ergo cuiusq, fidelis, sed præci-
puè religiosi desiderium erit, nosse, qua
uia ego multam gratiam acquiram. quæ
nam est figura, ac dispositio propria, mi-
hiq; cōueniens, qua Deo placeam, ut mi
C hi sanctitatem donec. Hæc est anima il-
la scientia, de qua Dominus ad Iob air.
Per quam viam spargitur lux diuiditur
Iob 38 æstus super terrā. Non est ad eo difficile
nosse, per quam uiam lux, ac ęstus in ter
ram ueniat, aer. n. media via est, per quē
uenit, at difficile est, nosse per q̄ uiam di
uina lux, & charitas in animam descen
dit, ac diuina sapientia in animā veniat.
De qua Baruc ait. Non est, qui scire pos
Baru.3 sit uias eius, neque q intelligat semitas
eius, sed qui scit uniuersa, nouit eā hic ad
inuenit omnem viā disciplinæ, & tradi-
dit illā Iacob puero suo, & Israel dilecto
suo. Si ergo nosse vis viam perfectionis
tuæ, qua ad te descēdet diuina sapientia,
interroga tu Iacobum, q cum Deo lucta
tus fuit, vt benedictionem assequeretur.

interroga religionis tuæ fundatorem il- A
le tuus est Iacob, illi tradidit Deus viam
disciplinę tuam, illum edocuit ea, quę ad
te pertinent. Fundatores, qdem religio-
num Dei reuelatione susceperūt ea, quæ
præcipua in religione, ac regula sunt, &
Deo magistro didicerunt.

Sit ergo conclusio, q̄ statim rōnibus
confirmabimus, licet alijs, alij modi pro
cedendi conueniant ad perfectionem cō
sequēdā, mihi tñ regula religionis meæ
via est certa. Sicut. n. manus suā habet
figurā, ac dispositionē, vt perfecta sit, &
perfecta erit, licet in his ab alijs differat
membris, sic dispositio mea, vt pfectus
sim, regula mea est, qua seruata pfectus
ero, licet aliter diuerso modo perficiat̄.
Hinc in Genesi dr̄. Bn̄dixitq; Iacob sin- Ge.49
gulis filijs bn̄dictionibus proprijs. Hic B
in Apoc. Ioānes vidit numerū Cythare
dorū citharizantiū in cytharis suis, non A p.14
in alienis. Hic Habacuc ait. Super custo
diam meam stabo, & figā gradum sup Hab.2
munitionē. Hinc in lege pręceptū fuit, Nu.36
vt quæq; tribus conseruare, hæreditatē
suam, ne ad alia veniret tribum, & ideo
nubebant hoīes fœminis ppriæ tribus.
Hinc Sapiēs. Cōfidite in Deo, & sta ī lo Ecc.11
co tuo. Et Paulus sæpe monet, vt ī voca- 1.Cor.
tione, qua quisq; vocatus est, pmaneat. 1.& 7.
Et certè qui alterius religionis regulam
sibi amplectandam putat ueste, peregri- Eph.4
na induitur, q Deo ingratū est, vnde il- Sop.1.
le ait propheta. Visitabo super eos, qui ī Amo.6
duti sūt veste peregrina. Quibus accidit C
illud Amos. Sicut Dauid putauerunt se
habere vasa cātici, i. putauerunt se Psal-
tes esse queādmodum Dauid, cū tamen
eis Deus id non concesserit. Si ergo uis
perfectus esse, regulam obseruat illa ti-
bi norma perfectionis est, non alia. Hāc
vero assertam conclusionem manifestis
rationibus comprobemus. Quarum il-
la sit prior. Ego vocatus à Deo sum ad
hanc religionem, hanc voui Deo, er-
go optima mea dispositio erit, si perfe-
ctè obseruauero, quę huius religionis
sunt. Antecedens huius argumenti lon-
ga probatione non eget. Cum enim
uideam hoc facto innumera me vitas-
se peccata, & multa opera pia præsti-
tisse,


A tisse, a quo, nisi a Deo, hoc proficisci po-
tuit. Non huc caro, dæmon, aut mūdus
me traxit, quib. bellum indixi, cum reli-
gionem ingressus sum. Consequentia ve
ro manifestior est, cum enim a Deo expe
ctanda sit perfectio, & gratiæ plenitudo,
mihi uero diligentia aliqua sit pręstāda,
quę alia obsecro conueniētior, q̄ ea præ-
stare, ad quæ Deus me uocauit, q̄ mihi
iniūxit? Sicut.n. is, qui a rege in ministrū
susceptus est, ut a rege beneficia obtineat
curat non aliorum ministrorū munera
gerere, sed sui muneris, ac officij opera
perfecte præstare, sic.n. regi placebit, ac
gratus erit: ita cū te Deus in suam voca-
uerit domū, & tibi tale iniunxerit opus,
illud pfecte obserua, et gratus ei eris. Qn̄
B opera regulæ tuę aliam ex se non conti-
nerent sanctitatē, præter hanc, q̀ a Deo
pręcipiunt tibi, satis hoc esset. ut tibi san
ctissima. Sic.n. 3. Re. 20. hr̄. Vir quidam
de filijs Prophetarū dixit ad socium suū
in sermone Dn̄i, percutite me. At ille no
luit pcutere, cui ait, quia noluisti audire
uocē Domini, ecce recede a me, & percu
tiet te leo, et ita factum est quia qn̄ Deus
præcipit ferire, vel occidere, illud sanctis
simum est, non parcere, ut putauit Saul,
Cum ergo in his, quæ regula pręcipit, sic
Dei uoluntas, & alia ex parte sanctitas
tanta, quæ obsecro gratiæ dona non obti
nebit, qui illa, ut par est pręstiterit?

Qua in re illud nobis maxime aduer-
tendum est, non fingere nostram sancti
tatem, ac perfectionem esse in rebus alij
C ab his, quas pręmanibus habemus. Pu-
tant aliqui sanctitatem suam p̄cipue in
eo sitam esse si martyria perferant, si an-
tiquorum eremitarum uitæ rationem a-
sperrimam ducant, si in Indos ultimos
eant. Nequaquam in his, solum, quæ no-
bis difficilia sunt, sanctitas nostra a Deo
sita est, sed potius in his, quæ pręmanib.
habemus, quæ regulæ nostræ sunt, quæ
quotidie gerimus. Qua in re illud nunc
dicere tibi possum, quod olim Deus po-
De.30. pulo suo dixit. Mandatum hoc, quod e-
go præcipio tibi hodie, non supra te est
neque procul positum nec in cœlo situm
ut possis dicere, quis nostrum vadet ad
cœlum ascendere, ut deferat illud ad nos
uta audiamus, atq. opere compleamus?
Neque trans mare, positum, ut causeris,
& dicas quis a nobis poterit transfreta-
re mare, & illud ad nos usque deferre, ut
possimus audire, & facere, quod præce-
ptum est, sed iuxta te est sermo valde, in
ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum.
Ita certe philosophandum est de his, quę
ad perfectionem pertinent, non.n. posuit
Deus perfectionem nostram in Indis,
non supra cælum, non longe, sed in his
rebus est, quas gerimus, si ergo ea quæ a-
gis, spiritu agas, si consideratione, &
Deo placendi desiderio, in his tuam in-
uenies sanctitatem. Huius uero rei ar- B
gm̄ est manifestum, & ratio conueniens
Quoniam Deus vult me sanctum esse,
atq; perfectum. Hæc.n. est voluntas Dei 1. Co. 6
sanctificatio vestra, Et ego ueni, ut uitā Ioā. 10
habeant, & ut abundantius habeant, ait
Christus dn̄s. Ipse ergo quia me exigit.
vt perfectus sim, media mihi præstabit,
ad id assequendum, alias.n. inordinate p̄
ciperet finem, cum media daret. Si mihi
alia media non tribuit, nisi ea opera, quę
præ manibus mihi sunt, nec.n. martyria
offert, nec in Indos mittit, ergo si recte
me gerā in his, sanctus ero. Sed ais, par-
ua sunt hęc opera, qūo rem tantam, qua
lis est perfectio, ac sanctitas attingere po
terūt? Respondeo, parua, quidem, si exte
riorib. oculis cōsiderentur, at magna sūt
& magnam uirtutem continent, si recte
inspiciantur. Sed unde magnitudo? Cer
te qa cum opera obedientię sint mihi a C
Deo ordinata, instrumenta sunt Dei ad p
fectionem meam, & agunt tanquā Dei
instrumēta supra id, quod natura sua pos
sent. An non cælum generat uiuentia,
cum ipsum non uiuens sit & ideo imper
fectius, quia est instrumentum intelligē
tię, a quo mouentur? An non calor, cum
accidens, generat carnem, quæ est sub-
stantia, quia instrumentum est animæ? Nisse.
Ita ergo minima opera, cum ea Deus ac
cipit vt instrumenta, sanctitatem ope-
rantur, Gregorius Nissenus in uita Basi
lij ait. Aquam, & panem Elię minist ra-
tum ab Angelo uim habuisse alendi
ipsum per quadraginta dies, quia ab
Angelo fuere ministrata, ita omnino o-

A pera obedientię uim habent alendi animam, ac eam perficiendi, licet minima sint, quia a Deo ministrata. Aliam etiam orationem dicamus, ex qua colligitur magnitudo eorum, quæ obedientia præcipit, licet parua videantur. Et ea est, quod opus illud tunc maxime Deo placet, nihilque tunc Deo gratus facere potest obediens, quam id, quod obedientia pręcipit. Ministrant duo regi, & alter minora pręstans obsequia multa beneficia recipit, quia gratus est regi, & grata eius opera sunt. Alter vero licet plura, ac maiora præstet obsequia, regi non placet, & ideo ab eo recipit nihil. Sicut ergo obsequia pensantur humana, non ex magni-
B tudine, sed ex gratitudine, ut ita dicam, ex hoc, ut grata sint principi, multo magis cum Deo idest, quod minima, obsequia magna sunt, si ei placent, & magna pro eis tribuit. Maxima nihil sunt, si ei non placent. Cum ergo sanctitas a Deo expectanda sit, cogita quomodo placeas
1.Co.7 Deo. Sic Paul. Virgo cogitat, quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo Si. nunc illi martyres pro Christo mortem oppeterēt, & eo uelles ire, ut martyr sis Deus uero diceret, nolo, ut martyr sis, sed nūc comede, & epulare, vbi nūc obsecro sanctitas tua esset? Certe in conuiuio, non in martyrio, quia Dei uoluntas in conuiuio est. Cum ergo eo tempore, quo obedientia aliquid præcipit, illud opus gratissimum Deo fit, nec aliud gratius sit, ibi perfectio ac sanctitas tua est, nec par-
C uum censendum est, quod Deo placet.

Secunda ratio, qua idem probatur est Si diuina gratia, & habitus infusi homini darentur absolute; & sine dependentia a diuino auxilio, & Dei manu tenentia, optime se homo haberet, in quibuscunque virtutum actibus exerceret eos. At uero non sic res se habet, quia sicut puer cum scribere incipit, licet calamum manu teneat, indiget manu tenentia magistri, qui manu sua super manum pueri imposita, eam ducit, ac regit, ut scribat, ita habitus nobis concessi ut recte operentur, indigent diuino auxilio, ac manu tenentia. Et hac ratione gratiæ sacramētorum distinguuntur, ac diuersificātur, cum eius idem natura omnes sint, dicimus enim per baptismi gratiam regenerari hominem, per gratiam confirmationis roborari in fide, per gratiam Eucharistię nutriri, &c. non quia gratiæ diuersæ naturæ sit, sed quia Deus conferens gratiam in hoc, uel illo sacramento, dat simul singulare auxilium, ad hæc, uel illa opera, & ideo grata dicitur determinata ad illa. Ita nunc omnibus religiosis gratiam Deus prębet, sed cuique dat auxilium ad munera regulæ suæ obeunda, et ideo cum illis incumbit, mira operatur, propter Dei singulare auxilium, in quo pręcipue fidendum est uiro religioso, cum opera religionis suæ exercet, in quibus licet difficilia occurant, timere non debet, quia in eis Deus ei adest. Si uero a muneribus regulæ suæ recedat, & alijs incumbat, amitti Dei axilium, & ideo gratię vires facileque corruet. Hinc accidit, ut Heremitæ sanctissimi positi in ciuitate facile prolaborētur, & alij religiosi, quibus ex instituto conuenit, cum proximis conuersari, in medij occasionibus purissimi euadant, non quia hi sanctiores illis, sed quia illi gratiam receperunt eremiticam, & hi ciuicam, et minor gratia stat, vbi maxima corruit propter Dei auxilium. Tunc ergo perfectionem assequetur religiosus, cum opera regulæ suæ præstat, quia ibi ei adest diuina gratia, ac auxilium. Beatus uero homo, cuius est Ps. 83. auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit, et profectus. Diligamus ergo disciplinam, ac regulam nostram, sic enim eam curabimus, & eadem dilectio faciet, ut custodiamus illius leges, quarum obseruatione incorrupti, & integri inueniemur, & Deo similis, hoc enim significant uerba in Themate proposita.

Restabat tertium discutiendum de feruore religiosi, de quo sequenti Concione agendum nobis erit.



CON-

A

CONCIO II.

Ad Religiosos, de feruore, quo Dei obsequio intendere debent, & propriæ perfectioni incumbere.

THEMA.

Sollicitudine non pigri, spiritu feruentes Domino seruientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes. Rom. 12.

Ostendimus superiore concione Regulam propriam cuiq; religioso seruandam, vt perfectionem assequatur, nec aliorum regulam vsurpandam, quia sicut ad eandem vitam animalem conseruandam diuersa alimenta Deus animalibus diuersis concessit, ita vt quod vni cibus est, alteri sit venenum, ita ad perfectionis vitā diuersas instituit regulas religionum, & quod vni vita est, alteri est mors. Sicut ergo in Exodo præcepit Deus thymiama sibi confici sic, & sic compositum, ac addidi. Non afferetis super eo thymiama compositionis alterius. Ita in regula cuiusque religionis ostensum est eis, qui illam profitentur, quale thymiama, & cuius compositionis Deo offerre debeant, ea enim vita composita ex operibus à regula præceptis, thymiama est Deo gratum. Dederat Deus ignem, quo ipsi sacrificia offerrentur, & quo oblata ei placebant. Nadab vero, & Abiu igne aliena voluerunt Deo sacrificare, & perierunt. Ignis nobis de cœlo missus, quo nostra Deo offerenda sunt regula nostra est, opera ergo nostra Deo grata erunt, si hoc igne ei offerantur, non si alieno igne, aliena regula vti voluerimus. Id vero experientia semper ostendit, hi enim, qui regulæ suæ adhæserunt, maximos in virtute progressus semper fecerunt, hi verò, qui ab ea recesserunt, secus. Perlegat ergo religiosus regulam suam attente, & quas viderit, non obseruari à se, curret obseruare, & perfectus vir erit.

B

Ex. 30.

C

Leu. 10

Sed quia satis non est præcipuè religioso, virtutis opera præstare, nisi ea spiritu feruens præstet, hoc nobis latius nunc explicandum est. Hanc summam miseriā experimur post peccatum, vt cum homo rationalis naturæ sit, atque adeo virtus ei quasi naturalis esse deberet, quia virtus secundum rectam rationem est, nihilominus tamen motus noster in virtutem quasi violentus nobis est, & necesse est, nos abnegare, vt virtutem teneamus. Hinc vero procedit, quod sicut violētus motus incipere solet concitè, ac feruēter pp impellentis impetum, vt cum lapis, vel sagitta sursum proijcitur, paulatim tñ motus ille remittitur, ac deficit, ita in motu ad perfectionem nobis contingere solet. Initia præclara habemus, feruore, ac spiritu incipimus, sed lassamur facilè, & deficimus in via, sicut ēt viatori incidere solet. Hinc prouenit, vt quasi senescamus in spiritu, ac deficiamus. Et ideo Psalt. orat. Ne proijcias me in tempore senectutis cū defecerit virtus mea, Deus ne derelinquas me. Sicut.n. ex corporalibus quædam veterascunt, vt corruptibilia, quædam secus, vt cæli. Ita in spiritualibus angeli non veterascunt in operib. suis, anima vero propter corporis molē impediri solet, quasi senectute, ex quo prouenire solet, vt aliquando à Deo derelinquatur, & pereat, & ideo Psalt. orat. Ne derelinquas me in tempore senectutis. Hinc rursum prouenit, vt cum proprium religiosi sit currere in via Dei, à cursu cesset. Ambulare in via Dei sæcularium est, currere vero perfectorum, ac religiosorum. Sicut enim ambulans potest simul alia agere, & curare, currēs verò soli cursui attendere potest, nec enim confabulari potest, aut aliquid operis facere. Ita sæcularibus conceditur tractare, quæ mundi sunt, quæ significat Paul. nomine tribulatione carnis, cum ait. Tribulationē tamē carnis habebunt huiusmodi, illus tñ dicit se parcere, ego itaq. vobis parco, si hæc curretis, ita ibi exponit D. Tho. Et de nuptijs ait. Cogitat, quæ mundi sunt. Religioso, vero non conceditur, hæc attēdere, qui omnia reliquit, vt Deo liberius vacet. Sic cucurrit Dauid ad locum certaminis. & ip se ait. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meū.

A

B

Psa. 70

C

1. Co. 7

D. Th.

1. Re. 17

Ps. 118

1. Co. 9

A Sic & currendum religioso est, & ab omnibus est illi abstinentium. Nam omnis, qui in agone contendit, ab omnib. se abstinet, non ergo ei datur, alijs attẽdere rebus, quæ illi offendiculo esse possunt. Et ideo in eis impletur illud. Sapientis. Currens non habebis offendiculū. Sicut ergo lassitudine confici solet currens, & cū velocem cursum cœperit tenere, eum remittit, ita aliquando religiosus tædio, ac torpore grauatus non currit, sed lento procedit gra u, non feruet spiritu, sed tepet.

Prou.4

Quod in re nobis contingere solet, qđ Synagogę, & ipsi Ecclesiæ accidit. Cum Synagoga uocata Deo fuit ex Aegypto, mirabilia plura vidit, in spiritus feruore Deo adhæsit magna ex parte. Id & fecerunt Israelitę, dum durauerunt senes, q illa viderant mirabilia, vt dr Iosue vlti.

B capite. Quibus vita functis tepuit amor Synagogę in Deum. De qua re querelas Deus proponit per Hier. dicens. Recordatus sum tui, miseraus adolescentiā tuā & charitatem desponsationis tuæ, qñ sequuta es me in deserto? &c. Quid inuenerūt in me patres vestri iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerūt post vanitatem. Verba ista Dei sunt ad Synagogam, de qua cōqueritur, quia cū in initio desponsationis tẽpore, cum prodijt ex Aegypto eum dilexerit feruenter, postea in eius amore defecerit. Sicut cōquereretur rex, qui in sponsam accepisset vilem mulierem, à qua nimium initio dilectus esset, postea vero tāti beneficij oblita eum obliuisceretur.

Hier.2

C Id ipsum Ecclesiæ Christianæ accidit. Cum Christus è cęlo descendit, & eam in sponsam assumpsit, ac Spiritum sanctum misit, videns se in regis sponsam assumptam, quæ serua erat, nimio ferm re Christum di exit, adeo vt ebria appareret præ amore, ac de illa diceretur. Musto hi pleni sunt. Et in ea impleretur benedictio Iudæ. Lauabit in vino stolam suā, & in sanguine vuę pallium suum. Et illud Sponsæ. Quis det te fratrem meum suggentem ubera matris meæ, ut inueniam te foris, & deosculer te & iam nemo me despiciat. Et quid tu ei reddis a sponsa? Dabo tibi poculum ex vino condito, charitate te prosequar feruida, omnia uirtute ornata. Et ideo ipsa gloria: Introduxit me rex in cellam uinariam. Ex Christi præsentia tanta bona prouenerunt. Vnde Ioel ait. Dedi vobis dolorem iustitiæ, & redundabunt torcularia vino & oleo. An non vinum redundabat, cum tātus martyrum sanguis fundebat, cum deserta colebantur, cū asperrimam uitę rōnem hoīes sequebantur? Cum temporalia nihil putabātur, sed ad pedes Apostolorum proijciebantur? Sed iam Ecclesiæ possumus dicere, φ olim Isaias Synagogę dixit. Vinum tuum mixtum est aqua. Hoc ipsum, quod de Synagoga, & Ecclesia diximus, nobis accidere solet religionē ingrediētib. Cū primū à Deo quis ad religionem vocat, nouam et lucem infundit, qua uidet Dei in se maximam misericordiam, feruet in amore Dei, aspera fudit libenter, humilia de se sentit, obediens est per oīa. Sed deinde procedēte tpe quasi aqua tepet, & in suā reuertitur naturā, orat sine affectu, actus suos examinat cursim, effundit se in exteriora, quærit consolationes inutiles, iugum graue putat regulæ obseruationem quę prius ei erat dulcis, otium quęrit, laborem fugit. Et qui prius a gratia ducebatur, nunc a natura ducitur, & similis fit arcui, quē corda in aliam vertit figuram, qua sublata, in suam reuertitur. En multorū religiosorum statum. Sed ais. Quid in eo mali est? Nō unū, sed plura.

Cat. 5

Cant.4

Ioel.2

Isa.4

B

Primum, φ non proficit in uirtute, φ maximum est malum. Sicut.n. in literis efformandis, ac in scribendo non proficit, qui diu scribit, sed φ accurate, & multa diligentia adhibita attẽdit, quo pacto in dies melius literas efformet. Sic nō tẽporis diuturnitas hominem proficere facit sed cura perpetua proficiendi. Hinc fit ut, post multos annos, quibus homo orauit, ac obediuit, non procedit uir obediens, nec dono orationis, ornatur. Nec mirum. Oīa etenim negotia, ac artes cura indigent, ut perfectus in eis euadat, φ eis incumbit: quid mirum si ars artiū, & negotiū negotiorum, φ est perfectio animæ, id requirat? Nec uero malū istud quod diximus, paruum censendum est. Qui.n. non proficit, religiosus dicendus

C

non

A non est. Stat⁹.n.religiosi obligat hoīem,
vt crescat in uirtute,& ad perfectionem
tendat,id.n.est,religiosum esse,a quo cō
cessat,a statu suo cessare dr̄. Sicut.n.ca-
lefactus mot⁹ est in calorē pfectā, & cū
incrementū caloris,non acqritur calefa
ctio cessat,ita religio est motus ad perfe
ctionem,cū non proficis,a religione ces
sas. Schola perfectionis religio est, ī qua
frustra manet,qui ad perfectionem non
tēdit. Nec ēr dictisītelligas,oīno religio
sum non esse,qui non proficit,sed itelli-
ge,nō illū prestare id,ad quod religione
tenetur,quia sicut alij status hn̄t suas fū
ctiones ex obligatione subeūdas,ita sta
tus religiosi obligat ad proficiēdū. Sicut
ergo dicis,eum non esse iudicem,qui in
iuste iudicat,qa id non implet,ad quod
B tenetur,& illū dicis,regem non esse,qui
non gubernat,ita dicere poteris religio-
sum non esse,qui non proficit.

Secundum modum est,quod nō solū
non proficit,sed deficit, nō solum ad an
teriora non se extendit,sed retro reuerti
tur,non solum non acquirit nouas diui
Greg. tias,sed partas amittit. Et ideo Gre.ait.
In uia Dei non progredi,est regredi,sed
ais,licet tepidus sim,nihilominus multa
bona opera præsto. Audi Deum sic dicē
tē in Prouerbijs. Qui mollis,& dissolu-
Pr.18. tus est in opere suo, frater est suo opera
dissipantis. Snīa est Arist.2.Ethi.c.3.ha
Aristo. bitus virtutis corrūpi peractus remissos
eiusdem habitus. Eadem est senētia D.
D.Th. Thom.1.2.q.52.art.3. Et experientia il
lud manifeste oñdit. Qui.n.grauiter, &
C strenue se exercet ī pictura,musica,& si
milibus,proficit quotidie in his artibus,
qui uero segniter,quotidie magis deficit
& deterior fit artifex. Sed id manifesti⁹
in uirtutū exercitijs apparet,q.n. feruēs
est in Dei opere ,pficit manifeste ī uirtu
tū habitib.q vero segnis ē opa sua dissi
pat,ac virtutes pdit,& quotidie se exper
tur,imbecilliore,& difficili bona opatē.

Et quod extremum malum est,eo de
uenire solet,ut omnino gratiā, ac virtu-
tes amittat,& impletur in eo illud Pau.
Heb. 2 Quod antiquat̄ & senescit,prope interi-
tum est. Et hinc procedunt miserabiles
casus religiosorū, qui multis annis Deo

seruierāt,quia inueterati sunt. Audi er A
go illud,quod angelo Ephesi dr̄ in Apo Apo.2
calypsi. Enumeratis multis eius bonis,
ac pijs operib. subiungit Christus. Sed
habeo aduersum te pauca,ꝙ charitatem
tuā primam reliquisti,memor esto,itaq;
vnde excideris,& age pænitētiā, & pri-
ma opera fac,sin autē uenio tibi,& mo-
uebo candelabrum tuū de loco suo. Ver
ba illa,primam charitatē reliquisti. Are Aretas
tas in Apocalypsim refert ad largitionē
eleemosynarū. Sed melius Ambrosius
de tēpore in bonis operib. intelligit. Me Amb.
mor ergo esto ꝙ excideris a feruore cha
ritatis,& age pænitētiā,sin autem uenio
tibi cito,præsenti tempore utitur,ut cele
ritatē significet,quasi iam fiat. Minatur B
vero Xp̄s,mouere candelabrum, quod D.Th.
D.Thomas,& Rupertus intelligunt de Rupe.
gubernatione Episcopali,quam Deus il
li auferre minatur. Certe candelabrum
dignitas episcopalis est, ī qua episcopus
ponitur tanquam lucerna,uel episcopus
cum dignitate sua dicitur candelabrum
lucens in ecclesia. Mouere ergo candela
brum de loco suo est episcopo dignitatē
auferre episcopalem,& ea per quæ luce-
re solebat,ut doctrina, exempla uirtutū
dona,quibus a Deo illustrabatur. Id ip-
sum omni religioso tepido dicit̄. Multa
bona opera præstas, sed primum feruo-
rem reliquisti, ideo illum recuperare cu
ra,ne te Deus amoueat de loco tuo, ne C
exuat te habitu religionis, ne dona sua,
& gratiā a te auferat. Inter alia, q̄ de Ve
hemot dominus ad Iob ait,unum est. Fa Iob.40
ciem eius p̄cedit egestas. q.d. si scire uis, Pro.3.
quando prope sit,ut cum caueas,egestas
est,quæ illi proximum ostendit. Sed quę
egestas? An non audisti Sapientem. Ege Lu.15
stas in domo impij. An nō audisti de p̄ Pr.21.
digo,ꝙ cœpit agere,& iō ad porcos seruā
dos uenit? Qñ ergo te uideris absq; ora-
tione,ac deuotione esse,& ꝙ plurima re
linquis pia opa, egestas in domo tua est,
opera.n. iusta thesaurus sunt desiderabi Grego.
lis,qui requiescit in tabernaculo iusti,cū
hęc non sunt,egestas est in domo tua, p̄
pe ergo tunc Dæmon est,propè est,ut a-
moueatur cādelabrum tuū,Caue ergo ti
bi. Hinc Gre.22.Mora.c.2. Dum anima
igne,

A igne amoris excoquitur, semper in se seruat claritaté pulchritudinis quotidiana nnouati one feruoris, nescit. n. mens per torporem veterascere, quę studet per desideriũ semp inchoare. Hinc Psal. qui ad ęculm perfectioi is peruenerat, quasi in-
Ps. 76. choãs dicebat. Dixi, nunc cepi, quia videlicet, si lacescere ab inchoatis bonis nolumus, valde necesse est, vt ĩchoare vos quotidie credamus. Hinc est ẽt, ꝙ de magno
Athan. Antonio Athanasius refert, ꝙ rogatus à discipulis. vt eis monita salutis daret hoc primũ dixit. Hoc sit primum cunctis in cõe mãdatum, nullum in arrepti propositi vigore lacescere, sed quasi incipientem
B augere semper debere, ꝙ cæperit. Et hora mortis imminente hoc mandatum testamento reliquit, dicẽs. Ne tanti temporis laborẽ perdatis, hodie vos religiosum studium arripisse arbitramini, & cæptræ volũtatis fortitudo succrescat. In scala Ia-
Berna. cob nullus stare visus est, ait Bernar. sed oẽs, aut descendunt, aut ascendunt. Mul-
2. Cor. 9. ti quidem in stadio currunt, ait Paul. sed vnus accipit branium, qui. s. scelerius, & sine intermissione currit, donec brauiũ accipit. Dic ergo cum Iob. Quis mihi tri-
Iob 29. buat, vt sim iuxta menses pristinos, secũdum dies, quib. Deus custodiebat me, qñ splẽdebat lucerna eius sup caput meum, & ad lumen eius ambulã in tenebris, sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, qñ secreto Deus erat in tabernaculo meo, qñ erat omnipotens mecum, qñ lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei. Quæ retro sunt, obliuiscide-
Phil. 3. bemus cum Paulo, & memores esse debe-
Luc. 17 mus vxoris Loth, vt Christus ait, qm̃ ad interiora extẽdere nos debemus, & sem-
C per in melius proficere. Tñ quæ retro fuerunt, aliquando inspicere nos oportet cũ Iob, ac memorari feruoris nostri pristini quo in religionem ingressi fuimus, qd. n. tun eminus præstitimus, q̃ Apostoli dicẽtes. Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Certe ianua domus nostræ si-
Mat. 19 milis est ianuæ Apostolicæ, initia similia fuere, recordemur ergo illius feruoris, & illum in nobis excitemus, & a Deo petamus, dicentes cum Iob, tribue mihi dñe, vt um, sicut fui, cum lucerna tua splendebat super caput meum. sicut fui initio cõ- A
uersionis, cũ tu mecum eras qñ pinguedine, & adipe replebatur anima mea, & pedes affectuum deuotione abluebam, qñ petra Christus riuos oleis, ac deuotionis in me effundebat. Et oĩb. modis tibi curandum est, illum renouare feruorem, illum accendere rursus ignẽ in corde. Si- 1. Re. 21
cut. n. panes ꝓpositionis in cõspectu suo poni Deus uoluit, qui semp calidi essent, & auferebantur ab eius conspectu frigidi, ita cum religiosi facti sint, vt Domino adstent, calidi, feruidique esse debent.

Sed fortè aĩs, senui ego, tepui, & tædio affectus sum erga virtutẽ. Nõ adeo mirã dũ hoc est, qñ ĩ virtutis exercitio duplex B
est difficultas, prima, q̃ oritur ex virtutis obiecto, quia virtus versat̃ circa difficile. Scđa difficultas est in perseuerantia, natura. n. lassamur, cũ aliqd opus sp agim⁹ & tędio afficimur, qñ hõ nunq̃ in eodẽ statu permanet, & iõ oĩa noua placẽt, ac vetera displicent. Licet ergo primam difficultatẽ virtute superaueris, sed ad secũdã vincendã opus est perseuerãtia, vt hãc obtineamus, & interiorẽ hoĩem renouemus implorandũ nobis est diuinum auxilium, & internum animi propositum excitandũ virili aĩo, ac proposito pugnãdi usq. ad mortẽ. Sine hoc. n. viuo, acardẽti proposito remedia à superioribus adhibita nihil proficient. Sicut. n. medicina C
extrinsecus adhibita proficit nihil, si corpus mortuũ sit, & vt aliquid operetur, naturã intrinsecus uiuentem requirunt, ita vniuersa platorum cura medicina est, q̃ eis proficit, qui viuum propositum perfectionis habent, reliquis verò nihil.

Vt vero renouet̃ in te hoc firmũ ꝓpositũ, id effice, ꝙ aquila, vt renouet̃, de nobis. n. Psa. ait. Renouabitur, vt aquila iuuẽtus tua. Si vero tanq̃ aquila renouãdi sumus, sciẽdũ prius est, quo pacto illa renouet̃. Cũ sese nesiẽtẽ ũidet, in altum volat sup aeris mediã regionẽ, vbi calorem maximo cõcepto ĩ mare se mergit, et veteres Ps. 102
exuit plumas, ac vires, & nouas ĩduit. Ita religios⁹ pia meditatione ascẽdere dẽt, vt ignẽ cõcipiat qm̃ vt Ps. ait. In meditatione mea exardescet ignis. Sđ q̃ inqs, medi- Ps. 38.
tada mihi sũt, vt igniar? Multa certè. Ex

qui-

A qb. illud sit primũ, ꝙ supius attigimus, & nunc latius explicari oportet. In magno discrimine te versari salutis ęternę, dũ tepidus es, & cum feruidũ te esse sua demus, non solum id dicimus, ut perfe ctum euadas, sed ẽt, vt non cum hoc mũ do damnetis. Hinc Petrus monet. Qua
2.Pe.1 pp fratres magis satagite, ut per bona opera certam uestrã uocationem faciatis, hæc.n. faciẽtes, non peccabitis aliquãdo Sic n. abũdanter ministrabitur uobis introitus in æternum regni Dñi nostri, & Saluatoris Iesu Christi. Quibus verbis duplicem fructum bonorum operũ Petrus ostendit abundantiorem gloriã, & certitudinem illius Tepidus.n. in maximo est periculo peccãdi grauiter, & ęter
B næ damnationis. Hinc Ber. ait. Cum audieris grauem casum viri religiosi, noli putare, repentinũ illũ fuisse, quia nemo repente fit summus, sed illud primũ accidit, quod propheta ait Comederũt alieni robur eius, & ipse nesciuit, & iõ ĩ tpe casus non inuenit firmamentum. Hoc optima similitudine explicat Sapiẽs, cũ
Bern. ait. In pigritijs humiliabitur cõtignatio, & in infirmitate manuũ stillabit dom⁹, quasi dicat, aliqñ domus decidit, non
Ose.7. repente diruta, sed quia negligens, ac piger est dñs eius, & distillãtes in eã aquas nõ prohibet, & iõ paulisper diruitur. Ita
Ecc.10 aĩa religiosa decidere solet, qa piger homo est, & aĩam suam relinqt, nec curat, si eam stillent aquæ eã diruentes Horrẽdum profecto, ac pertimescendum uerbũ religioso est. Caue piger ac tepide, qm̃ prope est æternus interitus. Et qui ad
C tantum tonitruum non surgit, mortuus censendus est, non dormiens putandus.

Secundo attendẽ la est uiro religioso
a.Reg. uitæ breuitas, & magnum spatiũ, ꝙ illi restat percurrẽdũ. Dixit Angelus Eliæ. Surge comede, grãdis tibi restat via vsq; ad montẽ Oreb, in quo Deus uidendus est. Si uiator videt parũ lucis ipsi superesse, multam uero deesse viam, an nõ celeri gressu illã peragit? Cogita ergo, quãtũ tibi perambulandum restet vsque ad perfecta tui abnegationẽ, usq; ad contẽplationẽ, & Dei amorẽ pfectũ, & cũ videris, multũ te ab his distare, qui multis diebus negligens fuisti in hac perambulãda uia, quia plurimos annos in uacuũ labi pmiseris. Dic tibi, quod Petrus ait. sufficit præteritum tempus ad uolũtatẽ gentiũ consummandam. Satis sit, multa amisisset tpa, surgam⁹, qm̃ magna nobis restat via, & parum tpis ad illã peragendam. Si.n. breuis hæc uita transigat, tps operandi non erit. Ideo monet Sapiens. Quodcunq; põt manus tua, instãter ope
Eccl.6 rare, qa nec opus, nec ratio, nec scientia erũt apud inferos, quo tu properas. Tãto ergo magis currendũ nobis est, quantã viderimus appropinquantem finem.

Tertio attẽdenda diuina bonitas est, ac simul diuina bñficia immensa, & gloria æterna, ac summa, qbus oĩb. debetur
B summus feruor & maxima intẽsio. Quę nam obsequia meretur diuina bonitas immensa? An nõ infinita, & infinito feruore, ac dilectiõe exhibita? Hic ps. Psallite Deo nostro, psallite, qm̃ rex oĩs terræ Deus, psallite sapiẽter, quasi dicat attẽdite cui psallatis, ẽ.n. rex uniuersę terrę, & iõ accurate, & sapiẽter psallẽdũ uobis ẽ. Est.n. magna diuersitas inter ea, q̃ regi, vel alteri de pleb eppãrantur, siue munera, siue uestes, siue habitacula sint, cũ.n. regi hæc parãtur, optima seligunt. Cum ergo opera tua munera sint Deo offerẽda, optima esse cõuenit, & maxima charitate ornata. Hic ille Nu. 18. c. ait. Omnia q̃ offeretis dex decimis, & ĩ donaria Dñi separabitis, optima, & electa erunt cuncta, & nõ peccabitis super hoc, egregia uobis, & pinguia reseruãtes. Et hoc
C est, ꝙ in laudem Abel Paul. dicit: Fide Abel plurimã hostiam obtulit, q̃ Cain, He.11 plurimã, i. optimam. Iõ per Malachiam
Mal.1. dñs ait. Si offeratis cæcum ad immolandũ, nonne malũ est? & si offerãtis claudum, & lãguidũ, nõne malũ est? Offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si suscepe rit faciẽ tuã, quasi dicat, quod duci non placet, qũo mihi placebit? ꝙ illi nõ susci pit, qũo eg osuscipiã? ꝙ illi non offerre, qũo mihi offers? vid ergo, qua cura minister minister regi, q̃ accuratẽ, accautẽ, & eo mõ, & pot oĩa oportet, te Deo obseq. Quoniam oĩa terra Deus. Hinc Dauid mirantibus Israel diuitias cõgregatas

tas

Ar::s i opus dom' dñi ait. Grāde opus est, sed nō hoī pparatur habitatio, sed Deo.
1. Par. vltim. Attende ò homo, q̃ amplam domum, ac per magnificā, extruere debeas in anima tua, cū futura sit Dei habit: culū, quo auro fulgere debeat charitatis, quibus virtutum gemmis ornari. Deinde si beneficia Dei attendas, ex illis colliges, quo spūs feruore Deo seruiendum sit. Inter illa vero redemptionis beneficiū excellit maxime. Seminauerat multa Deus, cū hoi creaturas dedit: sed tādem misit granum illud frumenti, ꝙ cadens in terrā, ac mortuū maximū retulit fructum. Hoc suscepto bñficio redemptionis, quę terra sterilis eris? ēt rupes, & inculta deserta fructū uberē productura,
B Prophetæ vaticinati sūt. Quib. obseqjs compensabis ò hō Xp̄i sanguinem pro te effusum: Certè ignem venit Xp̄s mittere in terrā, charitatē, s. ardentem, & vt
Lu. 12 hic ignis accederetur baptismo sanguinis proprij baptizatus ille est. Quid. n. retribues Deo, q vitā suā tibi dedit. Ingratis beneficio tanto congruit illud Isaiæ.
Isa. 57 Propter iniqtatem auaritiæ eius iratus sum, ac percussi eūm, abscōdi faciē meā, & indignatus sū, & abijt uagus in uiam cordis sui. An nō maxima illius auaritia est, qui se Deo non tradit totum, cum Deus ei tradiderit? Præcipue uero religiosus de hac auaritia notabitur, q plura recepit, & semel se Deo tradidit, & po
C stea se furari vult, sibique seruare.

CONCIO III.

Ad eosdem religiosos, de religione, & tribus eius votis seruandis.

THEMA.

Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere, displicet. n. ei infidelis, et stulta promissio, sed quodcunq. uoueris redde. Multaque melius est, non vouere quā post votum promissa non reddere. Eccl. 5.



I rectis oculis religiosos, et ei' vita cōsideretur, & id, quod Dei causa facit ac patit' grande mundi miraculum dicendus est, præcipue si humana infirmitas, ac imbecillitas accēdatur. Hinc psaltes. Psa. 67
Mirabilis Deus in sanctis suis. Sed qua rōne miraculum dici debet? Vt illud intelligas, audi Moysem dicentem. Vadā, & uidebo uisionē hanc magnā. Sed quæ Exo. 3
nam uisio magna? Plane rubus in deserto ardens, nec combustus. Quid vero religiosus est, nisi rubus iste? quid si id ostēderimus, uisionē magnā, miraculū grande ostēdemus. Primū religiosi miraculum est, ꝙ in deserto fit, quod mundum reliquerit, & omnia, quæ in mūdo sunt, delitias, honores, cupiditates & uniuersa impedimēta disruperit. Hoc mirū pp Ecclesiam Christus fuit, dicente Paulo. Eph. 5
B Propter hæc relinquet homo patrum, et matrem, &c. Sacramentum hoc magnū est, ego autem dico in Xp̄o, & Ecclesia. Maximum profecto sacramentum fuit, quod Xp̄s ueniret a patre, & ueniret in mundum qui desertum est, & omnibus bonis terræ se abdicaret propter Ecclesiam. Sed ecce homo pro modulo suo idipsum pro Xp̄o facit. Reliqt patrem, matrem, & omnia denique, vt Xp̄o, & religioni adhæreat. An non hoc sacramentum, & miraculū magnū erit? Præcipue si attēdas, quod ingreditur homo religionem, & nescit, quo vadat: ignorat terram, qua in ingreditur vitę rationem quam inchoat. Hoc uero maximum duxit in Abraham Paulus, cum ait. Fide q uocatur Abraham obediuit, in locū exire, quem accepturus erat in hæreditatē, C
& exijt nesciens quo iret. Simile etiā prędixit Moyses, & illud mirat', ac magnifacit Pau. Fide Moyses grādis factus, ne Heb. 1
gauit, se esse filiū filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quā tēporalis pcti habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Aegyptiorū He. 11
improperium Xp̄i. Reliquit Moyses honorem thesauros, delitias. Id vero ipsū religiosus facit eligens afflictiones relinquens delitias, eligens paupertatem, & abiectionem, relinquēs diuitias, & honores. Secundum miraculum est, quod rubus hic ardet, nec tamen consumitur, grandis plane uisio, & eius causa est, ꝙ Deus in eo est. An non grande miraculum

A lum illud. In medio ignis nõ sum æstuatus. Et cũ transieris per ignem flamma non comburẽte? Et quod in medio Babylonices fornacis pueri non comburãtur? Hoc vero religiosus præstat, qui innumeris agitatus tentationibus, impugnatusq; diu, illæsam aĩam suam custodit à pcti labe. Finge nunc arcem, aut castellum esse paruum cuiusdam nobilis viri, ad cuius expugnationem vniuersi reges terræ conueniunt, & innumera tormenta, & arma bellica proferunt, vt illud expugnent, & cum triginta continuos annos impugnetur, non expugnat? An nõ admirandam dices nobilis illius fortitudinem? Cur ergo mirabile nõ erit, quod psa. ait. Sapiẽs expugnauerũt me a iuuẽtute mea, dicat nũc Israel sępe, expugna

B uerunt me a iuuẽtute mea, etenim nõ potuerũt mihi? An non maximũ est, ꝙ homuncio pstat? Impugnat eũ caro multis tentationibus, accẽdit libidinis ignes nec tñ consumitur homo. Impugnat eũ mũdus: & vniuersus inferni furor in eũ armatur, nec tñ cedit homo, cum adeo infirmum castellum eius sit, ut dicat Paulus. Habemus thesaurũ i vasis fictilib⁹. An non maxima fortitudo illa? Merito Paulus ait. Fortes facti sũt in bello. Fortis qdem carnis lucta, sed aduersus illũ

C armatur ieiunijs, verberatione custodit sensus. Fortis mundi pugna, qui honores nobis proponit vanos, sed cõtra eos improperium Xpi sumit, fortissimum dęmonum bellum. Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ et sanguinem, sed aduersus prĩcipes, & potestates, aduers⁹ mundi rectores tenebrarum harum, qui infatigabiles milites sunt, & ĩfatigabiliter aduersus nos pugnant, vt sola importunitate nos vincere possent. Cyniphũ plaga grauissima fuit Aegyptijs, licet. n. parui essent, sed importuni erant, sed dęmones fortes, & importuni sunt. Maximum profecto est aduersus hęc ĩa stare hoĩem. Sed & aliud adde miraculum, ꝙ miratur ipse Xps. His omnib. hostibus vallatus homo ad Deũ accedit, ianuas illius pulsat, & clausas ĩuenit, stat, & nõ respicit Deus, clamat, & non exauditur, vt Iob ait. Et tũc dæmon ait, quod vxor

Ecc. 51
Isa. 43
Dan. 3
Simile
Ps. 124
2. Cor. 4.
Eph. 6
Exo. 8
Iob 30

Thobiæ. Manifeste vana facta est spes tua, quid speres? Multi dicunt aĩa mea nõ est salus ipsi Deo eius. Persequimini cõprehẽdite eum, qa non est, qui eripiat. Nihilominus homo ad Dei ianuas perseuerat pulsans, & ait. Etiã si occiderit. sperabo in eum, hic stabo, & si viuum, et incolumen me non receperis, mortuum recipies. An non hoc mirabile? Adeo certè mirandum est, vt ipse Xps miretur, ac dicat Chananeę. O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Aliud adijce mirandum, ꝙ ambulat per fidem, & nõ per spem, Deum non videt nescit, an salutem sit consequuturus, nescit, an odio, vel amore dignus sit, viam agit tenebrosam, ac asperam, simul, & longam.

Hęc vniuersa si cũ Dei bonitate conferantur, nihil sunt, nihil homo agit, dicat. Serui inutiles sumus, nihil opor. Sic. n. & ipsi Seraphini, vt est apud Isaiam. Et expendit. Chrisostomus, faciẽ uelãt, & pedes faciem, quia incomprehensibilis De⁹ est pedes vero, q affectus significant, qm̃ licet ardeant Dei amore, nihil tamen se agere nihil amare cognoscũt, si cum diuina bonitate eorũ amor cõferatur, minus diligunt, quã diligẽdus sit Deus, ideo quasi Deum erubescunt, non ꝙ erubescant, non qd non præstent vniuersum, quod possunt. sed quia illud omnẽ, quod possunt, ac pręstant, nihil est, si diuinæ excellentiæ cõferatur. At vero si hominis infirmitas attẽdatur, magnum quid est, quod pro eo religiosus pręstat, & tanquam maximum illud ipse ducit, ac præmio afficit. Noli despicere orationem suam, ait Bernardus, qa Deus non eam despicit. Non ergo despiciendi vita religiosa est, quam Deus magnã ducit. Et vt hoc nobis significaret, cũ Petrus dixit. Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quibus verbis, uitam religiosam expressit, nõ eum temeritatis arguit, vt alibi fecit, imo præmiũ poscenti maius promittit, quã ille excogitare posset, promittens centuplum, & iudiciariã potestatem, ac uitam æternam. Si ergo ea quæ teneris præstare id religione præstas, magnum miraculum facies, & præcipuo loco te à Deo habendum crede.

A
Ma. 15
B
Lu. 27.
Isa.
Chry.
C
Berna.
Ma. 19

Sed

A Sed vt vitę religiosę miracula melius expendamus, tria illius uota consideremus, & quomodo illa implere debeat religiosus ui leamus, & quantum cuiq; miraculum si adiunctum.

Et primũ de obedientia dicamus, qua mirabiles parit Victorias religiosus, quo niam vt Sapiens ait. Testis mēdax peribit, vir obediens loquetur uictorias. Sed quænam ista oppositio est. Venerabilis Beda, vt membrorum oppositionem indicet, sic exponit hęc verba. Qui se Deo seruire testatur, nec factis dicta exequitur, peribit, qui autem fideliter, ut promittit, iustis subditur diuinis, huius loquela ad uictoriam perueniet, quia dum per obedientiam suam uincere satauit, per iustitiam iudicis postmodum victoriæ palmam percipit. Hæc ille. Ex quib. colligitur his verbis sapientis describi religionem, inobedientem, & obediẽtem, Inobedientem appellat testem mendacem, quia veste, ac professione testatur se Deo deditum, cum tamen opere id non impleat. Aliud ergo exterius, aliud interius gerit, & ideo mendax est. Obediens vero dicitur victoriam loqui (quãinobediens loqui non potest, imo tanquam testis mendax confundetur, deprehensus in mendacio,) quia obediẽtia prę stita uniuersos supat inimicos. Etenim opera obedientię eo tendunt, ut dæmõ, mundus, & caro superentur, & ideo obediens illis superatis, uictoriam a se reportatam loquetur, ac narrabit.

Pro. 21

Beda.

B

C Primum ergo, quod in Dei domum venientibus proponitur, obedientia est. Hinc Sapiens. Custodi pedẽ tuum ingrediens domũ Dei, & appropinqua, ut audias. Multo.n. melius est obedientia, q̃ stultorũ victimæ, q nesciunt, quid faciãt mali. Recte nos sapiẽs monet ingredieris in Dei domũ, custodi pedẽ; Hispane dicitur. (Mira con que pie entras, o mira como aſetas el pie,) Nec enim temere ingrediendum est in Dei domum. Ideo intrepide accedens ad rubum Moyses audit. Tolle calceamentũ de pedib. tuis terra enim, in qua stas, sancta est. Ad spinas vocatus, pedibus nudis venire præcipitur, vt caute incedat. Cum religionem

Eccl. 4.

Exod.

ingrederis in terrã sanctã uenis in Dei A domum custodi ergo pedẽ. Sed ait, quõ mihi ingrediendum est? Addit sapiens. Appropinqua, ut audias, i. ut obedias, inclina aurem tuam. Primum, qd Eliazer Rebeccę tribuit, fuerunt, inaures, & armillæ, ornamenta auriũ, et manuũ. i. obedientia uoluntatis, & operis. Primo ergo appropinqua, ut audias. Audi Dei uocẽ Vt mundum dereliqueres, & in religionem venites, Dei vocem audisti. Impletumq; in te est illud Psal. Vox domini p̃ parantis ceruos, & reuelauit condensa. Quid.n. ceruos ad cursum præparauit, nisi Dei uox? Vel Dei vox p̃parare dicitur ceruos, quia tonitruo facto c. ruas difficillimas in partu parere facit, & fœtum edere, difficile tibi fuit mundum de scere re, sed Dei uoce hunc edidisti partũ in lucẽ. Ille uoce sua reuelauit condensa, B vidisti.n. te in condensis montis conclusum, vt currere non valeres, sed nec incedere, ad Dei uox uiam tibi aperuit, ac fecit, ut uniuersa impedientia tollerentur. Tecum.n. id fecit, qd cum Loth factum legimus, quem urgebant Angeli, ut à Sodomis exiret, sed dissimulante eo, apprehenderunt manum eius, & eduxerunt eum. Vocauit te Deus sępius, ut à mundo exires, tu dissimulabas donec te Deus apprehendit, non uiolenter efficaciter tamen, & è mundo eduxit, eo quod nolet. te perire. Emitte manum tuam de alto eripe me, & libera me de aqs multis, orabat Psaltes. Et sponsa ait. Misit manum suam per foramẽ, & uenter meus contremuit ad contactum eius, & surrexi, & aperui dilecto meo. Omnis boni nostri initium fuit, hanc audire uocem, hæc uox Domini in uirtute cędros confregit hæc nos in Dei domum traxit. Quid ergo nunc faciendum ei est, qui Dei domũ ingressus est? Appropinqua, ut eandem uocem audias. Hoc maximũ religionis priuilegium est, quod in illa est uobis Dei non perpetua, quam audiamus. Cũ Paulus ostendisset diuersitatem Iudæorum, & Gentium interrogat. Quid amplius Iudæo, quam Græco, & quæ circũcisionis? Et rndet. Multum per omnem modum. Primum, quia credita sunt illis eloquia

Ge. 24.

Psa. 23

Gen. 19

C Ps. 143

Can. 3.

Rom. 5

A eloquia Dei. Quod Dei vocem in aliquibus audierint. ait Paul. Mu tũ per omnem modũ. Et Baruc similiter ait Beatissimus Israel, quia, quæ Deo placet, ma-
Baru. 4 nifesta sunt nobis. Quid obsecro erit, in oib. et minutis finis Dei uocẽ habere, docentem nos, qd illi maxime placeat Id nanq; ꝙ obedientia imperat tunc summe Deo gratum est. Est superior oraculũ, in quo diuina accipimus responsa; ꝙ Moysi taberna culũ erat, hoc nobis superior est, ibi os Dñi interrogabat, ne deciperetur, hic nos Deum audimus loquentem. Quia qui uos audit me audit. Sum-
Ma. 10 mum fuit Israelis priuilegium illud, ꝙ Num. 10. dr, quod qñ proficiscendũ erat eleuabatur nubes de tabernaculo fœderis, cum ergo illa eleuabatur, ac præcedebat, ambulabat Israel cum quiescebat,
B quiescebat et populus. Hoc nobis obedientia præstat in cæli via. Cõsidera nũc hominem viam agentem, cuius maxime interest, uiam rectã tenere te & cum plures offendat uias, anxius est, q̃ tenere debeat, & si illam tenuit, quam ex anxius, quam nesciat, an rectam tenuerit. Si uero alius eam viam agat, & fidelissimum habeat ductoré, magno perfunditur gaudio, quia nouit rectam se incedere viam Est in nobis conscientia aliquando delectans aliquando torquens nos. Conscientia enim est applicatio scientiæ, & iõ quẽ admodum artifex, qui intellectu habet scientiam, postquam aliquod opus perfe-
C cit, applicat illi scientiam quod si uideat secundum illam factum fuisse opus læta
D tur, si secus tristat. Si dubitat anxius est, ita in nobis est lumen naturale, & fidei cumque operamur applicamus lumen operi, & si secundum rectam rationem, ac fidem factum esse c nspicimus, gaudemus Et ideo Paul. ait. Hæc est gloria nostra testimoniũ conscientiæ nostræ. Si uero contra rationem factum agnoscimus
2. Co. 1 tristamur, & hic dicitur conscientiæ vermis et morsus. Si dubitamus, anxiamur Dicet ergo in multis doceat nos lumẽ naturale ac fides in multis uero nescimus, quæ sit voluntas Dei, quia in certæ prouidentiæ nostræ, & iõ anxij sumus, an Deo placeamus. Vt ergo peccatis sana simus

conscientia, obedientia nobis præstat, at A
in minimis diuina nobis voluntas nota sit, quando surgendum, quando cubandum, quando comedendum, quando laborandum, quando oradũ. Possumus merito superiores vocare Angelos illos de quibus. Psaltes ait. Angelis suis mãdauit de te, ut custodiant te in omnib. vijs tuis in manib. portabũt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ. In omnibus Ps. 909
enim vijs nostris ab Angelis ducim⁹, ne declinemus a uia recta, in manibus nos portant, ne offendamus. Nec uero mireris, si superioré Ange'um dixi, sic enim eum compellat Dominus q de Iosue loquens ait. Ecce ego mittã Angelũ meũ, qui præcedat te, & custodiat in uia, & in Ex. 23 B
troducat in locũ, quem præparaui obserua eum, & audi uocem eius, nec cõtenendum putes, quia nõ dimittet cum peccaueris, & est nomẽ meũ in illo, quod si auris uocẽ eius, inimicus ero inimicis tuis, &c. Ducẽ populi Angelũ dicit, ut sciam⁹ plus q̃ hominem superiorem esse, nec inspiciendum a nobis tanquam hoiem, sed tanquam vices Dei gerentem. Dicit etiam Angelum, quia sicut Angelus recipit a Deo, quæ nobis communicat, ita superior a Deo recipere debet, quæ inferioribus destribuat, & demũ dicitur Angelus, quod est nomen officij, quia missus est a Deo, ad annunciandum nobis voluntatem ipsius. Sumum profecto religioso cõcessum priuilegium. Dic obsecro, quanti duceres, si in aurora cuiuscunq; diei intraret in cellam tuam Ange- C
lus, & in papyro scriptum tibi daret, qd illa die agendum tibi esset, ac diceret, hoc, & hoc Deus a te vult? quo feruore illa exquereris? Sed aliud longe maius priuilegium tibi cõcessum est, quoniam huic particulari reuelationi tuæ posset subesse fallum, ut uniuersali reuelationi re- Ma. 10
ligionis subesse nequit, quoniam Christus dixit: Qui uos audit me audit. Est ergo superior Angelus fidelis Dei annuntians voluntatem, hic præcedit te in uia, & introducet in cælum, fidelis est ductor, cui secure te committere potes, obserua ergo eum, reuerentiam exhibe, nec putes contemnendum, quia est nomen

meum

A meum in illo est Christus Domini, Dei uirtutem habet, pro rex Dei est.

Vnum restat de obedientia dicẽdum, et illud est, ut in oĩbus obediamus in m i nimis, & in difficilibus, in his namq; ab obediẽtia solemus discedere, in minimis quidem, quia minima apparent, in difficilibus uero, quia ardua sunt, nosq; ad ea abnegari oportet. His uero, qui in minimis non obediunt, dicimus, minima hęc putas, cum magna sint. Nihil minimum est, si Dei uoluntas illud velit a te in virtute non proficis, perfectionem nõ assequeris, dona cælestia nõ participas, quia hæc minima nõ curas, quo ergo minima B dices, quæ tantorum bonorum impedimentum sunt maximum? Nõ ergo minima censenda sunt, a quibus maxima bona nostra pendent. Nunquid minimum ducit regis minister, regi displicere in aliquibus, si videat, ob eam causam beneficia maxima ei non pręstari? His uero q in difficilibus non obediũt, dicimus, eos obedientes nequaquam dicẽdos, licet in alijs obediant. Quia virtus, sẽdm Aristotelem, versatur circa difficile, ad ea, q̃ facilia, ac leuia sunt, non erat opus virtute, Cum ab obediẽtia tibi iniungitur, quod facile est, quod voluntati tuæ cõsonat, q d mirum, si obedias? etiãsi obedientia nulla esset, illa præstares. Qñ aliquid occurrit arduum, ibi uirtus obedientiæ cernit, C ibi in Deũ fidelitas apparet, sicut fortitũ

2. Reg. 23. Dauid, cũ irruere oportuit in medios hostes, et aquã de cisterna Bethlehem. Petit Saul a Dauid centum præputia Philisti-

1. Reg. 18. norum, & ille attulit ei ducenta. Si ergo aliquid arduum, ac difficile tibi occurat, in quo obediendum sit, memor esto uerborum illorum Dauidis ad Achis, q̃ perpetua memoria tibi sunt conseruanda. Nũc scies, quæ facturus est seruus tuus.

1. Reg. 28. Dixit hæc Dauid, cum prelium ineundũ erat. Bellum quidem tibi imminet, et difficilis pugna, cum obedientia aliquid arduum iniungit, cum honos, ac uoluntas propria abneganda, cum iudicium mortificandũ. Dic ergo tunc Deo tuo. Nunc videbis, q̃ facturus est seruus tuus. Nunc fidelitatem in te meam ostendam. Nunc obedientiam, & uirilem animũ declarabo. Nũc ostendam me obedientem usq; A ad morte si oportuerit, Difficilis res propria obedientiæ materia est, in qua se totum Deo tradit homo, totũ se tibi Deus, tribuit, totum te illi tribue nihil tui excipiens, nihil subtrahẽs. Totum ergo te in Dei manibus pone, & dic ei, totus um tuus, fac de me, quod libuerit, quasi de re omnino tua. Sed forsan dices. Multa amittam, si hoc egero. Ne scis Dei tui ingenium, parua si tollit, multa cõcedit, unũ lignum abstulit Adæ, sed ait. Ex omni li-

Gen. 2. gno paradisi comede, quod mire expẽdit

Grego. Greg. 53. Moral. qui parua aufert, & magna concedit. Diximus mirabile, q̃ religiosus præstat obediens, cum se totum Dei tradit. Dicamus secundum mirabile, q̃ efficit, dum virginitatem, uel castitatem seruat, & qua ratione illam seruare debeat, & quo modo. Rõ quidẽ maxima B illa est, q̃ gratissima Deo uirginitas est, sicut luxuria ingratissima, propter quam maxima supplicia a Deo inflicta in scriptura diuina traduntur, de quibus uide in hoc tomo, in materia de tribus nimicis hoĩs, cum de carne agitur ultima concione illius tractatus. Quã uero sit Deo grata virginitas, ex illo colligi põt quod Ioannes uidit, cum ait Et uidi, & ecce agnus stabat super mõtem Sion, & cũ eo

Ap. 14. centu quadraginta quatuor millia, habẽtes nomen eius, & nomẽ patris eius scriptũ in frõtib. suis. Et audiui uocẽ de cælo tanq̃ uocem aquarum multarũ, & tanq̃ vocem tonitrui magni, & uocẽ, quam audiui sicut cytharœdorũ cytharizantiũ in cytharis suis. Et cantabant, quasi cãti C cum nouum ante sedem, et ante quatuor animalia, & seniores, et nemo poterat dicere canticũ, nisi illa centũ quadraginta quatuor millia, q empti sũt de terra. Hi sunt, qui cũ mulierib. nõ sunt coinquinati virgines enim sunt. Hi sequũtur agnũ quocunq; ierit. Hi empti sunt ex hoĩbus primitiæ Deo, & agno & in ore ipsorum nõ est inuentũ mendaciũ, sine macula n. sunt ante thronũ Dei. Hęc verba dñr ad cõsolationẽ piorum, ut nouerint pręmiũ virginum, Agnus Christus est, qui licet occisus sit stat, quia resurrexit, super mõtem Sion, idest, in cœlo, ut in Psalmo. Ps. 81

Videbitur-

A Hier. Videbitur Deus deorum in Siõ. Numerus verò ille virginum secundum Hier. li. 1. aduersus Iouinianũ, ex Iudæis in fine mundi conuertẽdis colligetur. Secũ-
Aretas dũ Aretã virgines illi ex gẽtib. & Iudęis colligent, & licet plures sint, ponitur numerus finitus pro infinito uel forte ille numerus virginũ erit tpe Antichristi. Habẽt in frõtib. Dei nomẽ, qa nõ illud erubuerũt sed palã confessi sunt. Vox uero horũ uirginũ describit fuisse tanq̃ uox aquarũ multarũ.i. multorũ populorum, Sed statim duo aduersa dici uident, qa ait, tanq̃ uocem tonitrui magni, & sicut cytharædorũ cytharizãtiũ, Quo.n. terribilis, & dulcis erit? Certe tonitrui uox ẽ, quia magna est, & cęlestis profecta ex altitudine cęlestis vitæ, q̃ uirgines ducũt, q̃ ẽt tanq̃ tonitruũ terret hoies, q quasi
B miraculũ obstupescũt uirgines. Suauis uerò concentus est oĩb. sanctis. Cantabãt uero quasi canticũ nouum, quale.s. Ioannes, non audierat, licet cælestes uoces prius audierit. Canticũ hoc erat grãrũ actio, plena exultationis, q̃ Deo reddebant pro tãto dono uirginitatis eis cõcesso, pręsertim in mundo adeo infecto.
Greg. 3 p. past. admo. 29. Greg. ait. Singulariter quippe canticum agno cantare, est cũ eo in perpetuum p̃ cũctis fidelib. ẽt de incorruptione carnis gaudere. Sed qd est, q nemo poterat dicere, aut discere, ut est in Græco exẽplari, cãticum illud, nisi uirgines? Certe, qa gaudiũ illud, ac exultatio ppetua de uirginitatis dono aliis non contingit. Cum
C ait, nõ poterant discere, aut dicere, significari vr, illos dare operam, ut discãt, sed non posse assequi q conantur. Nec uero intelligẽdus est conatus aliquis, quo frustrẽtur. Sed q uidentes adeo Deo charã uirginitatẽ gauisuros fuisse, si sibi quoq; virginitas contigisset, sed nec dolẽt, q eã nõ habẽt, nec habentib. inuident. Addit uero Ioannes, hos emptos de terra, licet .n. oẽs electi Xpi sanguine empti sint in peculiũ Dei, sed peculiari rõne uirgines, ut Deũ in corpore, & aĩa haberẽt, & tanq̃ primi fructus, qui gratiores esse solẽt, Deo offerrẽtur. Et hoc est, q inferius dicit. Hi empti sũt ex hoĩb. primitiæ Deo, & agno. i. hos tanq̃ gratissimos fructus sibi Christus dari uoluit, ut eum puritate corporis, & aĩæ imitarentur. Primitię .n. sunt de primis, ac præstantiorib. fructib. & ideo gratiores sunt. Sed quid est, q addit. Hi sequũtur agnum quocunq; ierit? Nũ Xps discurrit per cęlum? Aug.
Aug. lib. de sãcta uirg. c. 27. 28. & 29. ait. Quo putamus eum ire, in quos saltus, & prata, quo nemo eum sequi, uel audeat, uel ualeat, nisi uirgines? Prata hæc gaudia sunt beatorum, uirgines uero sequũtur agnum in gaudia à cæterorũ oĩum gaudiorum forte distincta propr a uirginũ Christi. Nã sunt (inquit) aliis alia, sed nullis, talia. Quid est eũ sequi nisi imitari? Hũc i eo quisq; sequit, in quo imitatur. Cæteri igitur beati sequuntur agnũ, sed non quocunq. ierit, quia in gaudia uirginitatis nõ sequunt. Virgines aũt in oĩb.
B eũ imitãtur, & iõ quocunq. ierit, sequuntur. Hier. in lib. qui inscribitur uirginitatis laus ait: De his B. Ioannes loquitur,
Hier. q sequuntur agnum, quocunq. ierit. Qd ita intelligendum puto, nullũ eis locũ in cęlesti aula claudendum, & cũcta eis diuinarũ mansionũ habitacula referãda. Exemplo res fiet manifestior. Est hic hõ uxorẽ habẽs, sorores, ac propinquas, oẽs huic homini adhærent, sed diuersimode etenim uxor plusq̃ reliquæ, & illa sequitur uirum, quocunq; ierit, non reliquæ. Nũc ergo sciendũ est, his in reb. beatos potiori gloria, ac gaudio fruituros in cœlo, quibus pp Deum caruerunt in terra.
C Quia ergo uirgo uoluit ĩ terra carere cõsorte, in cęlo hac in re alios superabit, ut Chro fruatur, eius societate delectetur, ei adhæreat tanq̃ spõso, plus q̃ reliqui, q uiris adhæserunt, uel uxorib. & ideo tãquam sponsæ sequuntur eum quocunq; ierit, idest, nunquam à latere eius discedunt, ei adhærent singulari gaudio, quia propter eum alteri adhęrere noluerunt. Tanto in pretio Deus uirgines habet, ut infidelium uirgines honorari uoluerit, & uirgines reseruari ab internecione p̃ceperit in lege, dicens, uirgines tantum reseruate, grande enim miraculum uirginitas est. Sed quia de obedientia, castitate, ac paupertate pauca diximus, Concione sequenti aliqua adijciemus.

A CONCIO IIII.

De statu Religionis, & de tribus illius votis seruandis.

THEMA.

Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere, &c. Eccles. 5.

Religiosus, & regula à regulando dicta sunt, quia hoiem ligant. Sed cur homo ligatur? Certè homo per peccatū stultus ac furiosus redditus est, & ideo eū ligari oportuit, cum prius solutus esset, ne nunc oīa perdat, ac vastet. Vis furiosum
B ligatum à Deo uidere? Attēde maximū
Dan. 4 illum Nabuchodonosorem superbia elatum, qui ait: Videbam, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia magna arbor, & fortis, & proceritas eius cōtingens cœlum, &c. Et ecce uigil, & sanctus de cœlo descendit, clamauit fortiter & sic ait. Succidite arborem, & præscindite ramos eius, & excutite folia eius, & dispergite fructus eius, fugiant bestiæ, q̄ subter eam sunt, & uolucres de ramis eius, ueruntamen germē radicum eius in terra finite, & alligetur uinculo ferreo, & æreo in herbis, quæ foris sunt, & rore cœli tingatur. En in figura expressū,
C ꝙ religioso accidit. Quid.n. aliud homo
Mar. 8. in mūdo est, q̄ arbor, & uniuersa quidem: Sed video, ait cęcus, hoīes ambulantes sicut arbores. Magna arbor ista erat, & cęlum contingebat, licet.n. aliqñ humilis sit hō, & quasi filius terræ, tñ cogitatiōe sua, ac spe magnū se eē credit. Cūq; ambularet in magnis, & mirabilib. super se, venit uigil sanctus de cęlo clamās for
Ps. 28. titer, & ait, succidite arborē. Clamauit uocē grādi Deus, & cū uox dñi sit in virtute, vox dñi confringentis cedros, confregit hāc cedrum magnam, & uoce sua ostendit ei nihil oīa esse, & quemadmo
4.Re.7 dum olim fecit audiri sonitum grādem in castris Syriæ, & fugerunt, omniaque reliquerunt, aīas tm̄ suas saluare cupientes, ita fecit tecum, terruit.n. te mortis, iudicij, aut gehennæ metu, effecito; ut oīa relinqueres, & aīæ solius salutem curares. En arborem pręcisam, en ramos dissipatos. Quid amplius huic arbori agendum restat? Ducitur in religionem hō, non superbus, sed humilis, nō magnus, sed paruus, & ideo germen radicū merito appellari pōt. Alligatur uero uinculo ferreo, & æreo, cum trib. abstringit uotis, ac regulæ obseruatione, en ligatum hoiem. Sed rore cæli intingatur, & gratia cęlesti perfundatur, quæ uincula illa facile sustineat, carcer quidē religio est, & simul paradisus: paradisus, quia ros cęli illuc descendit, sicut manna in desertum, & sic ponit Deus desertum in delitias. Carcer vero, quia ligatur homo, paradisus, quia Deus in carcerē hūc descē-
B dit, vt cū hoie sit, sicut de Ioseph Sapiens
ait. Descenditq; cum illo in foueā, & in vinculis nō dereliquit eū. Sicut.n. ex inferno paradisum fecit Christus, cū ad illū descēdit, ita ex carcere paradisum facit. Est carcer, in quo somnia exponuntur à Ioseph, quia in religione apparet ueritas somniorū mūdi, in ea.n. cernit uanitas eorū, quæ in mundo sunt. In ea dr̄ illud
Ps. Velut somniū surgentium dñe in ciuitate tua imaginē ipsorū ad nihilū redi ges. Si oīa mundana uana non putas, nescis cum Ioseph somnia interpretari in carcere. Ligaris quidem in religione, q̄
C si in carcere, sed audi quib. uinculis. Audi fili (ait Sapiens) & accipe cōsilium intellectus, iniice pedē tuū i cōpedes illius, & in torques illius collū tuū, subiice humerū tuū, & porta illā, & ne accedieris vinculis eius, i nouissimis.n. inuenies requiē in ea, & cōuertetur tibi i oblectatio nē, & erūt tibi cōpedes illius i protectio nē fortitudinis, & bases uirtutis, & torques illius in stolā gloriæ. Decor.n. uitæ est in illa, & uincula illius alligat à salutis. Carcer sapiētiæ religio est, uincula i ea sunt, sed alligat hō in salutē ęternā, & torques illius aureus ē. Alligatur hō, ut Deo adhæreat, ut uat irati mūdi nō seruiat, ut uas sit in honorē, nō in contumeliam. Cū religiosis id Deus facit, quod Salomō cū filiis Israel, de quo 3. Reg. dr̄ Horum filios (scilicet Hethæorum, & Amorrhæorum) Fecit Salomon tributarios. De filiis autem Israel nō cōstituit,

Sap. 10

Ps. 72.

Eccl. 6.

3.Re.9

Salo-

A Salomon seruire quemq̃, sed erant viri bellatores, & ministri eius, et principes, & duces, & perfecti curruum & equorũ. Ita ōino Deus in domo sua disposuit, sic enim in magna domo sũt uasa aurea, & argẽtea, sũt et vasa fictilia, ac vilia, & in domo regis sũt prĩcipes viri, ac illustres
Ro. 5. & sũt alij ministri inferioris ordinis. Et sicut rex Babylonis de pauperibus terræ
Leu. 9 reliqt vinitores, & agricolas, nobiles vero, ac prĩcipes uiros, secũ duxit, ita Deus hoĩes uires in sæculo relinquit, ut tẽporalia curent, vt generationi uacẽt. Religiosos uero noluit his occupari, sed ipsi uacare, & iõ a populis sustentari, dicẽte Psa. Labores populorũ possederũt, ut custodiãt iustificationes eius, & legẽ eius requirãt. Id ipsum Sapiẽs ait. Homini bo-
B no dedit Deus sapientiã, & scientiam, et lętitiam. Peccatori autem dedit afflictionẽ, & curam superfluam, vt addat, & cõgreget, & tradat ei q placuit Deo. Et hac ratione sustinere Deus peccatores solet, ut religiosos iuuent in temporalibus.

Sed iam uincula religiosi attẽdamus,
Apo. 3 & vota explicemus, qb. ligatur, uideamusq; quo pacto ea seruare debeat, ne ĩ
1. Cor. currant in crinẽ, q Sapiens, uitãdũ mo-
12. net, & merito, ait. n. Si quid uouisti Deo, ne moreris reddere. Optimũ certe uotũ est, & iõ Deo gratũ, & meret, q cõ illud emittit, & qñ pfecta exequit, & opus ex uoto factũ maioris est meriti, ut probat D. Th. 2. 2. q. 88. ar. 6. quia pter laudẽ virtutis, cuius opus exercet, accedit decor religionis, quę opus illud in Dei cultum
C ordinat. Et sic intelligi põt illud psal. qd plumæ argenteæ deaurantur in colũba, qñ virtutum opera splendorẽ accipiunt ex reuelatione Dei. In cuius signum in Leuitico dr. Sacrificium, quod thus hẽt coniunctum, offerri in suauissimũ odorem dño, per thus uero in mẽtis Deum relatio significatur. Vouisti ô hõ, recte fecisti. Sed caue, ne de illis sis, de quibus sapiens ait. Vẽtus, & nubes, et pluuia non sequẽtes, uir gloriosos, & promissa ñ cõplẽs. Qui. n. promissa retractat edibilis Deo est. De quo Sapiens ait. Est qui pro
D. Th. mittit & quasi gladio compungitur cõscientia. In quem locum Beda ait. Quidã promittũt, at ubi tẽtatio terrẽs siue blan- A
diens impedimentũ pręstiterit, deserunt quidem cœpta, sed in conscia premissi, quasi gladio punguntur. Qui n uotum non implet, gladio transuerberatũ cõgeritur. Recte ergo monet Sapiens. Vouisti Deo, ne moreris reddere, quibus verbis non solum fidelitas cõmendatur, sed & promptitudo, ac celeritas, quia bis dat, q cito dat, & hilarem datorẽ diligit Deus, Augu.
ut Paulus ait. Ideo dominus per Micheã ait. Prę eo quas ficus desiderauit aĩa mea, idest, primas ficus, quæ vulgo dicuntur (Breuas) prompto. n. ac celeri animo vota reddẽda sunt. Displicet enim Deo in- Dan. 2
fidelis; & stulta pmissio. Infidelis. n. est qui promissis nõ stat. Primum promitti Bar. 3.
mus obedientiam. Cuius exemplar sin- B
gulare Christus fuit. De qua Paulus ait. Et quidem cũ esset filius Dei, didicit ex his, quæ passus est, obedientiã. Experientia obedientiã didicit, & ei magistri fuerunt flagella, claui crux. Venisti ad scholam obedientiæ, cum religionẽ intrasti, ait Basi. Vis nosse, quomodo illã disces? Scito cõciones esse lectiones emortuas, vis lectionem uiuam, qua discas obediẽtiæ bona? Didicit ex his, quæ passus est, opere obedientiam implere, à mandatis tui intellexi, ait psalm. Aliquo ergo die, uel aliquibus cura perfecte obedire, & tãta bona obedientiæ experieris, ut plura sic discas de obedientiæ bono, quam si multas de hac re conciones audieris. Sic Christus didicit. Qui factus est obediẽs vsque ad mortem, id est, cõtinuo, obedi- C
uit, non uno, uel duobus anni, sed omni vitę tempore, usque ad mortem, vniuersa vita obediuit, quam clausit obedientia, dum inclinato capite emisit spũm, Vel aliter, usque ad mortem, idest, non Psa. 65
in rebus facilibus solum obediuit, sed in difficillimis, tu mors crucis fuit. Bernardus aliter explicat illud, didicit in qua passus est obedientiã, idest didicit in corpore, ex his, quæ passus est in capite quasi dicat. Maxima sua obediẽtia edocuit corpus suum mysticum, quomodo oporteat obedire. Primus homo inobediens fuit, & sua inobediẽtia nos expulit à paradiso, & exemplo suo homines inobe-

A dientes fecit,& mũdum impleuit inobedientia. Secundus uero Adam sua obedientia nos introducit in paradisum,& exemplo suo nos docet,obedientes esse; & quasi compellit in paradisum, & obedientiam intrare.

Sed quid est obedientia? Certe vita obedientis,& obedientia est ueluti cõtinuum sacramentum sanctificãs iugiter religiosũ. Sicut enim sacramenta sanctificãt nos, & sub uisibili signo est diuina vis sãctificans animam. Ad eum modũ obediẽtia perficit nos suo modo. Et quẽadmodum exteriora sacramentorum in minima re sũt,ut aqua,species panis,& vini,verba,oleũ. Nec tamen ex his exterioribus pẽsanda est eorum vis,quę mira interius latet,ita si opera exteriora attendas,quę obedientia iniungit, aliquãdo minima uidebuntur,sicut & illa mãdata,de qbus cœlestis magister ait. Qui soluerit vnũ de mãdatis istis minimis. Sed in his minimis latet diuina vis,animam perficiẽs. Sicut enim ingressus officinam eximij pictoris,et pulcherrimas imagines depictas admiratus,interrogas quibus instrumentis hæc facta sunt? Audis uero minimis,ac uilib. penicillis formatas fuisse, quia illis vt instrumẽtis vsa fuit docta artificis man⁹. Sic imaginẽ suam Deus in nobis pĩgit minimis obedientiæ opibus. Noli ergo despicere minimos penicillos, qui instrumenta sũt diuinæ manus nos perficiẽtis. Si uero q̃ras,unde tantæ uis,ac celsitudo operum obedientiæ sit dicam tibi, qa diuina voluntas illis adest,nec minimum putãdũ est,quod Deus præcipit. Sicut enim adamas,uel margaritum positũ in annulo, siue aureo,siue argento,siue plumbeo,illum reddit maximi pretij,ita diuina voluntas,cuicunque rei adsit,illam pretiosam reddit. Hinc Christus ait. Non reliquit me solum,quia ego,quę placita sint ei,facio semper. Hinc et dixit Raphael Thobiæ. Nolite timere. Etenim cũ essẽ vobiscum per uoluntatem Dei erã ipsũ benedicite,& cãtate illi. Quasi dicat,nolite mirari, quod cũ ego unus sim ex septẽ spiritibus,qui in conspectu Dei sũt, in terram descẽderim,& officium ministri,ac pedisseq gesserim,quoniam id faciebã Dei uoluntate,atque præcepto,& quidquid Deus præcipit, licet infimum uideatur magnum est, nec indecens supremo seraphino. Memoriæ profecto mandãda sunt uerba Raphaelis,ut nihil nobis indecens,aut minimum putemus, si ex obediẽtia iniũctum fuerit, quoniam per uolũtatem Dei illud præstas, facere uero quod placitum Deo est,maximum omnino est. Obediamus ergo,ut uotum impleamus obedientiæ. Cauenda uero inobedientia est,quam nullus sustinere valet, nec terra ipsa. Vnde Dominus in Leuitico ait. Custodite leges meas,& iudicia mea,& facite ea,ne uos euomat terra,qua itraturi estis. Leo deuorat inobedientem Prophetam. Mare Ionã inobedientem non patitur. Paradisus nõ sustinuit inobedientes. A regno expellitur Vasthi,quia inobediens, euomit deniq; terra inobediẽtes, quomodo ergo eos religio sustineb.it? Secũdũ uotum est paupertatis,quo omnia terrena relinquuntur. Sed ut quid ea relinquẽda sunt? Certè,ut X pm citius, ac liberius sequi possis,eumque crucifixum imitari Augustinus ad Probam ait. Diuitię matres sunt delitiarum, contra paupertas mater est crucis,multa habet pauper, quæ patiatur, sicut multa habet diues, in quibus delectetur. Sicut Rebecca in camelo sedens uidit deambulantem Isaac,& descendit de camelo, ita videntes animæ Christum sponsum pauperem, ut eum imitentur,omnia relinquunt. Sicut uestibus regis nudatus est Dauid, ut arcam duceret regiam, ita ut nos Christus duceret in cœlum, pauper factus est, quem vt imitentur sancti, nudant se, ac bonis exspoliant. Difficile enim Christum diues sequitur. Quærit ait Bernardus, cur Deus Petrum super aquas fecerit ambulare, cum Israelem super aquas magis non duxerit. Et respondet. Nimio pondere grauabantur Israelitæ onerati diuitijs Aegypti. Sed Petrus, qui prius dixit: Ecce nos reliquimus omnia,aptius erat,ut super aquas ambularet. Sed qđ impedimentum diuitiæ præstant, ne Chri-

Marginalia: B; Mat. 5.; Simile; C; Ioan. 8; To. 12; Le. 20.; 3. Reg. 13.; B; Ester 1; Ge. 24; 2. Re. 6; C

A Christũ liberè sequamur. Refert Arist.
Arist. Plin. Plin.& hi, qui de rerum naturis scripsere. Piscem esse miræ uirtutis, qui Græcis dr Echeneis, Latinis Remora, & cũ paruus sit q̃titate, si adhæreat nauigio, illud detinet, licet ui uentorũ, ac remorũ duceret.
Simile. Quò docemur, aliquid posse esse impedimentũ ei, qui uiã agit in cęlũ, ductus illo spũ, de quo Psal. Spũs tuus bon⁹ deducet me in terram rectã.
Ps. 142 Sed qđ illud? Certè cupiditas diuitiarũ, parua res hæc cupiditas est, quia parua sunt ea, quę cõcupiscit, sed non parum detinet uiã agẽtes ĩ cęlum, licet sint de his, qui ut nubes, uolant. Sicut ergo Pharao desiderantes Israelitas Deo sacrificare detinet, dicẽs,
B opprimamus eos operibus luris luti, & lateris.
Exo. 5. Ita dæmõn quos uidet desiderantes sequi Christum, cupiditate tenet.

Maximam difficultatem Christus posuit in diuitis salute, adeo ut dixerit, difficilius esse, diuitem intrare in regnũ cęlorum, q̃ camelũ p foramẽ acus.
Mat. 19 Ex quib. uerbis quidam collegerunt, impossibile esse diuitem saluari. Sed id hæresis est, vt patet in Conc. Gangrensi, & refertur
Concil. d. 30. c. hæc autem. Qui dixerit diuitem in iustitia, & bonis operib. non saluandũ, anathema sit. Licet uero saluari possit, difficile tñ, qa diuitiæ spinæ sunt verbum Dei suffocantes, licet. n. cum uerbũ Dei audierit, proponat bona agere, tñ tot curis grauatur, & humanis respectib. ut nihil opere præstet. Et in diuitiis
C radicem hẽt oĩum peccatorum. Iõ Paul.
1. Ti. 6. Radix omnium malorum cupiditas, qa sicut arbor à radice uirtutem fructus pducendi recipit, ita à diuitiis fomentum recipiunt uniuersa peccata. Hinc fit, ut diues multũ timere debeat, salutẽ amittere sempiternam, & ideo a Deo maxime deberet perpetuo pendere. Id uero silentio non est prætereundum, q̃ camelo similem dicat Christus diuitem, sicut. n. camelus absque debita proportione est, ita & diues abſq; proportione esse solet in multis in sui æstimatione, in aliorum despectu, in uestib. in domo, in cõuiuiis, innumera. n. in eis superflua uidebis, & absq; debito ordine, ac proportione. Deinde genuflectit camelus, ut oneretur, ita diues cum multa quærat, ac ambiat, A sæpe genuflectit his, qui ea præstare possũt, & ut amplius oneretur genuflectit. Cũ ergo adeo difficile sit, diuitẽ saluari, qui intense salutẽ consequi optat, oia dimittit, sic enim liberius Christum sequi, & facilius salutem consequi poterit.

Secundo in paupertatis uoto ostenditur homo seu uirum optimum, & ad perfectionem tendentem. Aiebat Socrates, Socra. Quid est in causa, quod cum in theatrum conuenit uniuersus populus, si dicatis, qui uniuersis præest, surgant scholastici, soli illi surgant, si dicat, surgant mercatores soli illi surgunt. Si uero dicat surgant uiri boni, & optimi ciues, nullus non surgit. Certes, ait Socrates, omnes credunt se uiros bonos, amore sui cæci, B uel uideri uolunt uiri boni, licet nõ sint. Sed qua in re agnoscẽtur uiri boni? Certe ille uir bonus est, & segregatus à peccatoribus, qui uiam tenet contemptus omnium, quæ in mũdo sunt. Duæ sunt uiæ, quę probos ac improbos separant quæ significantur in diuisione Abrahæ, & Loth, cum enim ab inuicem discessuri essent, eleuatis oculis uidit Loth omnem circa regionem Iordanis, quæ uniuersa irrigabatur sicut paradisus Domini. Elegitq; sibi Loth regionẽ circa Iordanem, & recessit ab Oriente. Abraham uerò habitauit in terra Chanaan. Ge. 13. Ita ergo duplex est in mundo uia, altera, quæ ducit in Sodomam, diuitiæ, scilicet ac delitiæ, & hanc uiam peccatores C tenent, qui temporalia magnifaciunt, ac sectantur. Boni uerò ea paruipendunt, ac uilia reputant, implentes illud. Si separaueris pretiosum à uili, quasi os meũ eris. Hie. 15. Et hæc est scientia sanctorum, quã à Domino traditam Moysi Sapiens ait, ut negaret se filium filię Pharaonis. Magis eligens affligi cum populo Dei, quã temporalis peccati habere iucunditatẽ. Sap. 10 Heb. 11 Cui similem æstimabo generationem istam? ait Christus de peccatoribus loquens. Similis est pueris sedentibus in foro. Pluris æstimat puer pomum, q̃ regnum, sic peccator tẽporalia æternis pręfert. Mat. 11 Nolite pueri effici sensibus. Deinde puer currit, ad id currit, ut ... piat ... os

A vel quid inane, quę si non capit in manũ occurrit, si cœpit, quid obsecro habet? ita peccator maxima solicitudine currit ut temporalia assequatur, si ea nõ obtinet, irrisum putas, si obtinet, quid obsecro habet? Num satiabitur? Satiabor, cũ apparuerit gloria tua dicit rex, qui oibus terrenis abundabat. De oib. temporalibus illud pronũciari poterit. Nõ implebit manum suam, qui metit, & sinum suum, q manipulos colligit. Nec mirũ, cum pportio nõ sit inter aiam spũalem, & ista corporalia. Si aliqs tibi diceret, uolo implere intellectũ tuum pecunia, uoluntatem tritico, thecas scientia, ac fide, horrea charitate, ac uirtutibus, irrisorem eũ diceres non. n. hæc proportionẽ hñt inter se, & ideo dicendũ potius est, intellectũ impleri fide, & scientia, uoluntatem uirtutib. thecas nũmis, horrea tritico. hæc. n. sibi conueniunt, & unũ altero impletur. Nihil ergo tẽporale spũm satiabit, quia proportio nulla est, & extrinsecus in corpore manẽt, nec interiora penetrãt. Hæc rõne sitim sedare nequeunt. Sicut. n. sitiens non satiatur, si aquæ calicem effundat extrinsecus, nec aquã bibat, qa eo aqua nõ peruenit, ubi sitis est, ita tẽporalia in corpore manẽt, aĩa uero est, quę sitit, quæ est ueluti terra sine aqua. Quid hinc iusti colligũt? Quidã quidẽ similes sunt apibus, q per flores discurrunt, & ex eis minimũ quid colligunt, quod difficile uideri põt, & eo collecto recedũt, ut mella cõficiãt. ita, iusti ex temporalibus ea solũ decerpunt, quæ ipsis necessaria sunt dicuntur cum Paulo. Habentes alimẽta, & quib. tegamur, his cõtenti sumus, & cũ hæc decerpserint, ad spiritualia mella cõficiẽda reddeũt, imitãtes colũbã, q ad arcã reuersa est, nec ut coruus mãsit in cadauerib. Et hoc ipsũ humanum cor in sua figura oñdit, cuius pars extrema pũctũ est, supma vero dilatata, quia tpalia in puncto tãgere dẽt, ad cęlestia uero dilatari. Reprobãtur a Deo, q se in terrã proiecerunt, vt aquam biberent, necesse. n. illis fuit ad id arma de manib. deponere, eliguntur vero, qui altera manu arma tenet, altera uero aquam bibunt. Sed qm̃ difficile est, diuitijs abundare, nec eis obrui, qui ad perfectionẽ anhelant, non solũ tpalia despiciunt, sed opere relinquunt, quo se uiros probos, ac optimos oñdunt, dũ non solũ tpalia vilia ducũ, sed ẽt nihil ea reputant & iõ relinquunt. Quo facto charitas perficit. Vñ Au. lib. 83. q. 36. tom. 4. interrogans qua re charitas crescat, ait. Charitatis uenenũ est spes adipiscendorũ, aut retinendorũ, tpaliũ, nutrimẽtũ eius est imminutio cupiditatis, perfectio nulla cupiditas. Quisquis igit eã nutrire vult, instet in minuẽdis cupiditatib. Cũ ergo in corde est amor Dei amor aliquis terrenorũ, imperfectus erit Dei amor, cũ uero nullus terrenorũ amor fuerit, pfecta erit charitas. Cũ ergo ex corde dixeris. Ecce nos relinquimus oĩa, cũ oĩa arbitratis detrimẽta, & ut stercora, ut Xpm lucrifacias: Cũ dicis cũ Propheta. Aspexi terrã, & ecce vacua erat, & nihili, cũ solus Deus manet in corde tuo, qa reliqua oĩa ab eo deturbasti, tũc pfectus i charitate eris. Hoc uero efficit paupertatis uoto, quo recte præstito uniuersa terrena abijciuntur.

Vere tpalia oĩa curanda non sunt, sed ęterna. Cum Christus Dñs per templũ trãsiret, nec curaret amplitudinẽ ædificij dñt ei discipuli. Magister aspice, quale lapides, & quales structuræ. Et Xp̃s ea nõ curãda dicit, qa cito. Non relinquetur lapis super lapidem, qui nõ destruat. Non attẽdit Christus superba ædificia, ac structuras, quia alia negotia gerebat maioris momenti, quib. vehementer intendebat. Sicut qui in curiã uenit, ut negotiũ agat maximũ, ut uitã, s. & substãtiã seruet, ita illi negotio intẽdit, ut nõ curet uidere superbas magnatũ domos, ac hortos amænos. Occupauerat Xpi aĩum negotium salutis hoium, ei intendebat totis neruis & iõ parẽtes relinquebat, dicens. In his, q patri mei sunt, oportet me esse. Eadẽ de cã cibũ nõ sumebat aliqñ, sed dicentibus mãduca, aiebat. Cib meus est, ut faciam voluntatẽ eius, qui misit me. Et donec dixit. Opus consummaui, q dedisti mihi, ut faciã, nõ quieuit. Ita ergo & nos deberemus operi saluti nostræ sic intendere, ut oĩa tpalia negligeremus, ac relinqueremus. Deinde non attẽdebat Christ Dñs fabricã tẽpli, quia aliud an ca [illegible] ... [illegible] ... debat

Margin notes: Ps. 24. Ps. 128. B. Simile. C. 1. Ti. 6. Gen. 8. Iud. 7. Aug. B. Hier. 4. Mat. 13. C. Luc. 2. Ioan. 4. Ioã. 17.

A debat pôramplius, cui templû Salomo-
nis collatû tuguriolû erat. Qui nunc re-
gê in paruû opidû, & dic, ut aspiciat do-
mû pauperis agricolæ, & illius ornamé-
ta. Certè si consideratione ascenderes cę
Ps. 83. lestê Hierusalem, & illius diuitias contê
plateris, uilescerent tibi continuo cũcta
tpalia. Hierusalê ascendat super cor ve-
strum, & dicotis: Melior est dies una in
atriis tuis super millia. Non ergo mirû,
q religiosos cuncta deserat terrena, qui
corde uidit cælestia. Sed tertiam rõnem
Christus adijcit, cur tépli structurâ non
consideraret, q̃ ét rudes percipiût. Et ea
est, quod cito nõ manebit lapis super la-
Bern. pidem, qui nó destruatur. Hinc Bern. in
declamatione super Ecce nos relinqui-
B mus oĩa ait. Mundus transit, & concupi
scentia eius, relinquere hæc, magis expe-
dit, q̃ relinqui. Spũalis homo hac rõne
non indiget, sic. n. ei uilescût terrena, ut
quamuis æterna essent, ea non curaret,
sed rudis, & carnalis homo audiat, cras
hæc omnia necessàrio relinquêda. Si no
bilis uir uiam ageret, & in tugurium de
ueniret miserum, ac male compactû, ubi
à temporis iniuriis securus non esset, ꝓ
peraret inde exire, ut i aulâ ueniret suâ.
Sed miser homo, cui tugurium illud pla
cet, illud relinqueret, cum uideret mina-
ri ruinam, uel igni ardere. Si ea, q̃ mûdi
sunt, non relinquis, quia uilia, qa melio-
ra ĩpatria habes, saltê relinque, quia rui
nam minantur, & quotidie decidût. Qñ
C terra absorbuit Dathan, & Abiron, om
Nu. 16 nis Israel, qui stabat per girû, fugit à cla-
more pereuntium, dicens: Ne forte, &
nos terra degluriat. O homo, non uides
terram apertam, quot deuorat? Non at-
tendis gemitus pereuntiû, ululatus dam
natorum, qũo ergo non fugis? qũo stas
securus? Hieremias prædicens uastitatê
Moab, eius exemplo reliquos sic monet.
Vox clamoris de Hormain uastitas, cõ-
Hie. 48 tritio magna, contrita est Moab, annun
ciate clamorê paruulis eius, fugite, salua
te aĩas uestras, & eritis quasi myricæ in
deserto. Saluabunt, qui fugerint ex eis.
Solus fugiês saluatur, qui oĩa relinquit,
saltem affectu, sed melius est effectu re-
linquere, ut facit uouês paupertatê, &c.

CONCIO V. A

Ad eosdem religiosos de Dei, & proxi-
mi dilectione, quæ singulariter ab
eis exhibenda est.

THEMA.

*Super omnia autê hæc, charitatem ha-
bete, quod est uinculum perfectionis, &
pax Christi, exultet in cordibus uestris, in
quem uocati estis in uno corpore, & grati
estote. Colos. 3.*

CVm ex Persidis captiuitate re-
uersi essent filij Israel, id pri- 2. Mac.
mum curauerunt, priusq̃ do- B
mos extruerêt, aut quid aliud
facerêt, ut ignê inuenirent, q̃ Deus de cę 1
lo miserat, ad offerenda sacrificia, & sa-
cerdotes, qui in captiuitatê ducti fuerât,
absconderât. Ex qu factû est, ut a Deo,
& a rege Persarum multa dona accepe-
rint. Ignis q dê nobis datus est, quo uni-
uersa sacrificia Deo offeramus, quo si
fuerint oblata, grata erunt, sin minus in
grata, & hic charitas est. Sicut antiquû
ignem Deus Moysi dedit, ita, & hunc ip
semet uenit accêdere in terra. Vnde ait. Lu. 12.
Ignê ueni mittere in terrâ, & quid uolo
nisi ut accendat? Ad id ipsum ét Spiritû
sanctum misit, qui ignis est, ut hunc in
nobis accêderet ignem, quia ut Paul. ait
Charitas Dei diffusa est in cordib. nr̃is Ro. 15
per Spiritû sanctû, qui datus est nobis. C
Et sic impletum est illud Psal. Ignis à fa Ps. 17.
cie eius exarsit, carbones succêsi sunt ab
eo. Si hic ignis non adsit, quicquid Deo 1. Cor.
obtuleris, nihil obtulisti, quia nihil tibi 13.
ꝓdest, ut Pau. ait, licêt maxima offeras.
Cum ergo Religiosus innumera debeat
Deo offerre dona, ne uniuersa uana sint
& ingrata, hunc ignem charitatis abicõ
ditum quærere debet primum. Non so-
lû. n. charitas ꝓstat inter reliquas uirtu-
tes, ut aurû inter metalla, sed est ueluti
metallum, à quo pendet ualor reliquo-
rum metallorum, cuius contractu reli-
qua metalla ualorem accipiût. Est enim
charitas omnium uirtutum forma, sine
qua omnes uirtutes sunt quasi materia

A informis, quæ est prope nihil. Et hac rõne charitas a nobis primum quærenda est, qui ex Babylonica captiuitate rediuimus, sicut illi ignem primum quæsierūt.
Apo.3. Vnde monet Ioannes. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum, probatum, ut locuples fias. Dixit uerba ista Episcopo Laodiceæ, qui putabat se diuitem, quia multa habebat bona opera, cum tamen pauper esset, quia hac charitate carebat. Ait ergo, dicā tibi, quō diues fias. Eme à me aurum ignitum, probatum, i. charitatem, quæ omnib. præstat, tanquam aurum, & quæ diuites reddit hoies ut aurum. Dicit uero ignitum, probatum. i. si charitas pura, & nihil habeat admixtū terrenæ cupiditatis, igne n. aurum purū
Beda. redditur. Beda intelligit, charitatē pressuratum, & afflictionum igne probatā,
B & examinatā, aut talem, quæ nullo igne afflictionis consumatur. In Græco habetur suadeo tibi emere à me aurū ignitum ex igne. i. igne probatum, & ex igne nunc extractum, quia tunc purissimum est aurum, uel ignitum, & iterum ignitum, idest, ualde purum. Verbum illud emere à me, aptè positum est, ac si diceret. Etiam cum uoluptatum dispendio habere cura hanc charitatem, etiam si
Eph.5. dolores perferendi sint. Quod enim emitur, non gratis possidetur, sed pretio dato. Sic etiam Paulus ait. Redimentes tēpus quoniam dies mali sunt, idest, tempus, etiam cum rerum temporalium iactura habere quærentes ad benefaciendum.
C Sic etiam Sapiens ait. Veritatem
Pro.23 eme, & noli uendere sapientiam. i. retineueritatem, etiam si oportuerit multa perdere eius causa, & noli uirtutē dimittere, etiam si plura tibi lucra occurrant.

Licet uerò ab uniuersis fidelibus hic amor iure exigatur, pcipue tñ ab aīa religiosa, quę Dei sposa singulari rõne est.
Eph.2. Vniuersos fideles Paulus uocat domesticos Dei, & tanq̄ domestici, & ministri eius debēt eum diligere. Anima uero religiosa sponsa est quadam peculiari rõne, & ideo plus Deum diligere debet, q̄ reliqui. De qua proinde illud intelligit, q̄ sponsus ait: Sexaginta sunt reginę, &
Can.6. octoginta cōcubinæ, & adolescentularū nō est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea, una est matris suæ, electa genitricis suæ. Hęc una religiosa aīa est, q̄ Deus singulari dilectione prosequutus est, quæ columbæ similis est, q̄ perfecta est, quia in schola perfectionis electa est de mundo, ego elegi uos de mundo. Hæc uniuersa reliquit ut Deo ardentius adhæreat. Ad hanc Psalt. loquitur. Audi Ps. 44.
filia, & uide, inclina aurē tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, quia concupiuit rex decorem tuum. Et aīa, cum religionē intrauit, id pstitit, reliquit domum patris, & patriā, ut spōso adhæreat, oportet ergo ipsam in hoc amore crescere, ac gradus huius dilectionis nosse, qua cognita scalam nouerit, per quam in Deum cōscendere debeat, qui in fine scala est, ut apprehendatur.

B Bernardus, & Thomas in opusculo Bern. D.Th.
de amore Dei gradus huius scalæ numerant. Primus gradus est, in quo charitas facit languere utiliter. Attende sponsam hoc amore languentē. Nunciate dilecto Can.5.
meo, quia amore lágueo. Sed infirmitas hæc non est ad mortem, sed ad mortem mortis. Est. n. languor à peccato, qui aufert aīæ gressum ad illicita, & iacere facit p humilitate eā, q̄ prius stabat erecta. Mutat gustum, ut non ei dulce sapiant uanitates. Mundi mutatio hæc est dexteræ excelsi, eius. i. Qui pluuiam uoluntariam segregat hæreditati suæ, infirmata Ps. 67.
est, tu uero perfecisti eam, qm̄ uirtus in infirmitate hac perficitur. Rectè ait. Infirmata est. Sicut. n. infirmus ambulare C
nō põt, sed nec stare, gustum amittit, & debilis est, qui prius fortis erat robore. Ita homo Deum diligens, non solum infirm' peccato est, sed & mortuus. Vnde Ro. 6.
Pau. Existimat uos mortuos esse peccato, uiuētes aūt Deo in Christo Iesu. Sed qm̄ aliquæ reliquiæ peccati adhuc manent in hoīe initio dilectionis, iō nō omnino mortuum peccato dicimus, sed infirmum, quia iam ad uana uires, non habet, non ei dulce sapiunt, ut prius, sed ea auersatur, iacet in sui cognitione, mareidus est. Et hæc omnia dilectio facit Dei.

Secundus amoris gradus est, cum facit Deū quærere incessāter. Hinc Greg. Greg.
Vis

A Vis amoris intẽtionẽ multiplicat inquisitionis. Prius sicut sponsa, eũ infirma esset, quæsiuit Deũ in lecto, sed iã conualescens per uniuersa discurrit, eũ inquirẽs. Et quæ infirma dixit: In lectulo meo per (Can. 5) noctes quæsiui, quẽ diligit anima mea. Surgẽs ait, Surgã, & circuibo ciuitatẽ, q̃ram, quẽ diligit aĩa mea. Sic monet Ps. (Ps. 104.) Quærite faciem eius semper. Qui sic quęrit oẽs interrogat, sicut Sponsa. Nũ quẽ diligit aĩa mea uidistis? Nec in aliqua re (Ioã. 20) sistit, donec iueniat dilectũ sicut Magdalena, q̃ uidens in sepulchro Angelos, cũ Iesum q̃reret, nec eos alloquitur nec moratur, sed breuiter eis rñdẽs, ab eis se auertit, & cõuersa retrorsum uidit Iesum stantẽ. Sic spõsa ait. Paululũ cũ pertrãsissem eos, inueni quẽ diligit aĩa mea.

B Hic gradus à primo ortũ hẽt. Cum.n. aĩa ea, quæ mundi sunt, reliquit, cũ illa ea nõ gustat, alia quærit, in quib. delectet. Et sicut recidens à termino à quo q̃rit terminum ad quẽ, & recedens longius ab Hispania uersus Indos illuc ꝓperat, ità aĩa Deũ incessãter q̃rit, cũ vana reliquit, sic (Ps. 76.) ille agebat, q ait, Renuit cõsolari anima mea, in creatura s. memor fui Dei, & delectatus sũ. Et iterũ. (Ps. 118) In toto corde meo exquisiui te, ne repellas me à mandatis tuis. (Phi. 4.) In Deo delectationẽ q̃rit iã iust⁹, sicut Paul. Monet. Gaudete in Dño sẽper iterũ dico gaudete. (Ps. 36.) Et Ps. Delectare in Dño & dabit tibi petitiones cordis tui. (Bern.)

C Sed Ber. serm. 5. i capite ieiunij. ait. Quo ais ò Paule gaudet, delectare, ac si id in mea esset potestate, sæpè gaudere in domino vellem, nec tamen possum. Respondet: Affectus quidem appetitus nõ semper in nostra est potestate, est tñ affectus volũtatis, & ipse appetitus affectus ẽt excitari à nobis põt. Sic ẽt Greg. expõdit illud Psal. Laboraui in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectum meũ. (Greg.) (Psa. 6.) Quid est laboraui in gemitu meo: laboraui, ut gemerẽ, & continuo tãta adfuit lachrymarũ copia, ut lauarẽ lectũ meũ. Vis ò hõ de peccato dolere? labora paululum, carnem macera, considera mala peccati, & facile dolorẽ inuenies. Eodẽ mõ de gaudio philosophandum est, uis gaudere? cura ut gaudeas, cõsidera bona Dei tui, considera gloriam tibi paratam A & spe, ac charitate lætaberis. Est enim fructus charitatis gaudium.

Tertius amoris grad⁹ est, quo amor facit sustinere infatigabiliter, et fortiter in (Aug.) oib. agere. Aug. Oĩa grauia, et immania prope nulla facit amor, ẽt ipsam mortẽ. Huc putabat se ascẽdisse, qui aiebat. (Lu. 22) Paratus sum tecũ, & in carcerẽ, & ĩ mortẽ ire. Sed statim patuit, nõ ad eũ gradũ ꝑuenisse. De his q ad hũc gradũ peruenerunt, meminit dñs Hiere. 2. cum ait. Recordatus sum tui miserans adolescantiã tuã, & charitatẽ desponsationis tuę, quãdo sequuta es me ĩ deserto. Quasi dicat, cũ dilexisti me tanq̃ spõsa spõsũ, & uiã desertã mei cã igressa es. (Arist.) Qui ad hũc gradũ ascẽdit implet q̃ Arist. ait. B Difficile facili magis eligendũ. Qui.n. Deũ ardẽter amat, quo difficiliora se offerũt sustinenda eo magis lętat. Et hic implet illud. (Ma. 12) Diliges dñm Deũ tuũ ex tota fortitudine tua. Arist. ait. Nullus magis sustinet terribilia q̃ fortis. (Arist.) (Augu.) Aug. Fortitudo ẽ amor facilè tolerãs oĩa pp id, qd amat. Quinq; uero terribilia dicit Arist. inopiã, malã opinionẽ, ægritudinem, inimicitiã, mortem, Diligere ergo Deum ex tota fortitudine est sustinere pro eo inopiã, si oportet. (Can. 8) Hinc est illud. Si dederit hõ omnem substãtiã domus suæ ꝓ dilectione quasi nihil despiciet eã. Sic amãs, & fortis Paulus oĩa arbitratur stercora, ut Christũ (Phi. 3.) lucrifaciat. C Ille, q in Deũ peccat, ut substãtiã non amittat, debilis, & non fortis amator dicendus est. Qui uerò uniuersa relinquit Dei cã, ẽt cum non tenetur, ut religiosus ex tota fortitudine Deum diligit. Secundo ad eandem fortitudinẽ ptinet, infamiam pro Christo sustinere. Sic faciebat, qui ait. Per infamiã & bonam famã. Et iterum. (1. Co. 4) Mihi aũt pro minimo est, ut a uobis iudicer, aut ab humano die. Quid ad te ò hõ, qd illa tibi dicat, rectã te viã non tenere, si tu nosti, quod recta incedas uia? Tertio, ad eãdem fortitudinem pertinet, sustinere Dei causa inimicitiã, nullius amici causa in Deum peccandum est. Ne sis similis Adæ, qui ne Euam cõtristaret, in Deum peccauit. A Augustinus. Amicabili quadam beneuolentia

uolentia

A nolentia, plerumq; fit, ut offendat Deus
Mat. 16 ne offendatur amicus. Sed qui amat patrem, aut matrem plus, quam me, nō est me dignus. Quarto, fortis amās sustinet ægritudinem, & oē corporis malum, ne Deū offendat, fortis vrsus sic mel appetit, ut nec uerberibus, nec spinis, nec apū aculeis arceri ab eo possit. Sic Christū
Ro. 8. diligebat, qui ait. Quis uos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia. Quinto fortiter amans mortē sustinet pro Christi amore, si oportet: Quia
Can. 8. fortis est, ut mors dilectio. Et maiorem
Ioā. 15 hac charitatē nemo habet, quā ut animā suā ponat quis pro amicis suis. Et certus sum, q̄ neque mors, neque uita potuerit nos separare a charitate Dei. Bernard⁹.
Berna. Disce Christiane a Christo, quomodo
B diligas Christum. Disce amare prudēter dulciter, & fortiter. Dulciter, ne illectus, Prudenter, ne deceptus. Fortiter, ne oppressus ab amore Christi auertaris.

Quartus dilectionis grad⁹ est, quo facit appetere impatienter. Sicut. n. stomachus exinanitus appetit cibum, quem si uidere, aut odorari cōtingat, irritatur appetitus, & impatiēter exoptat, sic aīa exinanita ab oī bono creato, prægustans aliqūo Deum, ipsum impatienter appetit. Vnde ait. Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibūt me adhuc sitient, & præ cōcupiscentia deficere solet. Sic Ps. Cōcupiscit, & deficit aīa mea in atria Domini.
Ps. 85. Impatiens profecto fuit Rachelis desiderium dicētis. Da mihi liberos, alioquin moriar. Cōfundere ò aīa tāto desiderio illius, q̄ sic optat id quo ei dato, det mori. Mortua. n. Rachel est cum pareret Be-
C niamin. Quanto ergo desiderio desiderare dēres Deū tuum, quo tibi dato, uiues in æternum. Dic ergo Deo tuo. Summū bonum melius es tu mihi q̄ decem filij, da ergo te mihi, alioquin moriar. Videt forsan hō immensum pondus argēti, & auri, qd̄ classis ex Indis veniēs defert, & gliscit animus eius ac ait intra se, quis tantū possideret thesaurum. An nō aīa desideret Deū thesaurum infinitū? Audi desiderātē. Aīa mea desiderauit te in nocte,
Isa. 26. sed, & spiritu meo ī præcordijs meis de mane uigilabo ad te. Multa Dei desideria ī Augustino videre licet ī soliloquijs,
A in quibus ad Deum suspirat, sicut sponsa quæ optimo desponsata sponso, & ab eo absens est eius cōspectum desiderat. Attende ergo ò anima cui desponsata sis. Despōdi uos uni uiro, virginem castam
2. Cor. 11. exhibere Christo ait Paul. Spōsus Christus est, sponsa anima tua est. Amor spōsi infinitus est, amor sponsæ super omnia est. Dspōsatio arctissima, ac uerissima est, ita ut despōsatio exterior figura illius sit. Cur ergo sponsum absentē nō quæras? Cur eum impatienter non appetas? Cur non dices, cum Psal. Fuerūt mi-
Ps. 41. hi lachrymę meę panes die, ac nocte, dū dicitur mihi quotid: ubi est Deus tuus.

Quintus amoris gradus est, quo facit
Berna. currere uelociter. Ber. Qui amat ardentius, currit velocius, & apprehēdit citius
B qui tamen patiuntur, ut canes, restat, ut circumeant ciuitatem, quęrāt, & currāt.
Ps. 41. Hoc præstabat, q̄ dicebat. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te Deus. Ceruus enim currit ad fontem, cum sagitta vulneratꝰ, ita ergo anima vulnerata charitate currat, ad Deum. Ideo etiam ait.
Ps. 61. Cucurri in siti. Et sine iniquitate cucur-
Ps. 58. ri & direxi. Riuuli sunt uniuersæ creaturæ, in quib. philosophi biberunt, & nūc, licet aliter peccatores potātur. Sed Deus fons est uitæ, ad quē properare dēmus.

Sextus gradus est, quo facit stringere indissolubiliter. Ea, q̄ hucusq; diximus, non requirunt coniunctionē, & p̄sentiā dilecti, imo absenti potius conueniunt. At uero cū stringitur dilectus p̄sens est.
Cāt. 3. Tunc. n. cum sponsa ait. Inueni quē dili-
C git anima mea, tenui eū, nec dimittā. Mirabili. n. modo aīa, q̄ superiores gradus conscendit, inuenit Deum, tenet eum, et ab eo tenetur, rapit, & rapitur: Animaq; intimè coniungitur Deo, ut unus spiritus sit cum eo. Fœlix anima Deum iam tenens Fœlicior, si nec dimittat. Sed forte nosse cupis, quæ nam sit hæc Dei præsentia, certè omni animæ iustæ Deus,
Ioā. 14 adest, cum ipse dicat. Ad eum ueniemus, & mansionem apud eū faciemus. Licet enim non uideatur clare, tamen multos eius affectus experitur. Qui, tamen

A men perfectus in charitate est, licet Deũ manifeste non videat, id.n. solus beatis concedit tamen ea signa Dei præsentis experitur, vt maximis conjecturis eũ sibi adesse sentiat, & tunc eũ constringit indissolubiliter. Sed nõ ita indissolubili uinculo tenet, vt dimitti nequeat. Dimittitur.n. nolens, aliqñ à uolente, cum brachia, q̃ strinxerat charitas, dissoluit, carnalitas. Et tunc aĩæ accidit illud Ps.
Psa.80 Et dimisi eos s̃m desideria cordis eorũ. Secundo dimittitur, uolens a uolente, cum brachia, quæ strinxerat, charitas, soluit ĩfirmitas corporis, vel necessitas.
Ge.32 Sic ille ait ad Iacob. Dimitte me, qa iam ascẽdit aurora. Et Iacob ad eũ. Non dimittã te, nisi prius bñdixerit mihi. Hoc dimittere est, contẽplationem ex carnis necessitate interrũpere. Sed sicut non recessit Iacob, nisi prius illũ benediceret, B ita hoiem non dimittit a contẽplatione, nisi magnis muneribus auctum. Tertio vero dimittitur uolens a volente, cũ præuisa aliqua vtilitate, vel obediẽtia, dimittitur contẽplatio, quod nõ est sine maximo fructu. Sic dimissus Tobias fuit, de
To.10 quo mater ait. Heu me fili mi vt qd te misimus peregrinari, baculũ senectutis nostræ, lumen oculorũ nostrorũ, solatiũ vitæ nostræ, spẽ posteritatis nostræ, in te vno oĩa habẽtes, te nõ debuimus demittere. Sed sic rõnabiliter dimissus redijt, cũ antidoto cœcitatis, ut uere sit lumen oculorum, & remedium paupertatis,
C hæc enim Thobias patribus detulit.

Septimus gradus, qui facit ardere sua uitas. Sicut calor est prima, et nobilissima qualitatũ primarũ, sic amor. Sicut calor sursum fert, sic amor. Sicut calor cõgregat homo genea, & ethrogenea disgregat, sic charitas separat animam spiritualem a corporalib. & Deo, qui est purus spiritus coniungit. Sed diuersimodè participatur hic calor. Est enim calere, quod est incipiẽtium, qui dicunt cũ psa. Cõcalcauit cor meũ itra me. Est feruere
Psa.38 quod est proficiendum, de quibus Paul. Spũ feruentes, Domine seruientes. Est
Ro.11 ardere, q̃ est perfectorum. De quo Psal.
Psa.38 In meditatione mea exardescit ignis. Sed hic ardor suauis est, in pfectis, absq; vlla pœna, imo summa cõsuauitate. Magna profecto visio, ardere rubum, nec A comburi, quia suauiter ardet perfectus, Exo. 3 non pœnaliter, ut pœnitens.

Octauus gradus est, quo facit assimilari totaliter. Est quædam similitudo inter duas qualitates, ut iter duo alba. Est maior similitudo, qñ ex uno recipitur in alio, vt inter sigillum, & ceram sigillatã, sic ergo fit diuina similitudo in homine. Quando gloriam domini speculãtes in 2.Co.3 eandem imaginem trãsformamur. Hæc plena similitudo in homine fit ĩ patria: Cum similes ei erimus, qa videbimus eũ sicuti est, vt Ioã. ait. Nũc vero per charitatem aliquo mõ fit, sed diuersimodè. & 1.Io.3 hic, in patria pro charitatis diuersitate. B Cuius rei optimum exemplum apparet Simile in speculo, nam distantia rei, spẽm pijciẽtis, & speculi recipiẽtis causat diuersitatem similitudinis, nam quo minor distãtia, eo maior similitudo. Vera.n. & tota facies resultat in speculo distãte, sed in minus distante plenius secundum quantitatẽ, & ideo similius. Si ergo plura specula abijciant alicui rei in diuersa distãtia. in oĩbus tota facies rei illius splẽdet. Sed inæqualiter pro distãtię diuersitate. Sic ergo Deus in cordibus ipsũ diligentiũ imprimit speciem, & similitudinem suã, & vniuersi beati recipiũt in se ipsis, vt in speculo totam Dei faciem, quia nõ habet partem, et partem, sed non recipit vllus eam totaliter s̃m suam infinitam C quantitatem virtutis. In solo Dei filio resplẽdet patris imago omnino totaliter, & infinite, in omni vero creatura, quę finita est, atque adeo elongata à Deo recipitur qdem diuina facies, & tota facies, & imago eius completa, sed non recipit totaliter, secundum plenam eius magnitudinem propter distantiam, non qdem loci, sed diuersitatis. Quæ vero creatura magis appropinquat creatori eo efficit speculum coniunctius, vt plenius repræsentet, & recipiat diuinam imaginẽ. Sic angeli superiores plenius, quam inferiores. Proficiens ergo in charitate homo, magis, ac magis ad Deũ accidit, & ideo magis, ac magis in se auget, & recipit diuinam similitudinem. Ex quibus illud

colli-

A colligendum nobis est eum qui perfectè Deũ diligere vult, colligere debere omnem affectum ac amorem ad Deum, ita vt interogata anima, quid velit rñdeat, solũ Deum, & in nihil aliud tendat nisi mota à Deo. Sicut.n. nihil est per se bonum nisi Deus, & omnia alia pp Deum bona sunt ita nihil meretur amorem pp se, nisi Deus. Reliqua alia Deo uolente, & ea, quia ipse vult, mensurá. Sicut vniuersa, quæ in tabernaculo erãt, vel aurũ uel auro cooperta, ita omneq́ quod anima diligit sit Deus, vel pp Deum. Vt dicat homo cum Paulo: Viuo ego, iam nõ ego uiuit uerò in me Christus. Refert Palladius interrogatum sanctissimum patrẽ ab illo, qua in re sciri posset, aliquem in charitate proficere, respondisse, si voluntas in diuersa, & inutilia nõ feratur, quę cor in mille partes discecare solent. Mira hæc profectò in beatis Dei dilectio est, & adeò longe à proprio lucro, ac adeò pura charitas, quod si nunc eis Deus diceret. Non pręcipio, sed consulo, nõ mãdo, sed mihi magis placeret, quod nunc faciem meã non uideatis, sed in æternos ignes descẽdatis, liberum tñ vobis relinquo, vt faciatis quod uolueritis, mihi tñ gratius faceretis, si ignes eligeretis, & cęlos dimitteretis, eligerent proculdubio gloria carere, & ignib. cruciari, adeò pura in eis est charitas. Ex quo nobis colligendum est, nihil difficile nobis futurũ si i eo Deo placeamus. Sic.n. Deus amore hominum omnia difficilia præstitit, ne eam nos prætenderemus excusationem, quod Deus facilia pro homine pręstabat, nos uero difficilia. Difficilis certe erat circuncisio Sichem, sed amor eã facilem reddidit, nec distulit adolescens, quin statim quod petebat, expleret, amabat.n. puellam valde. Hoc Christus pro nobis præstitit, nosq; deuinxit, ut ꝓ eo præstaremus. Illud demum de charitate dicamus, quod cũ vna sit uirtus, omnis virtus est, & omnia bona præstat. Vis illud manifeste uidere? illa docet omnia, q̃ agẽda sũt, quoniã vnctio docet vos de omnib. vis uiã breuem, ut diuina scias? Ama: dilectio Dei p'ura docet, hominẽ, quã plures anni, quibus studijs vacauit,

Gal. 2.
Pallad.
B
C
Ge. 34.
1. Io. 2.

A & plus nouit Dei amator, quæ agẽdam sunt, quã is, quis magna est doctrina imbutus. Si.n. Deus magnus voluerit. Spiritu intelligẽtia replebit illũ: Amor.n. efficit, ut fides sit uiua, prudẽtia maxima, discretio, atq; prudẽtia, ut difficilia ualeat discernere, sciẽtia ad inferiora intelligẽda, sapientia ad cognoscendã superiora. Hæc.n. uniuersa dona charitas secũ defert. Hinc Sapiens ait. Aĩa uiri sãcti enũtiat aliquando uera, plus quã septẽ speculatores, speculantes in excelso. Hinc Ps. Super senes intellexi, quia mandata tua exquisiui. Approximat nãq; diligens ad fontem scientiæ Deum, & inde sciẽtiam haurit. Ideò Psal. ait, Dominus illuminatio mea, & salus mea. Et Christus dominus. Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eũ, & manifestabo ei meipsum. Quis obsecro, nouit, quæ in Dei pectore sunt, nisi spiritus eius? hunc verò Deus tribuit dili[illegible], & iõ plura eum docet, qa nõ dicit eũ seruũ, sed amicum, & sic secreta ei aperit. Qui diligit Deũ, mũdũ cor habet, & iõ diuina lux illud illustrat nec.n. est nubes claritatẽ impediẽs. Hinc Sap. Sciẽtia sanctorũ prudentia, quia, & sciunt, ut operentur, & hic, & nunc sciunt, quid agendum sit, q ad prudẽtiam spectat. Duplex.n. sciẽtia est, speculatiua, & practica, hanc diligẽs Deum præcipuam habet. Proponamus hic uiros duos, quorũ alter plures libros legit, quibus ars militaris docetur, alter uero per annos operam dedit rei militari, & strenuã in bellis versatus est, quis horu plus nouit? Certè is, qui experientia rem nouit, plus sciet, quo loco castra ponenda, sint, qũo milites in prælium ordinãdi. Legit alter libros plures, qui docent, qũo se in curia gerere debeat nobilis uir, alter uero in curia per annos uersatus est, & id experientia didicit, p'us hic nouit, q̃ ille. Ita profectò, qui Deum diligit, expertus est militiæ artẽ, & in ea diu uersatus est, cum dæmone conflixit, eum superauit, in curia cęlesti conuersatus est, factus ciuis sanctorũ, & Dei domesticus, & ideo rectius nouit, quæ agẽda sunt, quam peccator, qui sola speculatiua sciẽtia plura didicit, & pruden-

Eccl. 39
Ecc. 37
Ps. 118
Psa. 30
B
Ioã. 24
Prou. 9
C

tia

A tia id præstante, hic, & nunc eligit, quæ eligenda sunt, sapiens uero peccator pra uo affectu id efficiente, hic, & nūc quod deterius est, eligit. De magno illo Annibale memoriæ proditum est, cum, cum Athenas venisset, ad scholas, ac gymnasia, ductum, & cum in gymnasium interret, in quo Philosophus docebat, ille ut coram strenuissimo duce de rebus militaribus longum sermonem fecit. Interrogatus Annibal, quid sibi de illo Philosopho uisum fuisset, respondit, senes se insensatos uidisse, sed nullum illi similem, qui de re militari ageret, cum illam expertus nunquam fuisset, experientia enim magistros facit.

B

CONCIO VI.

Ad eósdem Religiosos de singulari charitate, ac dilectione proximi.

THEMA.

De charitate autem fraternitatis non habemus necesse uobis scribere, ipsi enim uos a Deo dedicistis, ut diligatis inuicem & enim illud facitis in omnes fratres, rogamus autem vos fratres, vt abundetis magis. 1. Thess. 4.

C

Dion. SAepe a D. Bartholomæo usurpatam sententiam autor est diuinis Diony. Theologia nostra, & parua ē, & maxima, qua in re, ut in alijs authori Xpo persimilis est, qui maximus, infinitus altera ex natura est, paruus, & minimos ex alia. Quā maxima sit Xpi doctrina, quis dicet? quanta de iustitia, & sanctitate scripta sint a sanctis? quot regulæ? quot documenta? eorum numerus nō est. Sed audi quam parua alia ex parte sit, cum in summam colligitur vni

Ro. 13 co verbo, qui enim diligit proximum, legem impleuit, ait Pau. Plenitudo ergo legis est dilectio, & hoc est illud uerbū abbreuiatum, quod fecit Dominus super terram, de quo Rom. 9. ex Isa. 10. Verbum enim consummās, & abbreuiās in æquitata, quia verbum abbreuiatum faciet Dominus super terram. Vbi D. Th. ait, dicitur lex Christi uerbum consummans, idest perficiens, quia nihil ad perfectum adduxit lex, at Euangeliū ad perfectum adducit seruantem, dicitur uero abbreuians, quia quo res perfectior est, eo simplicior, & breuior, Christus ergo in terra consistens, uerbum fecit abbreuiatum, quia uniuersam legem uniuersa sacrificia, & cæremonias, quæ prope infinita erant, ad unum reduxit sacrificiū & septem ecclesię sacramenta, & uniuersa moralia, & iudicialia mādata ad unū dilectionis præceptum redegit, quod si impleatur, sufficit dicitur vero abbreuians iniquitate, quia omnia mandata tua æquita, vt Psaltes ait. A D. Tho. Psal. 118 B

Hanc uero commendans charitatem uitam cælestem in Ecclesia sua instituit, ac plane dulcissimam, ideo per Spiritū sanctum eam infudit in cordibus credentium, cū multitudinis credētium erat cor vnum, & anima una, vt Lucas testatur. Acto. Considera dulcedinem legis huius, & ut ali uomodo ea intelligere possis, finge ciuitatem in qua lex charitatis perfecte obseruetur, ubi filij obediētes per omnia parentibus, patres filiorum valde soliciti, in qua nullus proximū odio prosequeretur, sed omnes diligerent proximos sicut seipsos, & cum unus infirmatur, omnes ei accurrerent, cum quis paupertate premeretur, omnes ei subuenirent, cum quis tristaretur, omnes cum consolarentur, in qua nullum uerbum iræ, uel rixæ audiretur, nullus esset fur, nullus maledicus, nullus detractor, an nō diceres ciuitatem hanc fælicissimum, & è cælo descendisse? uitamque dulcissimam in ea peragi? sine dubio præoptarent omnes huius ciuitatis ciues adscribi, & quælibet alia ciuitas desereretur, ut in hac tam fælici habitarent omnes. Vide dulcedinem charitatis, & quam uere pronunciauit Psal. Pax multa diligentibus legem tuam, & nō est illis scandalum. Propter hanc charitatis legem dicitur sponso meri o. Mel, & lac sub lingua tua. Hac enim lege constituta, ac seruata, re publica illa, quam fingebamus in mundo cō- C Psal. 118 Can. 4.

A ſtituitur, quid concurſus populorum in Eccleſiã induxit niſi vita dulcisſima, q̃ media charitate in ea uiderunt? eſt enim charitatis fructus, pax, et gaudiũ in Spiritu ſancto, quid enim dulcius, quam inter amicisſimos, uitam degere? hęc eadẽ monaſteria repleuit monachis, & pp hanc uita amara pœnitentiæ dulcisſima facta eſt impletumq; illud Iſa. Computreſcet
Eſ. 10. iugum a facie olei, durisſimum.n. iugum religionis oleo charitatis maxime leneſactum eſt. Hoc ẽt Societatem Ieſu mirũ in modum auxit, ſi enim eos, qui eam ingreſſi ſunt, interroges, quo ſunt attracti
B ſint, dicent charitate, quia perſpiximus inter ſe vinctos, qui de Societate erant.

Chry. De hac ergo Pau. ait ad Theſſalo. De charitate ãt fraternitatis non habemus uobis neceſſe ſcribere. Vbi Chr. ait oſtẽdit Pau. maximam eſſe charitatem, q̃ doctrina nó egeat, quę.n. maxima ſunt omnib. patẽt, & dum dicit nolle eos exhortari, exhortatur magis. Ipſi a Deo didiciſtis, Deus.n. tanta de hac charitate, dixit & tantis uerbis amplificauit, ut neceſſe non ſit hominem in ea re loqui, in qua Deus tot uerba poſuit, addit, & illud facitis, hoc ergo mó poſſum diceret, ſed rogamus, ut abundetis magis, hoc hodie mihi faciẽdũ, uos rogare, ut magis abundetis, quia ut dr̃ Prou. 15. In abundanti iuſtitia uirtus maxima eſt, & hoc exigit religioſi ſtatus, ut in oĩ iuſtitia abundet, in
C oĩ uirtute creſcat, præcipue tñ in hac charitate, ſicut.n. ſectarum antiquarũ ſectatores in dogmatibus ꝓprijs ſectæ illius, quã ſequebantur, maxime excellere curabant, & illa præcipue illuſtrare conabantur, quæ ſectæ propriisſima erant. Si religionis Chriſtianæ proprium dogma charitas eſt in quo agnoſcendus, & dignoſcendus Chriſtianus eſt. In hoc co
Ioã. 15 gnoſcent uos meos eſſe diſcipulos, ſi dilectionẽ adinuicẽ habueritis, hoc eſt precceptum meũ, ait fidei author noſtræ recte ait meum, ut proprium hoc Chriſti dogma notetur, ut in hoc te debere excellere
Ioã. 14 agnoſcas, hoc enixe orat. Patrẽ Chriſtus Ioan. 15. Et hoc oro pater, ut ſint unũ, ſicut ego, & tu unũ ſumus, & credat mundus, quia tu me miſiſti. Hoc opus oſtẽdit propriũ Chriſti eſſe quo in mũdo agnoſcendum erat, in eum Deum veniſſe. A

Sed reſtat nobis uidendum in quo cõſiſtat hæc charitas, quæ ſint eius opera, quibus intendere debeamus, certe dilige proximum ſicut te ipſum, optima profecto Dei regula, ut maxime commendet charitatem, ſicut teipſum, maxima profecto uis proprij eſt amoris, vide, quomodo te, & omnia cures, ſic quę fratris tui ſunt curare debes cum artifici opus aliquod maxime uis commendare, ut optime præſtet, ei dicis hoc mihi opus fac, quaſi tibi ipſi facere, quæcunque vultis ut faciant uobis homines, hæc & B uos facite illis.

Sed quia locutio ſingularis maxime docet, & mouet, duo tibi peragẽda ſunt, primũ caue maxime ab omni nocumento fratris, ſm oẽ quod ei potes præſtare bonum, præſta, & hoc maxima cum dulcedine. De Primo uide ne malum fratri feceris, quia charitas ait Paul. malũ non 1. Cor. 13. operatur, ſed eſt malum in cogitatione, in uerbo in opere, ab hoĩbus his tibi cauendum eſt, & primo a malo, quod cogitatione fit, dum facile, leuiter que fratrem iudicas, uenenum eſt charitatis facile iudicare, & loqui de fratre. Charitas non cogitat malum, ait Pau. Difficile enim de eo, quem diligimus malum credimus. Quis es tu, qui iudicas ſeruũ alie Ro. 14 num? quis tibi hoc iudicium commiſit? qui te conſtituit iudicem? o ſi bene noſ C ſes quis es tu, uideres, ab omnibus te iudicandum, & ſub omnium pedibus eſſe Ma. 17 debere. Optime celeſtis magiſter. Nolite iudicare, & nó iudicabimini, nolite cõdẽnare, & nó condemnabimini, qua.n. mẽſura mẽſi fueritis remetietur uobis. Quę Chry. uerba exponens Chryſoſt. hom. 3. ad populum Antiochen. ait, cura tua, aliena quid curas? Nec hoc hic ſolum eſt mali, quod illud peccatum committimus iudicantes fratrem, ſed quod amplius eſt omnia noſtra peccata grauiora facimus eo iudicio omni nos excuſatione priuantes, acerbe enim aliena exquirẽs, ex ſuis exceſsibus ueniã non obtinebit, vt enim nos Deus iudicet, non ſolum attendit peccatorum noſtrorum naturam, ſed ẽt quo-

A quomodo nos in iudicandis fratrib. nos habuimus, si misericorditer, aut immaniter, pp ꝙ dicit. Nolite iudicare, & non iudicabimini, nou. n. solum quale fuit peccatum in futuro apparebit, sed magnum & incuitabilem additionem à iudicio in conseruum facto accipiet, & idō subiūgit, qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis: vnde sicut mitis maior peccatorū grauitatem succidit, sic acerbus, & crude-
Iaco. 2. lis iudicator magnum pondus proprijs peccatis apponit. Iudiciū sine misericor-
Luc. 3. dia ei, qui nō fecit misericordiam, & hoc est, quod Ioannes Pharisæis dixit. Genimina viperarum, quis demonstrauit uobis fugere à ventura ira? quasi dicat, estis vos viperæ, serpentesq. venenosi, qui uiso alieno defectu, continuo eum iudica-
B tis, uidētes discipulos non lauare manus
Ma. 15 continuo dicitis. Quare discipuli tui trāsgrediuntur traditiones seniorum? videnter spicas in sabbatho colligi, cōtinuo dicitis sabbathum uiolari, uidentes discipulos Christi non ieiunare, continuo dic-
Ma. 12 tis. quare discipuli tui non ieiunant? Cū
Mat. 9. ergo seuerissimi sitis iudices i alienis, quomodo effugietis a ventura ira, & iudicio in nostra ergo est potestate uel seuerum, uel misericordem iudicem nostrum facere si seueri simus, uel mites in fratribus iudicandis.

In qua ēt re inscitia, & superbia iudicātis fratres attendenda est, qm̄ penè omnia, quæ de fratribus iudicamus ea rōne esse mala credimus, quia nostro ingenio
C naturæque nnn conueniunt, melancholicus sanguine iiudicat, & è contra, iracundus phlegmaticus, deniq. iudicans dicit intra se, ego sic non facerem, uel loquerer, malum ergo est. Te ergo regulam facis recti, illudque rectum iudicas, quod tecum conuenit, quod secus, prauum, quanta uero hæc superbia sit, dici non potest, regula. n. recti Deus solus est, ille solus dicere potest, hoc rectum uel prauum est, quia meæ rationi, vel conuenit, vel aduersatur. Qui erga vel minima humilitate præditus esset, se agnoscens prauum obliquumque ex eo alium rectum iudicaret, quod secum non conueniat.

Secundo cauendum maximā a detractione, vidisti fratris defectum uel forte A
audisti, audi tu consilium Spiritussancti Eccle. 9. Audisti verbum aduersus proximum tuum? cōmoriatur in te fides qm̄ non te dirumpet a facie verbi parturit fatuus tanquam gemitus partus infantis, sagitta infixa fæmori canis, sic verbum in corde stulti. Stultus ille est, qui cōtinere non pōt malum, quod audiuit, sed illud parturit, & quasi sagittam infixam a se tollit. Audi nobilitatem Christianam summam, quænā Dei est maxima nobili- Augu.
tas? illa profecto quam loquitur Aug. dicens, Deo authore nemo fit deterior, sumus profecto Dei honos, cum dicere pōt per me creatura, nec minimum vnq̄ perdidit, sed ois illa per me est, omne quod B
est, quæ ergo esse pōt summa Christiani nobilitas? illa profecto cūi dicere pōt, me authore nusquam frater meus vel minimū detrimentū passus est, sed in oibus p me, & à me est honori habitus. Sicut etiā Deus ait. Perditio tua ex te Israel, tantūmodo in me auxilium tuum. Cōtra vero ignobilis, & stultus est, qui cōtra agit, de Ose. 13
quo Prou. 14. Stultus illudet peccatum, & inter iustos morabitur gr̄a, i. stultus peccatum fratris irridebit, loquetur, & interpretabitur delictum, sic. n. Hebrea habent, sed inter iustos erit gratia, & beneuolentia, quia excusabunt adinuicem de- C
fectus, mirum profecto est cum charitas non uiget, qūo alterius defectum amplificamus interpretamur, & loquimur, hoc plane stultorum est. Quem verò tanta non mouet nobilitas, vel saltem terreat cōminatio terribilis. Sed quæ ista? in die vtiq; iudicij dicetur tibi à Christo dño, hæc, & hæc de me mala dixisti, si uero interrogaueris, qn̄ ego de te dn̄e loquutus sum? R̄ndebit. Quid uni ex his minimis Ma. 25
fecisti, mihi fecisti. Oia. n. siue bona, siue mala, q̄ cum fratrib. agimus Xps secū facta reputat. An nō Saulo loquitur. Quid Act. 9.
me persequeris? Loquitur caput pro membris, sicut cū alterius pedē calcas, caput loquit, me conculcas. Cum ergo de fratre male loqueris, attende ꝙ cū Deo contendas, de eo male loqueris, mirum profecto. cum hæc ita se habeant, q̄ facile de Psa. 51
fratre loquimur, psa. Tota die in iustitiam

cogi-

A cogitauit lingua tua, dilexisti omnia verba præcipitationis, lingua dolosa. Iniustitiam dr̄ lingua cogitare, quia malum, ꝙ cogitasti, continuò lingua effudisti, diligit verba præcipitationis, quia procul dubio quasi nos præcipitamus, summaque leuitate irruimus in aliorum defectus, loquimur temere Hispanè despenadamente. Hinc inter iudicia dictiq; bonorum & malorum Angelorum differentiā D. Th. statuit 1. p. Quod boni Angeli licet videant causas naturales in aliquem effectum ordinatas, non absolutè dicunt futurum, quia cum nouerint oīa subesse diuinæ prouidentiæ, quę multos effectus

D. Th.

B causarum naturalium, mutat, moderatè loquūtur, ac modeste, dicentes, hoc erit, nisi Deus aliter disposuerit; At dœmones temere pcipitanter q. dicunt, hoc futurū est, quasi a Deo nil penderet, quibus persimiles sunt, qui pręcipitatione iudicant & loquuntur. Sed ais, zelo moueor, vt in omnibus disciplina seruetur, serra apud Aegyptios hieroglyficum erat maledici, & obmurmurantis, ut refert Pluciades, pp multos dentes, quibus diuiditur in partes, ꝙ aliter diuidi non posset æqualiter, & secundum regulam rectam, hoc est. n. maximum murmurationis vitium qn̄ illud ad rectitudinis regulam trahere vis, est tibi zelus Dei, amor fratris? audi Chrys. hom. 3. ad popul. ora Deū lachrymas pro illo funde, admone illum, consilium ei prębe, sic i. le faciebat, qui ait. 2. Cor. 12. Ne iterum cū venero, humiliet

Hiero. Plucia.

Chrys.

C me Deus apud vos, & lugeam multos, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitē tiam. Si zelo moueris in fratrū defectus, ut corrigas, qūo in tuos non moueris.

Sed ais, ego non detraho fratri, sed detrahentem audio Chryso. aures obstrue, Psa. Detrahentem secreto proximo suo, hunc psequebar, dic fratri, hēs aliquid boni, quod de fratre loquaris, aures aperio, vnguentum suscipio. Si malum uis dicere, non audio, stercus, & cænum non suscipio, quod mihi lucrum si didicero, qđ ille improbus est, curemus nostra, mittamus aliena, quam excusationem habebimus in die iudicij, nostra negligētes aliena curantes. Tertio nobis cauen dumina

Chrys. Ps. 100

A xime est a verbo contumelioso, vel quolibet alio, ꝙ amarum reddere possit fratrem. Eccl. 28. Flagelli plaga liuorem facit, plaga aūt lingua cōminuet ossa. Qua in re locum hēt illud Christi: Vt hoi illi, per quē scandalū venit, melius erat ei si suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum mari, ꝙ prę cipuè dr̄ de graui dato scandalo, & offensione, & suo mō de leui scandalo. Vnde sapiens est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscietię. Lingua aūt sapientium sanitas est. Quo loco Hieron. ait, Hebrea sic habent, est qui effutit quasi confossiones gladij, sed lingua sapiētum salubris est, quia ibi est verbum vitæ, quod significat pronūciare incōsideratè, sensus ergo est, est qui verba profert quasi con-

Ma. 18

Pro. 12

B fossiones gladij, qa verbis suis alios trāsfodiūt, iuxta illud Ps. 56. Lingua eorū gladius acutus. At vero sapiētis lingua salubris. Inter grauissima Israelis crimina illud enumerat Psalm. 105. Et uexatus est Moyses pp eos, quia exacerbauerūt spiritum eius, & distinxit in labijs suis, peccauit qdē Moyses, sed exacerbatus ab Israele, ꝙ ei maximo vitio datur. De peccato Moysi loquitur Deus. Deut. 32. Ascende in montē Nebo, & vide terrā Chanaan, & morere, sicut mortuus est frater tuus Aaron in mōte Hor, prευaricati. n. estis contra me in medio filiorum Israel ad aquas contradictionis in Cades, & non sā ctificastis me inter filios Israel, è cōtra vi

C debis terrā, & nō ingredieris in eā. Sic verò res se habuit vt dr̄ Num. 20. Murmurauit populus pp aquę defectū, venerunt ad tabernaculū Moyses, & Aaron, quib. Deus dixit: Loquimini ad petrā coram eis, & illa dabit aquas, & ait Moyses. Audite rebelles, & increduli. Num de petra hac vobis aq̄ poterimus elicere. Et pcussit bis silicē, & egressę sunt aquæ, dixitq; dn̄s ad Moysen, & Aaron, quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me corā filijs Israel non introducetis hos populos in terram, quam ego dabo eis. Sed quod fuit peccatum Moysi? August. 16. contra Faustum ait, arguitur Moyse voce diuina, quod eius fides ad aquam de petra eliciendam titubauerit, quod, & cum peccato

Augus.

A cato Petri pôt esse cõe, qui in medijs fluctib. simili fidei defectu titubauit. & explanans locum illum Psal. Et distrinxit in labijs suis, quid est, inquit, distrinxit? quasi illud non posset Deus facere, q tanta iã fecerat, ut aqua de petra proflueret? dubitãter.n. petram percussit, iõ hoc miraculum distrinxit a cæteris, in quib. ꝑnõ dubitauerat. Alijs credũt non dubitasse de Dei potentia Moysen, sed non credidit, tam rebelli populo aquas Deum daturum, cum tñ incredulitas eorum fidẽ Dei non esset euacuatura, huius sniæ est Lyran. super Num. 20. Alij dicunt Moysen peccasse, quia petrã percussit, non vero ad eam loquutus est, ut dñs imperauit & sic uerbũ illud dñi. Nõ credidisti mihi, intelligendũ est, i. non obedistis mihi, vnde licet verbum illud. Nõ poterimus, &c. posset intelligi, quasi per hoc miraculi magnitudinẽ declarare vellet, sed qa ad eo carpitur, ostenditur fuisse diffidentiæ verbum in omni precedenti miraculo nihil dixerat dubitanter, hic vero titubauit, iõ bis percussit petram, nec primo ictu aqua profluxit, ideo Psa. ait. Distinxit in labijs suis, i. ait, Ferus hic aliter loquutus est, q̃ ante loquebatur, uelut Iansenius ait, in ca. 12. prouerbiorum uersu 19. ponitur ibi in Hebræo uerbum uitæ, quod vt ait. Pagninus significat inconsiderate pronunciare, & sic cũ ait distrinxit, idem est, acsi diceret, incõsiderate loquutus est. Sed hoc fecit, quia exacerbauerũt spiritũ eius tã acri instantia, & murmuratione, vñ dubitauit, an tam rebelli populo Deus esset affuturus. Alij dicunt fuisse peccatũ vanitatis, quo spectari ipse voluit, non Dei gloriã quęrẽs, sed peccatum, ait Ferus, Nu. 20. non fuit ad mortem, sed lapsus humanus, sed qa principes populi erant, maxime puniti sunt. Iãsenius aliter. Distrinxit in labijs suis, i. Deus aliter loquutus est cum Moyse, ac solebat, sicut.n. homo maxime exacerbatus est amico dure loquitur, sic exacerbauerunt Israelitę Dei spiritum, adeo vt dilecto Moysi dure loqueretur, promittẽs non intraturum cum in terram promissam pro leui eius peccato. Alij, ait Titelmanus, & Genebrardus transferunt. Di-

Marginal notes: Lyra. — B — Ferus. — Iãsen. — Pagni. — C — Titel. — Geneb

stinxit in labiis suis, inconsiderate loquutus est Moyses, quia uerbis dubijs loquutus est, ad dubitationẽ magis quã ad fidẽ populum impellentibus. Ex quibus duo colliguntur primum quã terribilis Deus super omnes, qui in circuitu eius sunt, qui ueniale Moysi peccatum morte mulctauit. Secundum quantum sit multũ iusti ipsũm exacerbare, ut peccatum veniale incurrat, & verbũ incõsideratũ dicat, cũ contra Israelem id facientẽ, tã acriter Psal. loquatur. Summe ergo tibi cauendum uerbo tuo fratrẽm lædere, quo cum exacerbas, ut male loquatur, uel interius turbetur. Sed quanta mala in offensi aĩo operetur verbum stultũ: udi Paul. Heb. 12. Pacem sequimini cum oĩb. & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deũ, cõtemplantes, ne quis desit gratiæ Dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinãs impediam, & per eam inquinentur multi. In quę verba D. Th. ait. pacem nõ solum habete, sed sequimini, Psal. Inqre pacẽ, & persequere eam, addit sanctimoniam, quæ a charitate pendet, & hoc considerans, ne forte tu occasio fueris alteri, vt desit gratiæ Dei pp amaritudinẽ, qua eũ affecisti, & impediatur a bono opere, & incremento spirituali amarum est, ꝙ non potest gustari siue offensa, talis ille, cuius uerba, aut facta dura sũt. Sed quid mali faciais uerbo aspero? Turbasti fratris pacẽ, impedimento fuisti Dei gřę in eo operãri, abstulisti ab eo fructus uirtutũ, et dicis, quid feci? Parũ est inquis. ꝙ ille amarus sit: inspice tu cum amarus es, qualis sis, qualis pax tua, qualis oro, qualeexamẽ, quales virtutũ fructus profers, uere radix amaritudinis impedit omnẽ fructum uirtutis, hoc est, quod sapiẽs dixit ossa comminuere virtutum scilicet.

Quarto cauendũ ab oĩ malo opere in fratrẽ Lyra. in illud Gen. 37. Accusauit Ioseph fratres apud patrẽ crimine pessimo, dicit, crimẽ hoc fuisse, ꝙ filij Lię filio reliquos, quos ex ancillis Iacob genuerat male tractabant, dr ucro crimẽ pessimũ, quia cõtra charitatẽ, sunt.n. pessima plaga cordis, quia illud initiũ est uitæ aialis ira pessimũ peccatum est, ꝙ cõtra charitatẽ, quę est uirtutum cor, uita, ac forma.

Marginal notes: A — B — D.Th. Ps. 36. — C — Lyran.

A Secundum vero,quod initio diximus ad charitatẽ pertinere,est,quod benigna sit,& oĩa,quę facere pót,bona,facit,exhibetq; fratribus, & hoc summa cum suauitate. Audi Paul.Rom.15. Debemus autẽ nos firmiores,imbecilitates infirmiorũ sustinere,& non nobis placere,vnusquisque vestrũ proximo suo placeat in bonũ ad ædificationẽ, &.n. Xp̃s non sibi placuit. Proposuit Xp̃i exemplum, qui sibi oĩum peccatorũ pœnam sumpsit, nobis gratiæ dona dedit sibi amarũ,nobis dulce,& facile reliqt. Qñ ille fatigatus itinere erat,non sedebat, sed qñ discipuli fatigati,qñ ille esuriebat,non manducabat, sed qñ illi esuriebãt,in nullo sibi placuit,
B sed alijs. Hinc dicit Paulus,1.Co.10. Sicut ego per oĩa omnibus placeo,nõ quærẽs,quod mihi utile est,& hæc uera nobilitas est,et oppositum ignobilitas,nobilitas.n. est alterius bonũ, & vtile intueri,
Ez.36. ignobilitas proprio duci lucro, & cõmodo,& hoc est illud. Auferã à uobis cor lapideum,& dabo uobis cor carneũ, id est
Ro.12. dulce,charitateq; plenũ. Nec mireris tale cor a te exigi in fratrem, cum Paul.illud exigat in inimicũ crudelissimũ si esurierit inimicus tuus, ciba illũ, si sitierit,
Chrys. potũ da illi vbi notat Chrys.verbũ Gręcum significare non cibare solũ, sed ea dulcedine cibare,qua mater cibat filium vnice dilectum lecto decumbentẽ a morbo. Quid ergo facturus es cum fratre,q talia prestare iuberis inimico? Interrogo ego te, ad quid ingressus es religionem?
C utiq; vt toti mundo proficuus sis, ut omnibus benefacias,ut uitam profundas p̃ximis, ut ad Indos properes Iaponios, & Sinas ad eum ducas. Omne ãt agens prius agit in propinquum, quã in remotum,qui ergo pro infideli vitam paratus es profundere,qualẽ te debes propinqssimo fratri exhibere? prius pro hoc sanguis fundendus,prius huic uiscera dãda. Audi Ioã. In hoc cognouimus charitatẽ
1.Ioã.3 Dei, quoniam ille animã suã pro nobis posuit, & nos debemus pro fratrib. aĩas ponere. Audi Apostolicam dilectionẽ tibi exemplar propositã. Facti sumus par-
1.Th.2 uuli in medio uestrum, tanquã si nutrix foueat filios suos,ita,desiderãtes uos cupide,uolebamus tradere non solum Euãgeliũ Dei,sed et animas nostras, quoniã charissimi nobis facti estis. Audi eundẽ Roma.9. Optabã ego ipse anathema esse a Christo pro fratrib.meis anathema, A
ait D.Tho. nomen est Græcũ compositũ ab ana,quod est sursum, & thesis positio, quasi sursum positum, quia qñ aliquid in bello capiebatur q in usum non D.Th.
erat hoĩum,suspendebatur in tẽplo,& dicebatur anathema, quia erat ab usu hominum separatum. Optabat ergo Paul. separari a Christi fruitione ad tps,pro p̃ximi maiori gloria,& cõuersione fratrũ.
Vnde Chrys.in lib. de compũctione cor- Chrys.
dis ait,ita totam eius mentem deuicit amor, vt et id quod prę ceteris oĩb.amabilius erat esse,cũ Xp̃o, rursus idipsum, quia ita placeret Christo cõtemneret, &
cedebat cœlorũ regno, quod remuneratio laborũ erat. O pelagus amoris inexhaustũ?a Christo separari cupis o Paule quẽ tantopere amasti,vt ab eo nulla creatura te separet? ecce quẽ nullus separare pót a Chr̃o,separat modo fratrũ amor. Similis huic videtur amor ille Moysi. B
Aut dimitte noxam populo huic,aut dele me de libro,in quo scripsisti. Hũc amo- Ex.32.
rẽ imitari debemus? Mira de caritate P. Ignatij dicta sunt, deq; patris Francisci Xauier,sed oẽs ab eo didicerunt, de quo
scriptum est. Apparuit benignitas,& hu- Tit.3.
manitas Saluatoris nostri Dei,apparuit ita dulcis,& amore plenus, ut de eo scriptũ potius q̃ de Iob sit. Si non dixerunt C
viri tabernaculi mei, quis det de carnib. eius ut saturemur,i. qa hunc dulcissimũ
hoĩem edere posset. Ideo discipulis rigi- Iob.31
dis dixit.Nescitis cuius spiritu estis,&c.

Ex quibus tandem, sequitur quo loco Luc.9.
a nobis habenda est charitas, 1. Petr.4. commendata oratione,& prudentia ait. Ante omnia ãt mutuam in vobismetipsis charitatem habentes notandũ est uerbum illud, ante omnia, si in aliquo passurus es detrimentum, super omnia charitatem serua, ut serpens caput. Sic alijs virtutibus commendatis concludit Pau-
lus super omnia autem hæc charitate ha- Colos.
bet,quod est vinculum perfectionis. Põ-
derat Ambros.libro 3.offic.cap.14.illo- Amb.
rum

A rum religione, de quibus 2. Machab. 1. Nam cũ in Persidem ducerentur patres nostri sacerdotes, qui tunc Dei cultores erant acceptum ignẽ de altari absconde rũt in valle, vbi erat puteus, & in extremo per.culo inter cædes, & captiuitates non,sunt obliti ignis cælestis, quem de-
Ro. 5. dit Dominus, Moysi nec primo abscon
Leu. 9 derunt argentum,aut aurum, sed ignẽ. Hinc ignis est Spiritus sancti. Per quem charitas diffusa est ĩ cordib. nostris. De quo igne dr̃. Ignis in altari meo sẽper ar debit,cũ ergo in extremis fueris periculis,oĩa licet perdas,hunc serua ignẽ, super oĩa seruãda charitas,quæ præstat oĩ bus,& si in aliquo passurus es detrimentum,in alio patere,nõ in charitate,sicut enim omne vulnus malũ est,sed cordis
B pessimum,quia initium est uitæ,sic omnis defectus vitãdus,sed maxime charitatis, quia principium est sp̃ualis vitæ. Curãdum nil nobis deesse, sed si alia desint,non desit charitas, qua sola diuites erimus. Est.n. illa aurum illud ignitum de quo scriptum est. Suadeo tibi emere
Apo. 3 à me aurum ignitum,vt locuples fias,ꝙ si hæc deficiat, pauper es, quicquid ha-
1. Cor. beas diuitiatum,de hac Pau. Adhuc ex-
12. cellentiarum vitam vobis demonstro.

CONCIO VII.

Ad eosdem Religiosos. De oratione, meditatione consideratione, ac contemplatione,& horum necessitate.

C

THEMA.

Oportet semper orare, & nunquam deficere. Luc. 18.

DE Orõnis necessitate ĩnumera ĩ diuina scriptura, & sãctis dicta reperies. Exẽpla ẽr innumera sãctorũ sunt,sed pcipuum Xpi exẽplũ,qui in oratione pernoctabat & nũquam solus erat,qui n oraret. Ex quo orandi necessi
D.Th. tas apparet. Ratio vero prima huius necessitas ex D. Thom. est,quia disposuit Deus orationem medium esse,ac canalem,vt misericordia Dei ad nos descen dat,& quod ille ab æterno sola bonitate ac misericordia hominib. concedere vo luit,decreuit media oratione cõferre. Sicut ergo medium statuit,quo frumentũ multiplicaret,seminationem. s. ita orõnem medium fecit, quo omne bonum metamus. Quare apparet diuina in nos dulcedo,ac suauitas,cum medium dede Augu. rit adeo facile,ac gloriosum homini. August. Grande miraculum,quod hõ terra & cinis in altissima sua orõne cũ Deo loquatur. De dijs gentium sapientes Ba Dan. 2 bylonis dicũt apud Danielem. Exceptis dijs,quorum non est cum hominibus cõ Bar. 3. uersatio. At de Deo vero nouimus, ꝙ in B terris visus est,& cum hominib. cõuersatus est,& nunc cum vili homine negotia tractat,quærit, respondet, & lõgam conuersationem,ac colloquium miscet, & quoties homo vult,Deum alloqui potest. Non est in mũdo rex, qui ministro suo,et dilecto,simile qd concedat. Cũq; maximum beneficium nobili viro cõcedere rex vult clauem ei deauratam cõcedit,qua ad regem intrare possit, & eum cubicularium dicit,quia ad regem aliqdo intrare potest sine interniicijs. Quid ergo erit,ꝙ homini Deus concedat colloquium suum iugiter, & cũ eo tota die uersari uelit? Hinc facile colliges,cur dę mon plura obijciat impedimẽta,ne oremus,nouit.n. sic tolli medium misericordiæ diuinæ ad nos prouenientis, & ideo C quemadmodum is,qui aquam prohibere vult,ne in ciuitatem decurrat,canales aufert,quibus illa decurrit,ita si orationem abstulit a te dæmon,misericordias abstulit diuinas,quæ media oratione ad Psa. 65 te veniebant. Hinc psal. gratias agit,dicens. Benedictus Deus, quoniã nõ amouit orationem meam,et misericordiam suã a me. Si ablata esset oratio, & misericordia auferretur, nunc uero si oratio adest misericordia nõ deficiet. Memorię prodidit Palladius,sanctissimũ Patrem Palla. dixisse,vniuersas dęmonis tẽtationes,qbus religiosos infestat,eo tendere,vt orõnem auferat,& iõ illum in vana distrahit,eumq; turbat,vt cum ad orationem

A accesserit, clausam inueniat ianuam: Nimium ergo oratio dæmoni displicet, cũ tot in illam tela dirigat. Sed, si sapimus, hinc nobis colligendũ est, quantum nostri intersit, orationi incũbere, & nunq̃ prætermittere tempus illi destinatũ. Nisi .n. magnum nobis bonum oratio foret, dæmon eam non tolleret, tot adinuẽtionibus adhibitis, ne oremus, & cum oramus, tot distractionibus. Tempus ergo orationi statutũ ei tribue. Qua in re exẽplo nobis est Iacob, qui in ultimo, ac tutiori loco Rachel, & filium eius posuit, ne detrimentum paterentur ab Esau. Licet ergo tempus aliis rebus desit, orationi deesse non debet. Quod si obediẽtia, aut necessitate coactus, orationem prætermittere cogaris, alio tempore illud restaura, vt dies non prætereat, quin orationi tempus tribuas. Nam si eam curã corpori impendis, ut cum dormire, aut comedere non potes suo tempore, aliud quæris, quo corpori tribuas necessaria, multo magis cũ anima id facere debes. Est uero cibus, & quies eius oratio.

Gen. 32.

Secunda rõ, q̃ orandi necessitatẽ ostẽdit, est q̃ sine cõsolatione, ac gaudio homo uiuere diu nõ põt, vt Aristoteles ait. Et adeo cupidi delectationis sumus, ut natura delectationes adhibuerit operib. necessarijs, ne negligerentur. Hæc uerò cõsolatio, uel à cœlo, uel à terra nobis ꝑuenire dẽt. Si à cœlo habenda est, media oratione eam nos habere oportet. Hinc Isaias: Ducã eos in montẽ sanctũ meũ, & lætificabo eos ĩ domo orationis meæ: Qd .n. in oratione cœlestis pcipiatur dulcedo, nulli dubiũ est. Vita ẽt Christiana, præcipuè vero religiosa uita mr̃imonij est, qua cum Deo aĩa nubit. Sicut uerò status mr̃imonij sua hẽt onera, & sua ẽt gaudia, & onera tolerant̃ pp gaudia, q̃ si gaudia tolleres, & onera totũ relinqueres, intolerandus esset. Ita ẽt uita religiosa, & Christiana onus, & dulcedinẽ habet, onus huius matrimonij est impletio præceptorum, consiliorũ, abnegatio sui, tolerantia passionum, sed gaudiũ illius est dulce cum Deo sponso colloquium, amplexus, oscula castissima, quibus in oratione diuina dulcedo gustat̃. Si hæc

Arist.

Isa. 56.

C

guardia cum oneribus misceas, portare onera poteris, quia computrescet iugum à facie olei, & leue fiet, si uero uniuersã abstuleris consolationem, & onera reliqueris, tædiosa, ac onerosa uita erit. Et hinc fit, ut uirtutis uia difficillima, ac tristis aliquibus appareat, quia illius crucẽ considerant, non consolationem, qui vero hanc expertus est, dicit cum Psalt. In via mandatorum tuorum delectatus sũ sicut in omnibus diuitiis, quia vt Sapiẽs ait: Non habet amaritudinem conuersatio eius, nec tædium conuictus illius. Ibi enim anima quiescit in Deo suo innixa super dilectum suum, ibi tribulationem suam ante eum pronunciabit, ibi effundit sicut aquam cor suum, & quasi intimo amico secreta cordis aperit, ibi implet illud. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã vos: Quando uero cœlestis consolatio non adest, terrena quæritur, & ut hæc despiciatur, cœlestis quærenda est. Simile qd hac in re nobis accidit, ac Assuero, qui inobedientem Vasthi repudiauit, & domo expulit, sed postquam regis Assueri indignatio deferbuerat recordatus est Vasthi, q̃ fecisset, vel quæ passa esset, dixerunt q̃ pueri regis, ac ministri eius, q̃rantur regi puellæ uirgines, ac speciosæ. Adductaque est Esther, quæ ita regi placuit, vt Vasthi memoriam deleuerit. Ita profecto nobis accidit. Repudiatur ab homine caro inobediens, quam ideo spiritus à se separat odio sancto, & delectationes illius abijcit. Sed si ei nõ adsit spiritualis consolatio, in memoriã ueniunt carnis delectationes, & iterũ eam ducere Spũs vult, nisi ei detur Esther .i. diuinã consolatio, qua gustata desipit omnis caro, & in obliuionem datur uniuersa illius delectatio. Et quemadmodum ut puer relinquat noxium cibũ, qui ei dulce sapit, alium tribuis dulciorem, ac salubrem, quo gustato, facile noxium proijcit, quia dulciorẽ expertus, ita vt terrena consolatio abiciatur, cœlestis efficit.

A

Ps. 118.

Sap. 8.

Mat. 11.

Esth. 1. & 2.

C

Tertia rõ, quę orationis, ac meditationis necessitatem ostendit, q̃m illa media cœlestes, ac diuinos thesauros conspicimus, ut in hac uita uidere fas est, & sic in

defen-

A defensæ laboramus, vt eos nobis acquiramus. Dicit tibi forsan illusor hō, veni mecum, ostendā tibi thesaurum in agro
Simile absconditum, fidem ei non adhibes, eius dicta nō curas. Si uero homo magnę authoritatis id dicat, credis ei, & ad inquirēdum thesaurum accedis, sed aliqua tepiditate, ac dubitatione, cogitans, ne forte ille deceptus sit. Sed cū ipse proprijs oculis thesaurum inspexisti, summa cura, ac alacritate properas, ut illum tibi acquiras. Oībus quidem prædicatum est,
Ma.13 esse thesaurum absconditum in agro nobis paratum, regnum .s. cęlorum. Sed aliqui non magis mouentur ad illud acquirendum, quam si somnium illud fuisset, vel ab illusore audiuissent. Nihil .n. operantur, ut illud assequantur. Audierunt
B certe a Sapiente. Si quæsieris sapientiam
Pro.2. quasi pecuniam, & quasi thesauros effoderis eam, tunc inuenies timorem Dñi, & scientiam Dei reperies. Credūt certe mercedem ęternam laborantibus in uinea paratam, sed laborare uolunt. Misera plane hominum conditio, & incredibilis stultitia. Stultum oīno diceres eum, qui nouit thesaurum abscunditum in agro, & cum paruo labore eum acquirere possit, non curat, & non eum dices stultissimum, qui paruo labore thesaurū cælestem sibi acquirere potest, nec acquirit? Alij uero sunt, non ita negligētes, ac stupidi credentes .n. hunc eis paratum thesaurum, quærunt illum quasi pecuniam,
C & effodiunt, ut inueniant, sed tepide rē agunt, quia thesaurum non uiderunt. At uero, is qui consideratione, ac contemplatione thesaurum uidit, ut nūc uideri potest, impense, & totis neruis operi intendit, ut par est. Maxima quidem, ac potentissima Christianę religionis mysteria sunt, ut hominem igniāt. Dicebat infidelis, quidem fideli homini, si hæc credis, quomodo nō dirumperis, & amore Dei tui ardes, ac deficis? & iure quidem id aiebat, tāta enim sunt, quæ in religio-
Simile ne Christiana nobis proponūtur, ut sint sagittæ potentis acutæ, cū carbonib. desolatorijs. Qua ergo ratione non igrimur Certe adeo celeriter poteris manum per ignis flammam traducere, ut nihil percipia caloris, sed si in flamma detineretur, A
igne absumeretur. Ignis ardens est Dei infinita bonitas, immensa in nos beneficia, Christus pro nobis cruci affixus, sed si in horum cōsideratione non sistis, sed cursum, ac raptim illa cōspicis, nō ignieris. Siste paululum, & uim ignis experieris, meditare ista longa cōsiderationi, & dices. In meditatione mea exardescet ignis. Tāta celeritate ob oculos tuos trāsit e res aliqua poterit, ut illam non atten- Ps. 38.
das. Attēde ergo et cōsidera diuina misteria, et dices, cōsideraui ope tua, et expaui.

Vides aliquando hominem spiritu feruentem, Domino seruientem, operibus bonis instantem, & miraris, quod tanto B
labore non fatigetur, quod currat, nec deficiat, laboret, nec lassetur, & semp in melius proficiat. Sed facile admirationē deponeres, si interiorem considerationē Simil.
illius uideres. Miraris enim cum horologij manum se mouentem uides, sed si interiorem horologij uim ac harmoniā uideres, nihil mirareris. Ita mirabilis uita iusti est exterius, sed mirabilior interius ubi omnis gloria filię regis, quam qui uidet exteriora non miratur.

Quarta ratio, qua necessariā dicimus orationem, ac considerationem cęlestiū est, nō solū ut perfectionē cōsequamur, sed ut certam nostram electionem, ac salutem reddamus, certa uero redditur, eo quo potest, modo, si cælestia contemplemur. Quādo enim dicere poterit homo C
cum sponsa. Tenui eum, nec dimittam? Can.3.
Qñ a Deo euelli non poterit? Certe cum Gē.26.
Deum constrinxerint, cum altas in eum radices fecerit, cū euenerit puteum, qui dr̄ latitudo, tātas redundas aquas, ut obstrui non possit, sicut Isaac inuenisse perhibetur. Sed qñ hęc coppia aquæ inuenitur? Certe cū alta consideratione homo effodit, tunc Deū uoluntas complectitur ne illum dimittat, tunc pp eminentem Dei scientiam oīa arbitratur stercora, vt Christum lucrifaciat, tunc animus radicatur in Deo, ut securus in tempestate sit, & in turbine, ut possit quidem tentatio folia aliqua tollere, non tamen eum eradicare. Quis hanc firmitatem, ac stabilitatem in homine ponit? certe diuino-

A rum cõsideratio profunda. Et ratio huic rei adstipulatur, cõsideratione enim animus inflammatur, ut diligas magis Deũ, & sic in charitate fundatur, ac radicatur magis. consideratione etiã timor Dei excitatur, quo homo recedit a malo. Hæc uero, & alia consideratio præstat non in diuinis solum uerum, & in humanis.

Quinta ratio eiusdem necessitatis est, vt sit nobis sal, quo condiamus plura insulsa, ac insipida, & quo spiritu præstemus religionis opera. Insulsus quidem labor est, mortificatio, pœnitẽtiæ labor obseruatio religiosæ disciplinę, quid igitur faciẽ
Mar. 9 dum? Plane habere in uobis sal, ait cæle-
Iob. 6. sti magister, ne dicamus cum Iob. Nunquid potest comedi insulsum, quod non est
B sale conditum? Quo ergo ista sale cõdiẽtur. Consideratione certe. An nõ id Paulus manifestis uerbis dici cum ait. Depo
He. 12. nentes oẽs põdus, & circunstans nos peccatũ, curramus ad propositũ nobis certamen, aspiciẽtes in authorem fidei, & consummatorẽ Iesum, &c. Quid est, aspiciẽtes, nisi cõsiderãtes? cõsideratio ergo sapida illa reddit. Noui ergo religiosum, cui nimiũ aspera uita religiosa apparebat, angebatq; quod eã sustinere deberet in lõgũ tps quadã uero die in orõne cõsiderauit, ac dixit, ego peccaui in Deũ optimũ, ergo bonũ mihi est, si pœnitentiã egero. Et hac cogitatione sic armatus est, ut letus postea obiret grauia quæq; & oẽ onus leue ei appareret. Sicut ergo currus oleo
C inungi solet ut suauiter ducatur, ita consideratione aius hoĩs ungitur, ut oẽ unus facile portet. Simul ẽt cõsideratio sal est condiens uniuersa religiosi opera, ut in spũ fiant, & desiderio placendi Deo. Hostia, q̃ olim pro sacerdote offerebatur, tota incendebatur, nihil eius cuiquã relinquebatur, sed Deo uniuersa offerebatur, & igne absumebatur. Vt inde sacerdos, & nunc religiosus intelligat, uniuersa illius opera singulari quadã rõne Deo deberi, & cũ
1. Co. 11 oĩb. dicitur. Siue manducatis siue bibitis aut quid aliud facitis, oĩa in gloriam Dei facite, religioso potissimum id cõuenit. Si opera maxima sine spiritu fiant, sine feruore charitatis, gloriam Dei quærentis, parua sunt coram Deo, & parum eis proficit homo. Si uero minima opera fiant spiritu, ac feruore, maxima sunt, & maxime eis proficit homo. Hinc Christi opera summi erant pretij, licet minima essent, non solum rõne sup positi, sed quia in oĩbus patris quærebat gloriam. Et mariæ opera parua maioris meriti erãt, quam maxima sanctorum martyria, propter summam charitatem, qua illa præstabat. Quis ergo spiritum, uitam, ac feruorem operib. nostris tribuet, ut Deo Leu. 2.
sint gratissima? Plane cõsideratio, est. n. illa, nõ sibi, soli sal, sed & omnibus alijs, est sal in oi sacrificio apponẽdũ. Sicut. n. in humano corpore quædam sunt membra, quæ non sibi ipsis duntaxat, sed oĩb. reliquis, prosunt, quibus proinde sæpenumero utẽdũ nobis est, cuiusmodi sunt B
oculi, manus, pedes. ita, oratio instrumẽtum generale uirtutum omnium est, oẽs iuuat, ac perficit, omnibus tribuit splendorem, similisq; luci solis est, quę uniuersa illustra, ac splendida reddit, siue qua oĩa in tenebris iacent, ita. n. consideratio opera bona lucida reddit, spiritu replet, dicente Paulo. Nos aũt reuelata facie gloriam domini speculãtes, in eãdẽ imaginem transformamus a claritate in cla 2. Co. 3
ritatem. Dum ergo gloriam dñi specula,ris, ac consideras, in Dei imaginem trãsformaris, & claritatẽ, ac abundãtiorẽ recipis claritatem, id. n. significat, cũ ait, a claritate in claritatem. Hinc ẽt Psaltes. Accedite ad Deum, & illuminamini. Ps. 33.
Orõ ascensus mẽtis in Deũ est, si ergo illum inaf. lõ, & illustrant eius opera vniuersa, ne tenebræ sint super faciẽ abyssi. C

Vidimus orationis, et considerationis necessitatem. Iam uero quomodo orandum nobis sit, uideamus. Orant Christum discipuli. Dñe doce nos orare. Ma- Lu. 11.
gister enim orationis Deus est. Est enim oratio ab artificio humano profecta solum modo, & hęc minima est, est uero alia, quam Deus docet, & infundit, & Ro. 8.
hæc maxima est. Nos enim q̃d oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse spũs postulat pro nobis gemitib. inenarrabilib. idest, postulare facit. Magnũ Dei donũ oratio est, & ut maximũ illud Deus pro Za. 12.
mittit per Zachariã. Effundam super domum

A mum Dauid,& sup habitantes Ierusalē spiritum gratiæ,& præcum.i.orationis. Nihilominus,tñ dispositio nřa exigitur, non ut in illa fidamus, sed ut id nos prę stemus, quod possumus. De hac no-
Ecc.18 stra prępatatione loquitur Sapiēs;cū ait. Ante orationē præpara animam tuā, & noli esse quasi homo, qui tentat Deum, quasi dicat,cogita prius, cum quo tibi lo quendum,cum ad orationem accedis,& quæ tibi petenda sunt, ne cum accedas, vt Deum placare studeas, illū magis ad irā prouoces. Simile est,quod monet Sapiens. Ne temere qd loquaris,neque cor
Ecc.5. tuū sit uelox ad proferēdum sermonē co rā Deo.Deus.n.est in cœlo, & tu super
Ecc.4. terrā. Deum ergo tentat, qui sine præpa-
B ratione orat. Et ideo Sapiēs ait. Custodi pedem tuum ingrediens domū Dei. Nū scandalum aliquod est in Dei domo, ut pedem custodire sit opus? Certe necesse est pedē custodiri,quia prępatatio,ac re-
Exo.3. uerentia orandi necessaria est. Iō Moysi præcipit, ut calceamēta deponat, cū ad Deū accedit, non qd calceos detestetur, cum ingrediens in sancta sanctorum sa cerdos eos nō deponat, sed qm̄ Moyses Deo appropinquabat sine timore, ac re uerentia,ut cōsiderate incederet,calceos deponere iubetur, cum ad spinas uocat.
C Vt noueritis, qui ad orandum accedit, non temere, sed reuerenter ad Deum ac
Leu.10 cedendum. Temere accedebant filij Aaron,ut Deo sacrificarēt,& interfecti sūt, similem uero ultionem, licet in spiritu Deus adhibere solet his, qui temere ad orationem accedunt, ideo monet ipse, sanctificamini,cum ad me acceditis. Sā ctificabor enim in his,qui appropinquāt mihi,idest,ostendam me sanctum,& pu ritatis zelatorem,puniēs eos, qui ad me irreuerēter accedunt. Hoc vero est Deū adorare ad orationē latrię, qd Græcis est
Exo.12 tremor. Et hoc etiam significabat, cū dixit de agno Paschali,comedetis eum festinanter, loco uerbi festinātes Hebręis verbum est significans ecstasim,& pauo rem accedendum ergo ad Deum est,sed
Leu.16 reuerenter, ac timide. Ideo etiam sacerdos oblaturus thymiama,lauandus erat prius,ungendus, & sacris indutus uesti

bus & laminam auream in fronte deferens, in qua Dei nomē inscriptum erat, A ingrediebatur. Thymiama uero suauissimi odoris orationem significat, quā qui oblaturus est lauari dēt a sordib. peccato rum,ne dicat cum Psal. Iniquitatem si Psa.65 aspexi in corde meo,non exaudiet Dñs. Vnctus Dei gratia, virtutib. ornatus, & gloriam Dei pręferre dēt. Ideo in Apoca lypsi dr̄. Stetit Angelus ante altare,ha- Apo.8. bens thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa,ut daret de orationib. sanctorum omnium super altare aureū, quod est ante thronum Dei, & ascendit fumus incensorum de orationib. sancto rum de manu Angeli coram Deo, & accepit Angelus thuribulum aureum, & impleuit illud de igne altaris,& misit in terrā,& facta sunt tonitrua,& uoces,& fulgura,& terręmotus magnus. Ange- B lus hic de quo Ioānes meminit. Michael creditur futurus, cui vniuersæ Ecclesię cura demandata est. Altare vero, iuxta quod stat,statim dicitur aureum,& ideo alludit ad altare, quod erat ante Sancta sanctorum, quod erat altarę thymiama tis,seu incensi quod erat aureum. Sicut ergo in altari illo offerebat thymiama in odorem suauissimum Domino, ita orationes sanctorum offert Michael Ex.30. Deo in odorem suauitatis. Incensa mul ta,quę ei dantur, sunt aromata mista, quę statim explicat,esse orationes sanctorum, quas Angelus offerret in altari C thymiamatis. Sensus ergo est, data sunt Angelo incēsa multa de orationib. sanctorum, ut Deo afferre. Cum ergo homo orationem fundit, similem thymiamati suauissimo, Angelus eius eam suscipit,ac Deo offert, orās, & ipse pro homine Deum, ut petita concedat. Sic etiā Raphael Thobię dixit. Cum orabas cū lachrymis,ego obtuli orationem tuā. Et Tob.12 Iob. Si fuerit Angelus pro eo loquēs,unus Iob 33. de millib. vt annuntiet hominis æquitatem,miserebitur eius. Adiuuantur enim orationes nostræ à sanctorum Angelorum orationibus. Vnde statim orationis effectum Ioannes ostendit, quia accepit Angelus thuribulum aureum, & imple uit illud de igne altaris, & misit in ter-

Y 4 ram,

A ram, quia gratiam, charitatem, ac dona Deo obtinet Angelus. Vel igne eo etiam suplicia significantur, quæ in persecutores sanctorum effundet Deus cura ergo mundari ut thymiama offeras Deo. Quo uero pacto, id cū sacerdote, ut conuenienter oraret, factum sit, ostendit Zacharias. Ostēdit mihi Dñs Iesum sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini, & Sathan stabat a dextris eius, ut aduersaret ei. Et Iesus erat indutus uestibus sordidis, & stabat ante faciē Angeli. Et ait Angelus. Auferte vestimēta sordida ab eo. Et dixit ad eum. Ecce abstuli a te iniquitatem tuā, & indui te mutatorijs. Et dicit ponite cydarim mundam super caput eius, & induerunt eum vestibus. Peccauerat eo tempore populus, & ipse sacerdos Iesus expers peccati non fuit, quia populum non correxerat. Et deinde fratres, & filij eius, vxores alienigenas duxerant, ut dicitur in Esdra, quod sine eo permittente fieri nō potuit. Et Hebręi tradunt, ipsum alienigenam duxisse, & Hieron. lib. 2. contra Iouinianum id innuit. Stabat ergo Iesus corā Angelo, ut oraret, ei aderat Angelus orāti, cum enim orationem ingrederis, statim custos Angelus te comitatur. Stabat uero Sathan a dextris eius, ut ei aduersaretur, & cū accusaret. Tibi ergo oranti ueniat hoc in mentem Angelum tibi adesse, ut te iuuet orantem, & Deo orationem tuam cum sua offerat. Sathan et iuxta te est, ut accuset, & coram Deo, & orātem impediat. Qd uero ait stare Sathan a dextris, Hieronymus ex Hebręorū sniā causam esse dicit, qd vera eius esse accusatio. Ideo in Psal. dr. Et diabolus stet a dextris eius. Vbi August. ait Stet aūt a dextris eius dictū est, quia opera diaboli præposuit operibus Dei. Hoc. n. cuique non immerito dextrum dr, quod præposuit. sicut sinistræ dextera præponuntur. Ideo de eis qui tēporalia Deo pręponunt, & beatum dicunt eum, cui hęc sunt, dictum est in Psalmo: Dextera eorum dextera iniquitatis. Et. Grego. 20. Moral. c. 20. ait. Ipso enim loquutionis usu pro dextero habere dicimur, quod pro magno pensamus, pro sinistro vero, id, quod despicimus. A Ad dexteram etiam esse dicitur, qui protegit, ac defendit, & ideo Psaltes ait. Pro uidebā Dominum in cōspectu meo semper quoniā a dextris est mihi, ne commouear. Et iterum. Qui astitit a dextris pauperis. Cum ergo Sathan esset a dextris Iesu, vera erat illius accusatio, ne legitima ulla defensio, cum non protegens, ac defendens a dextris non esset Deus, sic ergo recte intelligitur illud Psalmi. Constitue super eum peccatorem, idest, sit eo superior diabolus, qui stet a dextris eius, & cum iudicatur, & exeat cōdemnatus, vestes sordidæ Iesu peccata illius significant, stabat vero ante faciem Angeli, eū respiciens, ut ab eo iuuaretur. Qui ministerus Iesu curauit sordidas uestes ab eo tolli per pęnitentiam, & indui nouis, atque pretiosis, quę uirtutes significant, ut ait Cyrillus, Ideo Chaldæus ait. Induite iustitijs. Mutatoriæ uestes, in scriptura significant uestes prioras, ut patet 4. Re. 5. & Is. 3. vt sic oraret ornatus. Cum ergo ad orationem accedis, respice Angelum tuum, & cura ut exuas veterem vestem, & induas nouam, ut in digna veste Deo appareas, & oratio tua accepta sit Deo, dignaque eius conspectu, &c.

Margin notes (left column): Zac. 3. — B — Esd. 10 — Hiero. — C — Hiero. — Ps. 108 — Augus. — Ps. 143 — Greg. — Psa. 15
Margin notes (right column): Ps. 108 — Ps. 108 — B — Cyril.

CONCIO VIII.

De Domo orandi, ac meditandi ad Religiosos.

C

THEMA.

Oportet, semper orare, & nunquam deficere. Luc. 18.



Iximus orationis, & meditationis necessitatē, quam ex alijs multis colligere possumus Est. nulla Dei schola, in qua ille animam docet. De qua per prophetam ait. Ducam eam in solitudinem, & loquar ei ad cor, idest, ueritates, quę cordi adhæreant, alijs enim studijs edocemur de ueritatibus speculatiuis, in oratione uero cur edocetur. Est enim oratio aqua irrigans animam, qua homo fit tanquam lignum, quod plantatum

Margin notes: Ose. 2. — Psal. 1.

A tatum est secus decursus aquarum, quod fructũ suum dabit in tẽpore suo. Fit aĩa orans hortus irriguus, cuius nõ deficiẽt aquæ similes odoriferæ herbæ, quæ vulgo dr: (Albahaca) quę sępe rigat, ibi. n. pluuia illa suscipitur. de qua psaltes ait.
Psa. 67 Pluuiã uoluntariã segregabis Deus hæreditati tuæ, infirmata est, tu uero p̃fecisti eã. Sine oratione uero, ac meditatione est aĩa religiosa, quasi hortus, & albahaca, absq; aqua. Oportet ergo sp̃ orare, & nunquã deficere. Deĩde necessaria oratio est, pp innumera nobis imminẽtia pericula, a quib. vt liberemur, necessarium est diuinum auxilium quod oratione implorãdum est. Vt hoc nos Christus doceret, imminente passione orat, in
B qua oratione sic cõfortatus est, ut qui cæperat pauere, intrepidus hostes quæreret, & exciperet. Sic ẽt Moyse orãte vĩcitur Amalech, Susanna eripitur, tres pueri ventum roris flante susceperunt in medio ignis. Ionas a ventre ceti liberaẽ, Iosaphat circũdatus ab innumeris hostibus liberaẽ, & Daniel orans in medio leonum securus est. Cũ ergo nos in multis simus periculis, necessariũ nobis est nũcium orationis ad Deum mittere, vt nobis remedium obtineat. Dicet. n. tibi
Psa. 11 Deus illud Psalmi. Propter miam inopum, & gemitũ pauperũ, nunc exurgat dicit dominus. Nec uero ita te possunt constringere, ac circũdare hostes tui vndiq; vt non possis hunc nuntiũ ad Deũ
Ge. 28. mittere, nec uacuus redibit. Iõ. n. angeli ascendunt, & descendunt per scalam Ia
C cob. Ascendunt quidem, dum orationes nostras ad Deũ deferunt, descendunt uero, remedium vobis rep̃rtãtes. Demum cum totius Christianę uitæ finis sit Deo vniri hoc in oratione, ac cõtemplatione efficitur, reliquę. n. virtutes eo tendũt, vt nos a creaturis separẽt, et circa creaturas exerceantur. Vnde eis quærimus Deum cum sponsa per uicos, & plateas. Oratio vero, ac contemplatio Deum inuenit, complectitur, ac in domum introducit, & dicit. Tenui eũ, nec dimittam. Et quẽadmodum is, qui uenã argenti, aut auri quærit fodere incipit, & initio terram effodit postea aliquid metalli inuenit, & tãdem uenam auri, & tunc cum gaudio
A laborat. Ita uita Christiani eo tendit ut Deum inueniat. Primum uero, cum orare incipit, terram eruit, quid a uita actiua ei incipiendum est, & mortificandi sunt affectus praui, abigendæ cogitationes inutiles, quæ oranti occurrunt, sed tandem in oratione perseuerans Deum inuenit, quo simplici intuitur fruitur pace, ac silentio cogitationum.

Vt vero Deum inueniamus, quærendus nobis est pia meditatione alicuius misterij, aut diuini beneficij, ut simus similes negotiatori quærenti bonas margaritas, ut unam inueniat, Deum. s. Qui ergo meditatur similis est cani uenatorio, qui Simile discurrere incipit, ut feram inueniat, & cum eius odorem perceperit, ardentius B huc, illucq; discurrit, cum eum inuenit, quiescit, eamque contemplatur, & uenatori ostendit. Ita discursu Deum quærimus, & cũ illius odorem perceperimus, ardentius currimus cum sponsa dicent. Can. 1 In odorẽ unguẽtorũ tuorũ curremus. In nulla uero re nobis quiescẽdum est, Io. 20. donec Deum ĩueniamus. Sicut Magdalena licet angelos inueniat, non qescit donec Iesum inueniat. Inuẽto uero Deo sistit homo, eum intuetur contemplatione quieta, & corã eo lætatur. Hæc est cõtemplatio, quę iõ dr̃ sepulchrum animę. Sicut. n. corpus huic sæculo, mortuũ in sepulchro quiescit, nec ullam habet uitalem operationem. Ita anima, cum ad cõtemplationem peruenit, Deum inuenit, C & vniuersa alia reliquit, & ideo sæculo huic defuncta est, dicitq; Dilectus meus mihi, & ego illi, quasi dicat, ego illi soli sum, nullus alius me usurpare præsumat. De his uero, qui hoc contemplationis sepulchrum inuenerũt, explicat Gregorius illud Iob. Qui expectantes mortẽ & nõ inueniũt quasi effodientes thesaurũ, gaudent uehemẽter, cũ inuenerint sepulchrum. Quæ uerba enarrans Gre. 5. Moral. c. 3. ait. Quia perfecte mori mundo non possumus, nisi intra mentis nostre inuisibilia a uisibilib. abscondamus recte hi, qui mortificationem appetunt, thesaurum effodientib. comparant, mũdo. n. per inuisibilẽ sapientiã morimur,
Grego. Can. 2

A de qua Prouerb. 2. dr. Si quæsieris illam quasi pecuniam, & quasi thesaurū effode ris eam Sapiētia quippe in rerum superficie non iacet, quia in inuisibilib. latet. Et subdit. Qui autem quæsitam mortem inuenit, gaudent uehementer, cum inue nerint sepulchrum, sicut. n. sepulchrum locus est, in quo absconditur corpus, sic diuina cōtemplatio locus est, quo abscō ditur aīa, quasi. n. adhuc huic mundo ui uimus, cum mente in eo foris uagamur. sed mortui in sepulchro abscondimur, cū mortificati exterius ī secreto internæ
Psa. 30 cōtēplationis celamur. De quib. Psa. ait. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ
Col. 3. à conturbatione hominum. Ad hos ait Paulus. Mortui. n. estis, & vita vestra ab scondita est cum Xpo, in Deo. Hi uero
B in hac vita beati dici possunt, quia perfe cta affectuum mortificatione peruenerunt ad cordis munditiam, & beati mū
Mat. 5. da corde, quoniā ipsi Deū videbunt, non solum in alia vita facie ad faciē, sed & in hac altissima contēplatione. Hoc ipsum quod diximus de meditatione, & cōtē platione a'ia similitudine fiat manifestū.
Simile vt nubat nobilis fœmina alicui viro, mul tā de eo interrogat, ac inquirit, nobilitatē, ingenium, mores, diuitias, sed cū oīa sibi conuenire uidet, ei despōsatur, eique nimium afficitur, & postea, vt eū diligat nō discurrit, nec amplius interrogat, sed eo uiso diligit, delectaturque. Ita vt aīa Deum ducat sponsum, prius meditatione, ac longa cogitatione bona Dei sui cō
C siderat, cum uero oībus cōsideratis Deū in virum eligit, cum iam amat, ac cōple ctitur sine discursu, & in eius presentia delectat. Eo uero deuenire aīa solet, ut cōtēplatio, q̄ alijs post lōgam meditationem conceditur, qua Deum simplici intuitu, & sine discursu vident, ipsi conce dat sine discursu, uel paruo adhibito discursu, sed cū in oratione venit, cito in Dei sui pręsentia lętatur, diligitq; , sicut de vxore diximus, q̄ uirum iam dilexit, nec indiget denuo bona eius cons derare, q̄ semel nouit, & iō cui finis discursus conceditur, a discursu cessare debet, vt quid. n. via ei q̄renda, qui in termino est? Cū meditatur, ac discurrit homo ipse lo quitur, potius quam audiat. Cū vero ad cōtēplationē peruenit tacet, & Deus lo- A
quit. Tunc factum est silentium in cœlo Apo. 8.
quasi dimidia hora. Ber. Dulcis hora, sed breuis mora. Sileat ergo aīa. Deus loq Bern.
tur ei. Sonet vox tua in aurib. meis; uox . n. tua dulcis. Taceant cantores vniuersi Can. 2
taceant, & Ange i. Loquere tu Domine, qm̄ audit seruus tuus. Dicebat Israel. Lo i. Re. 2
quere tu nobis ò Moyses, non loquatur Exod.
nobis Domine, ne forte moriamur. Sed nūc Dñe taceat Moyses, et loquere tu, vt viuamus. Audiuit Ioannes hanc uocem de qua ille ait. Et ui ī Spiritu, in die Do Apo. 1.
minica, & audiui post me vocē magnā, quasi tubę. Cum ait in spiritu, significat in mētis excessu, vos vero magna dr̄, q a uos Dñi ī virtute. Similis uero erat uox tubæ, quia sicut tuba indicat bellum, ita Dei vox prælium in vita. Vox uero post tergum facta dr̄, quia Prophetis non a facie, sed à tergo Deus ostenditur, ut Moy si. Exo. 33. & Ezechieli dicenti. Audiui B
post me uocem commotionis magnę. Ri char. uerò c. 4. in Apocaly. Ansbert. An Richa.
sel. & Rupe. aiunt. Tergum accipi meta Ansb.
phorice pro obliuione rerum tpalium, & Ansel.
gubernationis Ecclesiarum, quia Ioan- Rupe.
nes ita erat Deo intētus, & oium aliorū oblitus, ut omnia relinquēs soli Deo va caret, & sic uox eum auocans ad Ecclesię curam à tergo sonat, quia omnia post tergum reliquerat.

Sed qm̄ nemo repente fit summus, ut in hunc gradum ōronis quis ascendat, q est contemplationis, alios gradus duos prius percurere dēt, quos vt explicemus, Notandum est triplicē esse orationis fru C
ctum. Primus est perfecta sui victoria, et abnegatio, ac abdicatio ab his, quæ mun di sunt. Secundus est mutatio vitę Christi, & uirtutū illius. Tertius est unio cū Deo per amorem perfectum. Hi omnes effectus ab omni orante curandi sunt, et uniuersa hęc ōronem ordinare, sed inci piēs magis attendere dēt ad primū, profi ciens ad sedm̄ perfectus ad tertium. Hęc tria docuerunt nos tres uiri insignes in orādo, de quibus meminit scriptura. Pri Gen. 3.
mus fuit Iacob qui luctatus est, cū Ange lo, & inualuit ad eū, & adeo fuit fortis, ut

tota

A tota nocte luctā sustinuerit, & licet clau dus remanserit, benedictionem est cōsequutus, & nomē fortis, iō n. Israel dictꝰ est, quia si contra Deū fortis fuisti, quanto magis cōtra homines ꝓualebis. Cūq; vicinorū irā timeret, ascēdit ī Bethel, edificauit altare, & terror Dei inuasit oēs ꝑ circuitum ciuitates, & non sunt ausi persequi recedentes. Qua rōne postea dixit, Quā tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo. Quo loco Chaldaica, more suo difficilium enodatrix locorum legit, quā tuli de manu Amorrhæi, orōne mea, & deprecatione mea; Nequ. n. legi aliquā bella scē Iacob, sed arma eius fortia orōnes, & deprecationes extiterunt, quibus hostes perterruit. Secūdus fuit Moyses, qui egressus de Aegypto, & suffocatis in mari Aegyptijs, ascēdit in montē, & fuit intra nebulā quadraginta diebus, & de- B scendit splēdida facie, similis Deo, & in manib. legē Dei portabat, q̄ ei Deus dedit. Tertius fuit Elias, q trucidatis sacerdotib. Baal fugiens Iezabelem, dormiēs sub iuniper, excitatʳ ab angelo, q ei panem subcinericiū ministrauit, & in mōte Oreb Deū vidit in sibilo auræ tenuis, & demū igneo curru est exaltatus in cælum, & ipsum pallium reliquit, quo miracula patrabat, qa de terra erat. Quasi in imagine delineauimus oēs orationis modos, ac fructꝰ. Primꝰ est victoria sui, & oium affectionum mortificatio, nisi .n. carnem a te eieceris, spūs Dei in te non habitabit. Sicut.n. si in cera figura aliqua expressa est, impossibile erit, aliā in ea figurā efformari, nisi prior deleatʳ, C ita nisi imaginē prioris Adā, quā portasti, deleueris, Xp̄i imaginē portare non poteris. Portasti imaginem terreni, nūc portare uis imaginem cælestis, dele ergo illam, ut hanc suscipias. In cælo quidem sibi consonant aīa, & corpus, utrumque gaudet, ut lætatur. In inferno utriq; dolet, ac tristatur. At in terra nō ita, sed cū aīa gaudet corpus contristandum est, ac mortificandū, q si corpus gaudeat, & lætetur, aīa tristabitur, & dolebit, qa sibi in uicem aduersanē. Cui ergo placēdū est? Audi Pau. Fres debitores sumus nō carni, ut secūdum carnem uiuamus. Recte Paul. ait, quid debes eam? num non illa inimica? nū nō ad portas inferi te duxit? nisi inde Dei misericordia te liberasset. An nō Dalida est, q̄ proditiones machinatʳ, ut dæmonibus tradat? Quid ergo debes, nisi oēm asperitatē? Nec iō credas malū te carni inferre, nō n. malū, sed bonum præstās. Sicut contra peccator, cū putat se carni indulgere, eā perdit. Audi iustorum, & iniustorum corpora post resurrectionem, cū ueritas rerū oium apparebit. Innumeras pfecto gratias corpus beati aīæ, aget, qd illud mortificauerit, ac afflixerit, sic.n. ad æternam gloriā perduxit. Cōtra uero innumera maledicta corpus dānati in aīam congeret, qa ei indulsit, sic.n. ad æterna supplicia illud adduxit, qa ut Sapiēs ait. *Si prestes aīe tuę cōcupiscētias eius, faciet te ī gaudiū inimicis tuis.* Sicut ergo Abrahā ascē- B dēs in montē portabat igne, & gladiū, ita orans Dei charitatē, ac mortificationem deferre dēt, similisq; antiquo sacerdoti esse dēt, q gladium sanguine madidū aīalium deferebat. Hinc Isaias. Quē docebit Dominus sciam, & quē intelligere faciet auditum? Ablactatus a lacte, auulsos ab uberibus. Pax profecto maxima in nobis esse debet, ut Deus in nobis inhabitet, quia factus est in pace locus eius, hæc uero non est sine hostium victoria parta. Iō ī Hispania pax multa, qa victi, & profligati sunt uniuersi Mauri. Iō Psa. ait. Pax multa diligentibus legē tuā. Sed, q̄ Dei lex est? Planè lex abnegationis, & mortificationis, hāc legē seruātib. pax conceditʳ. Proiecit semel Abraham Agar, & filiū eius. & pax dñi eiꝰ reddita C est, alias, n. sæpius experiretʳ dissidia inter Isac, & Ismael. Sara, et Agar. Cura ergo pfectam tui asseq mortificationē, & plena pace frueris. Iō manet Deus Israelē. Quādo trāsieritis Iordanē intrantes terrā Chanaan, disꝑdite cūctos habitatores terrę illius, sin āt nolueritis īterficere habitatores terræ, q remanserint erunt uobis quasi claui ī oculis, & lācea in lateribus, & aduersabūtʳ ī terra habitationis vestræ. Hoc ipsum dicitur ei, qui religionem ingreditur, ut cum affectibus ... faciat, alias nam ... ille te perdent.

Ge. 35 Ge. 48 Ez. 34. 3. Reg. 19. 3. Re. 2. Ro. 8. Ecc. 18 Ge. 22 Isa. 28. Psa. 75 Ps. 118 Ge. 21 Nu. 33

A Eo ergo dirigi det oratio incipietis, vt se abneget, ut mortificet mebra sua, q̃ sunt sup terrã, obtinetur uero hoc lucta, orõne, ac lachrymis, ut Iacob obtinuit. Sic.n. Os. ait. Infortitudine sua directus est cum Angelo, & inualuit ad angelũ, & cõfortatus est, fleuit, & rogauit eum. Cum ait, directus est cum angelo, signi ficat, ꝓsperos successus habuit in lucta cũ angelo. Idn. dirigi significat in scri ptura, plurib. locis. Sed quõ inualuit ad angelũ? ꝑcipue Dei ꝑsonã agentẽ? Cer te significat, Deũ ab hoĩbus uincendum amore, ꝑnia lachrymis. Confortatus ue ro dr̃ angeli bñdictione, ne timeret fra trẽ, quẽ metuebat. Fleuit, & rogauit eũ, en lachrymas, & orõnem, q̃bus obtinuit benedictionẽ, & carnis uictoriã, percus sus.n. in fæmore ab angelo est, quo car

Os. 12

B nis mortificatio significat perfecta. Nec .n. satis est semel, & bis, ac tertio carnẽ superasse, sistẽdũ nõ est, donec eã videas claudicare, donec illã videas honorẽ, ac delitias nõ curare, sed respuere, & nihil mundi uehemẽter appetere, tunc.n. clau dicat. Nec ẽt satis putare debes, qđ ĩ orõ ne multa bona proponas tibi facienda, ꝙ ibi honorẽ, ac delitias asperneris, nec .n. qa bene proposuisti, dum orares vi ctoriam, acq sisti, sed inspiciẽdũ tibi est, post orõnẽ, q̃uo in his te habeas. Sic.n. post luctã Iacob claudicat. Et licet videa ris tibi victor, carnemq; superatã, nõ iõ securũ te credas, sed caue tibi, & memor

C esto eius ꝙ propheta dixit Achab post q̃ superauit Benadab. Vade, & conforta re, & scito, & vide, quid facias sequenti enim anno rex Syriẽ ascendet cõtra te. Nunq̃ ergo carni fidendũ est, q.n. nunc debilis, & deuicta apparet, cras in te in surget recuperatis virib. Et licet in orõ ne Deo dicas, cũ Psal. nõ mouebor in æ ternum. Nõ id usq; adeo certũ est. Non dum vidisti inordinatũ affectũ tuũ suf focatum in mari, ut iã cant s, & obliui scaris, inimicos te habere, nõdũ suffoca tus Pharao est, & Aegyptij, semp time, & carni bellum indicato. Nec solũ curã dum tibi est, carnẽ superare, sed & mun dũ, & uniuersa, q̃ illius sunt obliuisci. sic .n. Iacob ascensurus Bethel ad orandũ,

3. Reg. 20.

Psa. 29

Ge. 35

prius idola abstulit, ac sepeliuit. Vniuer sa, q̃ mundi sunt, sepelire debes, vt bene ores. Si.n. id nõ feceris, veniet post te mũ dus insequeris te, & dicet tibi, ꝙ Labam ad Iacob cur furatus es deos meos. Si di scedere a me disponebas, cur Deos meos tecum tollebas. Si honorem, si vanitatẽ. si curiosa uis. Dij mei hæc sunt, si hæc te cum defers, me quoq; tecũ portabis. Nec vero discedet a te, donec uniuersa tua e uoluat, ut uideat, an aliq̃d ad eũ ꝑtinens tecũ detuleris, vt Laban fecit. Non ergo te credas, a mundo liberum, si aliquid il lius tecum habeas. Fratres nolite dilige re mundum, nec ea, q̃ in mũdo sũt. Sed sicut idola sepeliuit Iacob, ita religiosus vniuersa mundana abiiciat cõculcet, & sub terra ponat. Qui hęc præstiterit cum Iacob, recte orabit, & dicet Israel, idest, fortis, ut explicat Hiero. in traditionib. Hebraicis, non.n. Israel significat, uidẽs Deum, ut aliqui dicunt, sed fortis, ut scri ptura manifestè dicit, cum illud nomen Iacobo impositum sit, q̃a contra Deum fortis fuit. Sic ergo ille fortis erit, qui dõ minatus fuerit passionib⁹ suis. Quia vt Sapiens ait. Melior est patiẽs uiro forti, & q̃ dominat aĩo suo expugnatore vr biũ. Hoc vero orõnis genus difficile est, valde.n. difficile est, abnegare, ꝙ est, est .n. molestũ bellũ, est lucta, sed utilis, q̃a sic obtinetur benedictio, & finẽ accipit nox laboris, & illucescit tandẽ mane cõ solationis. Vt uero fructus iste a nobis colligatur, ea præcipue in oratione consi derare debemus q̃ ad hunc finem aptio ra sũt, cuiusmodi sunt, pcti mala, mors, iudicium infernus, & similia. His.n. effi ciur illud psa. Cõfige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui. Sic enim timore Domini recedit, omnis a malo, quod ad incipientem pertinet.

A

Ge. 31

1. Io. 2

Ier. 20.

B

Ge. 32

Pro. 16

C

Secundus orõnis fructus, q̃ ad profi ciẽtes pertinet, est affectus hoĩs excitare in Xp̃m Dñm, & illius virtutes imitan das. Hæc est orõ Moysi, q̃ iam ab Aegy tu recessit, & ĩ mari reliquit Aegyptios submersos, & mare pœnitentiẽ trãsijt, & mõtẽ ascẽdit, & cũ Deo per quadragita dies cõuersatus est. Sic ergo longa consi deratione uita, & passio Xp̃i nobiscon

side-

A sideradæ sūt, ut illi⁹ virtutes imitemur. Ex qua consideratione similes Christo procedere dēmus, sicut Moyses similis Deo. Nec vero satis tibi esse putes, si in oröne virtutes Christi aspicias, tibique placeant, eas desideres, nisi ēt ope imiteris. Quidā.n. similes se pstant his, qui de pictas imagines pulchras, ac ornatas, uident, ac laudāt, illi tñ nō se ornant ad earum similitudinem. Hos ēt Chrys. dicit
Chry. similes his, qui in theatro uidēt pugiles certātes, laudantq; strenua se gerēres, sed ipsi nihil præstāt, soloq; conspectu delectant. Sic ergo inspicere dēmus Christi virtutes, ut illos imitemur. Basili⁹ ait, si
Basil. cut is, qui depictæ imaginis similitudinē
B in alia tabula exprimere vult, primū ui det depictā imaginē, & uniuersa, quæ in illa sunt, metiturq; magnitudinē, ac distātias, deinde uerò in tabula sua depingit, qđ in alia uidit, ita oīa, q̄ in Christo vides, in tabula aīæ tuæ depingere dēs. Aliqui ēt sunt, qui cōsiderantes Christi virtutes, & laudātes, proponūt illas imitari, sed cito obliuiscuntur propositi, ac promissi. Ex pictoribus quidā sunt, qui imagines pingūt faciles uulgo dr̄ (pintar al teple.) quidā verò oleo utūtur, ut pin-
Simile gāt, dicuntur vulgo (pintar al olio) Priores quidā colores miscent aquæ, uel oui parti clariori, quæ, albugo dr̄, eorū tñ pictura minus durat, ac consistit, faciléq; aqua perit. Posteriores vero miscēt colo
C res oleo, q cū maximè penetret oīa, colores illi admixti ēt penetrāt tabulā, & iō in longius tps durant. Ita omnino plures sunt, qui uirtutis quidē opa præstāt, sed nulla cœlesti consideratione admixta, obediunt, opa humilia exercēt, sed frigidè, non quia obediētiæ, uel humilitati affecti sunt, sed qm̄ Religiosi sunt, & uidēt eadem pstari à socijs. Horū uirtus facile tollit, quia cū ab hoībus non vr̄, eā facile relinquit, quia ei affectus nō erat. Alij uerò non ita se gerunt, sed uirtutib. affecti sunt, easq; miscent consideratione, ac affectione animi, et cū cōsideratio & amor intra aīam sint, uirtutes, quæ illis miscent, aīum penetrant, & iō ex corde obediunt, quia obedientiā diligūt, & sic re iqua. Hinc prouenit, ut in exercitio virtutis perseuerent, & uetus, ac aqua A
occasionum has virtutes nō tollūt, quia radicatę in anima erant. Qui ergo profi cere ī virtute vult, exeat ex Aegypto cū Moyse, mare penetret pœnitentiæ, interimat capita draconum in aquis, mortificans inordinatos affectus. Ascendat cū Moyse in mōtē, cōsiderans Christi opera, & passiones, curet similis Christo esse in claritate luminis ipsius, & denique legis tabulas manu deferat, idest, opere compleat Dei mādata, & tūc rectè eum orasse dicemus. Ex oratione.n. id nobis præcipuè colligendum est, ut Dei mandata impleamus, & Christum interius, ac exterius imitemur. Qui uerò hæc præ stiterit, optimè postea orabit, ex uirtutū B
enim collectione in animo facta oratio in cœlum ascendit, quasi odor procedēs Can. 3
ex collectione plurium aromatū. Hinc illud Canticorum. Quæ est ista, quę ascē dit sicut uirgula fumi ex aromatib. mirrhę, et thuris, et uniuersi pulueris pigmētarij? Oratio.n. ac meditatio similis esse dēt horto concluso, in quo innumeri, ac optimi flores, ac fructus, ita in oratione vniuersarum uirtutum opera exercēda, nunc fidei, nunc spei, nūc charitatis, nūc humilitatis. In hoc orto quiescit spōsus, ad quē eum initat sponsa, cum ait. Veniat dilectus meus in hortū suū, ut comedat fructus pomorū suorū. In oratione Can. 4
ergo actus exercēdi uirtutū sunt, ac pro ponendū, postea illos exequi ope, & sic oratio cū omnis uirtūtis est. Sed rursum C
opera uirtutis exercita causa optimę orationis sunt, quia cum quis bona operatus est multa, pfert orationē Deo gratā, q̄ est ut uirgula fumi ex aromatib. myrrhæ, & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij. Si ergo rectè orare vīs, vitā virtutis habe, ex qua optima, pcedit orō.

Terti⁹ orationis fructus est unio animæ cum Deo. Qui ucusquè peruenit, multam uiam percurrit, ingressus est cubiculum secretum sponsi, & cellā illam, ad quam se introductam gloriatur spon Can. 2
sa: Introduxit me rex in cellam uinariā & ordinauit in me charitatē. Alij uertūt insigniuit me charitate, quasi dicat, dedit mihi uestē amoris, charactērē amoris

A ris mihi impressit. Cui hoc concessum est, concessa est, benedictio illa Beniamini. Beniamin amantissimus Domini ha
De.33. bitabit confidenter in eo, quasi in thalamo tota die morabitur, et inter humeros illius requiescet. Delitię illæ sunt, quæ gustari possunt, exponi uero nequaquam. Quando anima eo feruet amore, ut prædilecti absentis desiderio deficiat, ac dicat. Fulcite me floribus, stipate me malis,
Can.2 quia amor langueo. Quãdo in brachijs
Can.2. sponsi requiescit, & dicit. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Fœlix profectò aĩa, quæ eo peruenit. Peruenit ad hoc Elias, sed prius iugulauit. Prophetas Baal, fugit Iezabelẽ, peruenis in montem Oreb, trãsiit Iordanẽ,
B reliquit pallium, sic igneo curru in celũ rapitur. Qui ergo id assequi cupit, affectus prauos iuguiet, carnis delectationes, quæ persecutiones potius Iezabelis sunt, fugiat, in montem perfectionis conscendat, etiam pallium relinquat, quia a multis abstinere debet etiam licitis, ut a mundo elongatus rapi possit igneo curri charitatis, &c.

Sed qm̃ res ista longiorẽ desiderat sermonẽ, de ea sequenti concione agemus.

C
CONCIO IX.

Ad eosdem Religiosos de altissima contemplatione Dei.

THEMA.

Seminate uobis in iustitia, & metite in ore misericordiæ, innouate uobis nouale, tempus autem requirendi Dominum, cum uenerit, qui docebit uos iustitiam. Ose. 10.



Icut ridẽdum, ac simul miserandũ esset, senem in schola videre cum pueris prima elementa addiscentem. Ita miserũ est, religiosum post annos multos in religione positos incipientẽ esse. D. Bonauentura ait. Miserũ est,
Bona. cuiuslibet artis, ac studij disciplinã quẽpiã profiteri, & ad pfectionẽ eius non puenit. Ad hos uero merito dici potest illud Christi, tanto tẽpore uobiscũ sum, et
A nõ cognouistis me? Et illud Pauli. Et.n.
Ioã.14 cũ deberetis magistri esse propter tẽpus
Heb.5 rursum indigetis, ut uos doceamini, quæ sint elementa exordij sermonũ Dei, et facti estis, qb. lacte opus sit, nõ solido cibo. Si in Dei domo p multos fuisti annos, nec tñ maxima dona recepisti, proculdubio tu ipse in cã es, & culpa non vacas, nec seminasti, ut par erat, centuplum.n. congregasses. Aliqñ in regis domo ministrat nobilis uir p plures annos, & nihil recipit, licet plura obsequia prĕstet, qa rex ea non uidet, uel nõ põt dignã tribuere mercedem aut non vult, itaq. nõ ministri, sed regis est culpa. At uero, cũ in Dei domo id accidit, non Deus sed minister in culpa est: Deus.n. magnificus est retributor, qui.n. magnificẽtissimus fuit nobis ante oẽ meritũ, imo cũ multis deme- B
ritis qũo post multa merita nõ erit ma-
gnificus? Quis prior dedit, illi, retribue- Ro.11.
tur ei. Qui fideliter Deo ministrauit, di-
cet cũ Ps. venite, & narrabo oẽs, q time- Ps.65.
tis Deũ, quanta fecit aĩę meę. Qm̃ bonus Tre.3.
est dominus sperantibus in eum, aĩæ q̃renti illũ. Et iõ Oseas ait seminate uobis in iustitia, i. ita orate, et seminate, ut multa iustitia, & sanctitas in vestris cordib. oriat. Addit. Et metite in ore misericordiæ, i. si ita seminaueris, amplissimos ac vberrimos fruct⁹ colligetis. Solet scriptura in promissionibus uti imperatiuo pfuturo, vt significet, si id fiat, qđ dicit promissionẽ esse certissimã, quasi nihil supsit, nisi manum mittere ad pmissionẽ, C
& fructũ capiendũ, iõ Oseas ait. Metite in ore misericordiæ. Sic et Esa. ait Audite audiẽtes me, & comedite bonũ. Idest
si me audieritis, ita certũ est, bonũ uobis Esa.55
affuturũ, ut dicã, comedite bonũ. Sic et Psaltes ait. Accedite ad Deũ, et illuminamini. Sed quid est, qđ Propheta ait, ĩ ore misericordiæ? Os pro uolũtate ĩ scriptura accipi solet quia ore volũtatẽ exprimi
mus. Sic dicimus, faciã, qđ dixeris. i. qđ Ps.33.
ualueris. In ore ergo misericordię est, ad os misericordiæ, i. ad voluntatem misericordiæ quantum misericordia voluerit, idest, largissimè. Solet.n. scriptura uoluntatẽ, & sensum rebus inanimatis tribuere

A buere per prosopopeiā. Sic etiam Gen. 47. dicit. Alebas eos, omnemq; domū patris sui, prębens cibaria singulis. In Hebręo est. Præbens cibaria ad os familię, id est, quantū quisq; de familia valeat.
Ex. 17 Nu. 21 Sic etiam cū in scriptura dr, percuti aliquos in ore gladij, significat, oēs occidi, percutere quātum gladius percutere velit, ita ī ore mięmetere, est, plurima colligere. Addit uero Oſę. Innouate vobis nouale, id est, eradicate spinas peccatorū & renouate uos per pœnitētiam. Noua le. n. est ager nunc primū proscissus. Demū ait. Tempus autem requirēdi dominum, cū uenerit, q docebit uos iustitiā. Hoc loco tempus significat opportunitatem temporis, quā elapsa difficile res
B fiet, opportunum ergo tēpus metendi copiose, ac abūdanter dicit esse tps Messię,
Ioel 1. qui tanquam doctor in mundum uenit. De quo Ioel ait. Cū dederit vobis doctorem iustitiæ. Hoc. n. gratię tps annus est benignitatis, quo abundantiori cōcessa gratia vberiores fructus colligunt. Hoc est opportunum tempus, tempus acceptabile, dies salutis. Qui ergo nunc non
Ioā. 20 pcipit vberrimos gratiæ fructus, sibi imputet, Christus enim uenit, vt vitam homines habeāt, & abundantius habeāt. Qui ergo in lege gratiæ, & in religione perfectionis schola perfectus nō euadit, cum in ea pluribus fuerit annis, sed prima semper rudiméta deuorat, iners est,
C & accurate salutem suam non peragit. Deus enim dona nunc maxima donat, postquam humanitatis nupsit. Sicut Assuerus dona largitus est iuxta magnifi-
Esth. 2. centiam principale, cum nupsit Esther.
Nūc ergo de his magnificis Dei donis dicamus, q fidelibus ministris Deus tribuit. Dupliciter qdem ad perfectā contēplationem, ac diuinū amorē venire quis pōt. Primo maxima Dei grā, quæ in momento hoīem eleuat in superiora, & nūc initia conuersionis altissima sunt, inde .n. homo incidit, vnde alius desinit. Ita cū Magdalena, Apostolis in die Pentecostes, Paulo, ac alijs factum est. Hi à Deo manu ducūtur, ac gubernantur, q ei fit magister spūalis, & contemplanda proponit. Ita cum Ignatio fundatore so-
A cietatis Iesu factum legimus. Hi dicere possunt illud Sapientis. Et lętatus sū in oībus, quoniam antecedebat me ista Sapientia. Optimum vitæ suæ rectorem hi habent, duci se a Deo permittūt. Solum memores esse debent obedientiæ, humilitatis, ac prudentiæ. Quia vero hi rari sunt de alijs dicamus, qui via ordinaria a Deo ducuntur. Sap. 1.
Multis ergo alia est via ad perfectam contemplationem. Eius vero initium timor est, vt Bern. ait, in quo vt in basi optime fundat amor. Ponit ergo primum Deus in aīa uehemētē timorē mortis, iudicij, ac similiū, quo timore colligit se hō & purgat peccata, hoc vehemēti timore vita oīno mutat in melius, ēt cū multorū admiratione, qa ꝙ interius latet, nō vident. Ista vero purgatio necessaria est vt mūdo corde Deus videri possit. Hinc Psa. Consumetur nequitia peccatorū, et diriges iustū. Prius consumēda est peccati nequitia, quā iustus dirigatur, id est, ꝓsperos habeat successus. Desiderat qdē aīa Deo vniri intimè, videt uero peccata impedimēto esse, ideo vt ea abluat, vim maximā lachrymarū fudit, & satiatur aīa lachrymis, quibus peccata suffocant. Hāc lachrymarū abūdātiā petebat Augu. in soliloquijs a Deo sibi concedi. Hoc vitæ huius initium difficile est, quia per desertum, sed nihilominus aquā vitæ Deus cito tribuit, & manna dulcissimū, ēt in initio deserti, quia summa benignitate Deus prodigum suscipit, & ipse ait. Eum, q venit ad me, non eijciā foras. Et psaltes ait. Adhęsit anima mea post te, me suscepit dextera tua. Licet ergo in hoc ingressu videas arctari pedes tuos, noli via inceptā relinquere, uidebit quidem tibi nouā te regionē ingredi, sicut Ignatio accidisse dicit, sed terrā viuētium ingrederis, noli pauere. Sæculum reliquisti aliud ergo tibi, quærendū est, nec mireris, quod nouum appareat, innumera enim bona i illo reperies. Multi (ait Bernardus) mundum reliquerunt, sed pauci in religione ꝓficiunt, qa multi sunt vocati, pauci vero electi, q ad perfectionem anhelent. Quod profecto deplorandum est. Si enim is, qui ab Hispania
Bern. B Psal. 7 Augu. C Ioan. 6 Psa. 62 Bern. Ma. 10

B nia in Indos proficiscitur, cū Hispaniā reliquit, in Indos penetrare contendit, cur, ò religiose, qui mundum reliquisti, in perfectionis fastigiū non tendis? cur totos neruos hac in re nō ponis? Cur vitam non fundes, si opus fuerit? An non miserum fuit Israeli, quod cū tot ex Aegypto prodierint, adeo pauci in terram promissam uenerint? Miserādum vero potius, quod tot in religionē vocati cum sint, pauci perfectionem assequantur. Licet ergo difficilis appareat via, sustine pan lisper, nulla enim ars est, quæ initio difficilis non sit, quod si primam illam difficultatem non vincat hō, miser manet, & erumnosus, ita tu, si hanc difficultatē non superaueris in egestate, ac miseria semper eris, nec vtens his, quę in mūdo sunt, nec vero cę̄lestibus. Oībus illud
B Psa. 71 psalmi dicitur. Labor est ante me, donec intrem in sanctuarium Dei. Sed q Deū assequi vult, paratus esse debet mortem, si opus sit, oppetere, vt Deum consequi possit. Nunc tēpus est partus, postea nō memoraberis pressuræ propter gaudiū, cum prolem diuinam susceperis.

Hoc tempore multum refert, in cella propria consistere plurimum, nec ab ea discedere, nisi necessitas aliud postulet, maximum enim in illa bonū est. Refert
Lipo. Lipomanus in vita Arsenij. Senē iam decrepitum fuisse in deserto, qui propter ætatem vacare nimium non poterat orationi, & corporis afflictionibus, placuit vero ei illa commutare in opera pietatis & iō statuit visitare monachos īfirmos
C & eos, qui tentationibus vrgebant. Cōsuluit vero de hac re Arseniū Qui ei respondit. Opera qdem afflictionis relinque tantummodo ne in animum inducas, vt a cella recedas. Deinde sensuū custodia, ac mortificatio valde necessaria est, q. n. id non præstat dulces Dei cibos non experietur, nec diem lætum uidebit in iubilo spūali. Experientia manifesta conspicitur eos, qui in virtutibus proficiunt, colligere sese & parum loq. Imaginatio ēt, ac memoria frænada est. Ideo
Anto. Magnus Antonius dicebat super oīa interiorem cellam obseruādam, quia imaginatio, ac memoria cohibenda est, quæ similis est onagro, & facile inutilia cogitat, ac vana. Ex quo vana desideria pcedunt, & ex his uanæ cogitationes, quia causæ sunt sibi inuicem causæ. Curanda ergo tibi est vniuersalis mortificatio īterior, et exterior, et ab oī re creata discedere, q̃ si nō pstiteris, cōtēplationis dulcedine nō gustabis. Illud vero pstabat ps.
Renuit cōsolari anima mea, memor fui Psa. 76
Dei, & delectatus sū. Quæ uerba expendenda sunt, qa emphasim hn̄t. Licet vero ista naturæ difficilia sint, sed gr̄e facilia, nā q sperant in dn̄o mutabunt fortitudinē, assumēt pēnas ut aquilę, volabūt & nō deficiēt currēt, & non laborabūt. Isa. 40.

Deinde curare debes, iugem, ac perpetuam Dei memoriā habere, eumq; præsentem intueri. Implebis tūc illud. Oportet semper orare, & nūquā deficere. Et illud. Sine intermissione orate. Et nr̄a cōuersatio in cœlis est. Licet. n. exteriora præstes opera, sed spiritus Deum cogitare pōt. Dic tibi sæpe, quid cogitas? Sursum corda, attende quod à Deo videaris. Sic psal. agebat, qui ait. Prouidebam dominū i cōspectu meo semper. De qua re Paulus Moysem laudat, cū ait. Inuisibilem. n. quasi videns sustinuit. Et hoc monebat Tobias filiū suū dicēs. Oībus diebus vitę tuę in mente habeto Deū. Et psaltes. Oculi mei semp ad dominum. Et Elias. Viuit dominus in cuius cōspectu sto. Et de Enoc dr̄. Ambulauit eam Deo. Et Dauid. Meditatio cordis mei in cōspectu tuo semper. De qua re eum laudat Salomō dicēs: Tu fecisti cum seruo tuo Dauid patre meo misericordiā magnā, sicut ambulauit in cōspectu tuo ī veritate, & iustitia, & recto corde tecū. Et Ezechias ait: Obsecro domine memēto quæso, qūo ambulaueri corā te ī veritate, & corde perfecto. Hæc uero Dei psentia in aīa innumera bona gignit, sicut solis psentia īnumera bona gignit in terra fructus. n. producere, & metalla facit, ita Dei memoria illuminat aīā, lętificat, & bonis opib. abūdare facit. Sicut. n. Deus ait. Ego sū, qui sum, quo abyssum eisēdi declarauit oī pfectione ornatū, ita ipse cū aīa adest per cōtinuā memoriā, est illi omne Deus. n. tibi est oīa, q̄ uolueris.

Lu. 18. Phil. 3 B Psa. 15 Tob. 4 Psa. 24 3. Reg. 17. Gen. 1 Psa. 18 3. Re. 8 C

Rex

A Rex non est tibi omnia, sed nec pater, nec amicus, aut quæuis creatura. Deus vero sicut in se est omnia, ita tibi erit omnia, cum illum præsentē habueris. Erit .n. Deus omnia in omnib. Vis patrem? erit tibi pater. Vis regem, iudicem, pastorem medicum, sponsum? omnia hæc, & alia innumera tibi erit.

Auguſ. Sed hæc Dei præsentia à diuersis diuersimodè vsurpari solet. Aug. Deū sibi præsentem quotidie gerebat, sed diuersa consideratione. Hoc, n. die eū vt sponsū intuebat, & cū eo dulciter agebat. Cras eum iudicē videbat, se vero tanq̃ reū, & veniam ab eo petebat. Altera die Deum sibi medicū aspiciebat, petebatque ab eo salutem. Alia die tanq̃ regē, & dona postulabat. B Alij vero aliter Deum pręsentē habent. Cōspiciunt. n. vniuersas creaturas tanquam Dei tabulas, in quib. ille se depinxit, & sic in omni creatura considerant aliquam Dei perfectionē. Sicut ergo sponsa in effigie sponsi sponsum considerat, illius recordatur, illumq; diligit. Ita aīa Dei sponsa in omni creatura Dei imaginem, aut uestigiū uidet, & Sap. 13 eius memoratur. A magnitudine. n. speciei creatura poterit cognoscibiliter creator horum uideri. Et hisce oculis oīs creatura debet. Alij uero hanc Dei pręsentiam aliter habent. Considerant. n. Deum pręsentem omni creaturæ, & in ea latentē, C q̃ verbo virtutis suę portat, adiuuatque ut mihi ob sequat ac bona præstet in sole. n. Deus est, ut me illuminet in cibo, vt me reficiat in domo, ut me protegat: in diuitijs, ut mihi prouideat. Hinc Xpsdixit. Pater meus usq. modo operatur, & ego operor, quasi dicat, non solum Deus Ioan. 5 initio mundi operatus est, cum creaturas condidit sed semper eis adest, ut illas in operibus iuuet, quod si ille operationem suam tolleret, Sol non illuminaret, nec ignis calefaceret, nec ulla creatura quidpiam operis ageret. Sicut ergo cū rem aliquam inanimatam moueri uides agnoscis intra eam aliquid esse uiuū, q illam mouet, ita in omni creatura Deus est, ut illa operari possit. Cum ergo bonum quodcunq. a creatura susceperis, intuere Deum interius latentem, qui tibi bonum illud præstat. Alij uero Deum tibi præsentem habent, curantes in omni opere intentionem in Deum dirigere, vt ei placeant, & eius gloriam quærāt, iuxta Pauli consilium. Siue manducatis, siue bibitis oīa in gloriam Dei facite. Di- 1. Co. 1 cuntque Deo suo hoc facio, qa tibi placet, ac gratum est. Alij vero verba aliqua ex scriptura, vel ex oratione collecta in memoria iugiter retinendum quib. delectantur, & quasi in reliquis diem festū dño agunt. Sic quidā aiebat Deus meus & oīa. Ali⁹. Diligā te dñe fortitudo mea. Alius. Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram? Deus cordis mei, & pars mea, Deus in æternū. Alius. Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat aīa mea ad te Deus. B Nec n. omnibus una aperitur ianua, aut via, sed huic vna illi alteri. Quisque eam teneat, quæ ei proficua fuerit, & per quā ei Deus aperuerit ianuam intret, veniat mihi bonum, siue hac, siue illa uia.

Postquam ergo homo uniuersa, quæ diximus cōpleuit. Accessit iam ad perfectionē, & ingredi ei licet in contēplationē, & diuinis repletur donis, & unus fit spūs cum Deo. Sicut. n. cū perfectū fuit 1. Re. 3 templum Salomonis, & vniuersa parata, gl'ia dñi impleuit illud. Sic in aīam paratam, ac ornatā oī uirtute Deus ingreditur, & implet diuino splendore, ac C illustratione. Impleturq; in ea illud Isa- Isa. 15. iæ. Implebit splendorib. animam tuam. Tunc oret perfecte. tunc aīa Deo unitur ineffabili quodam modo. Tūc introducit aīa in cellam uinariam. quia sublatis impedimētis largissimè se Deus in illam effundit, sicut sublatis nubibus sol splendet, ac reuerberat in lucido speculo. Hic datur osculum oris, ut Bern. ait, postq̃ processit osculum pedum, ac manuum, osculat. n. cum Magdelena pedes, qui pęnitet & incipit, osculatur manus, q in uia Dei proficit, & Christi uirtutes imitat. Sed osculatur os sponsi amore, ac dulcedine sponsæ, sed hoc illi soli conceditur, qui peruenit ad annos nubiles, ut Bern. ait. Berna.

Certè bona eius qui ad hunc gradum peruenit enumerare, aut comprehendere hominis cogitatio non potest. Hic

A certe verum illud est. Nemo scit, nisi q accipit. audiamus, quæ de hac re Christus dñs dicat. Vincenti dabo manna absconditum, & dabo ei calculum cādidū, & in calculo nomen nouum scriptum,
Apo.2. q nemo scit, nisi qui accipit. Hæc, q nūc dicimus, non dant, nisi uincenti. Is vero est, qui uniuersa, q superius diximus, superauit, qui se in vniuersa dedit discrimina, vt Deum consequeret, qui passiones edomuit, qui omnes sensus mortificauit
Ex.16. huic vincēs merito dr. Primū ergo ei datur manna. Māna cib. fuit Israeli datus oium ciborum sapores continens, q gustantes dixerunt. Manhu? i. qd est hoc? significat vero internam dulcedinē, qua mirabiliter Deus electos pascit, ut ipsi mirentur, & dicant, quid est hoc? Dr uero hoc Manna absconditum, quia non
B oibus datur, sed perfectis seruatum est.
Psa.30 Sicut Psa. ait. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ dne, quam abscondisti timentib. te. Si. n. absconditum non esset hoc Manna, si oēs scirent delitias perfectorum, summa auiditate oēs currerent vt illud raperent, nunc uero quia abscōditum est, multi illud non curant. Addit uero Christus dñs. Dabo ei calculum cādidum, i. vitam fælicem, & oi uoluptate plenam, antiqui. n. fælices dies albis lapis numerabant, nomē vero nouum, est nomen filij Dei, quod suis Deus tribuit quod licet omni iusto tribuatur, sed singulari ratione perfectis tribuitur, qui iā se Deo proximos cernunt. Vnde Ioan.
C
Ioā. 1. ait. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credūt in noie eius, &c. Sed qūo ait, dedisse eis potestatem filios Dei fieri cum iam ex Deo nati sunt, qui enim ex Deo natus est, filius Dei est, qūo ergo accipit potestatem, vt filius Dei fit? Certe, quia dedit eis potestatem, ut perfecte filij Dei sint: imperfecti filij erant, sed potestatem acceperūt, ut filij perfecti essent ut bona Dei immensa participarent, ut iā à terra incipiant cælestib. bonis frui. Hoc uero tātum est bonū, ut nemo sciat nisi is, qui accipit, quanta. n. in hoc bona lateant, nouit, qui recipit. Aperit namq; De⁹ his secreta sua, & plures uitæ venas eis ostēdit. Aliqñ. n. circa Trinitatis mysteriū altissimum lucem tribuit, quę tanta est, ut licet fidem non excludat, & aliquam obscuritatem, tñ quasi illud mysterium homo uidet, & altissimā de eo cognitionem suscipit, ut Ignatio accidit. Aliquando uero id accidit in mysterio Eucharistiæ diuinissimo, & sic in reliqs. Aliqñ ea vi amoris homo rapit, ut quasi extra se fiat, & in uniuersis erca turis Deum cōtemplans innumeros amoris actus elicit. Nullus ei labor difficilis apparet. Et uidet in se talia, ut dicat Manhu, quid est hoc? Nō indiget præparatione, ut oret, cum enim ad orationem accedit, anima iā Deum fertur, eumque complectitur. Cum dormit Deum in somnis habet, quia cum solum interdiu cogitauit, cum euigilat, cor ardere sentit Dei desiderio. Et a Deo in oratione suscipitur in brachij, quid ei nutritius, & dulcissima mater. Impleturq. illud. Et ego quasi nutritius Ephraim portabam cos in brachijs meis. Sed quas delitias il Ose.11 le præbebit, qui ipse delitiæ est.

Qui eiusmodi est ad contēplationem peruenit. In qua operatur aliquando solus intellectus, aliquando sola voluntas aliqñ vero utraque potentia, ut aliqui Doctores tradunt, quid uerò nos sentiamus, inferius sequenti Concione trademus. Accedens homo ad contemplationem, aliquid meditandū sibi proponit, circa quod intellectus discurrit, operante simul imaginatione. Expectat uerò homo id, quod a Deo ei datur, dono etenim sapientiæ, intellectus ad superiora eleuatus sistit in cōtemplatione summę ueritatis simplici intelligentia, tunc voluntas Deo vnitur, & perficitur contemplatio, quæ est unio aiæ cum Deo cum abstractione ab omni re creata, iō pertinere diximus ad sapientiam, quæ est sapida scientia, quia in ea & intellectus, & voluntas operantur. Intellectus simplici intuitu, ac intelligentia Deum agnoscit. Voluntas ab omni re creata abstracta uehementi amore in Deū tendit, ac ei mirabiliter vnit. Hoc vero dupliciter contingere pōt, aut sm cōem uiam, aut modo supernaturali pillapsum. Primū sic accidere solet. Incipit homo cogitare,

A re, ac discurrere circa diuina, & a sésibilibus ascendens peruenit in Deum, & si ne discursu eum apprehédit simplici intuitu, & iam eius bonitatem, iam sapientiam, & potentiam, considerat. Et inde voluntas excitatur ad amorem, & gaudium, & sic Deo vnitur. Hanc diximus communem viam, nõ vt gratiam excludamus, sed quia naturale est, vt nihil sit volitum, quin præcognitũ, nec satis est, quod prius res sit cognita, nisi cognoscatur, cum diligitur. Secundo uero supernaturaliter accidere potest, soletq; Deus ad contemplationem eleuare intellectũ sine vllo discursu, & sine cooperatione potentiarum sensitiuarum. Similiter potest Deus immediate sibi vnire uoluntatem sine actuali cognitione intellectus,
B satis enim est, quod præcesserit (licet naturaliter, vt diximus semper requiratur cognitio præsens) & hinc dicitur illapsus, & diuina impressio. In qua potius se homo habet passiuè, quam actiuè. Non quod non agat, dum recipit, quia impossibile est, intellectum recipere cognitionem quin agat intelligẽdo, similiter voluntas, sed dicitur potius passio, quam actio, quia anima non illud assequitur uia communi illud inquirens, sed illud gratis a Deo recipit. Et hæc est altissima
Dion. contemplatio. Et hoc est quod Dionysius de magistro suo Hierotheo ait, qđ erat patiẽs diuina. Et de Ignatio memoriæ proditum est, in spiritualibus magis
C se habuisse passiuè, quam actiuè. Quia vero transeunte hoc sæpius datur, quã permanenter, inde intelligi melius potest. Aliquando enim subito illustratur à Deo intellectus, ut simplici intelligentia agnoscat ueritatem, quasi per annum illam discursu acquisisset, cum tamen discursus nullus præcesserit. Aliquando etiam amor, & iubilus in uoluntate esse solet, quibus Deo unitur subdito, cum aliud cogitaret. Id ergo quod transeunter aliquando datur, & frequentius, id permanenter in altissima contemplatione Deus concedit. Sed quia hoc ampliori explicatione eget, ut sequenti concione de eo agendum est fusius, &c.

CONCIO X.

Ad eosdem Religiosos de altissima contemplatione Dei.

THEMA.

Ingressusque Moyses medium nebulæ, ascendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Exod. 24.



Icut ex regijs ministris, q̃ dã ei assistũt, & in illius domo commorãtur, alij uero muneris, ac officia obeũt extra domum regiã, cũ in republicæ administratione, tum etiam in bellis gerendis. Ita inter Angelicos spiritus quidam Deo assistunt, quidam corporalia gubernant, & hoĩes custodiunt. Vtrique uero Dei ministri sunt. B

Ad eundem modum inter hoĩes, qui Deo inseruiunt, quidam ei assistũnt in domo, illius uersant, & hoc munus eorum est, q contẽplationi dediti sunt, quidam uero exteriora curant, quod ad uitam actiuam pertinet. Quemadmodum vero ij, qui regi adstant, aliquando a rege mittuntur, ad aliqua munera obeunda extra illius domum. Et hi, qui extra domum regi ministrant, aliquãdo ad regem ueniunt, ut ei rationem reddant, & ordinem gerendorum suscipiant; ita cõtemplatiuæ uitæ sectator aliqũ actioni intendit, & qui actioni inseruit aliquando contemplationi uacat, nec enim bene agere posset, nisi in oratione uires acciperet: distinguuntur ergo hi status, pp præcipua, quibus intendunt, contemplatiua enim uita contemplationi magis attendit actiua uero actioni. Contemplatiua vero uita præstat actiuæ. Ideo Christus ait. Optimam partem elegit sibi Maria. Luc. 15 August. Non tu malã, sed illa meliorem. Augu. Et inter regios ministros illi præcipui habentur, qui regi maximè adhærent, Mihi adhærere Deo bonũ est, idest, optimum. Nec mirum, cum in cõtemplatione opera maximarum uirtutũ exerceantur, fidei spei, ac præcipue charitatis, del

A quo superiori cõcione sermonem cœpimus, & nunc nobis prosequendum est. Dicebamus namque sæpi a Deo uoluntatem, ac intellectum triã seunter sęptus, sed permanenter rarius, vt Deũ sine discursu cognoscat, & Deũ ineffabili quodam modo diligat, sine intellectu duce. Hoc uer. s paucis cõceditur, mundus. s. corde, De quibus Psa. ait: Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? innocẽs manibus, & mũdo corde. Et iterum Domine, qs habitabit in tabernaculo tuo, aut q s requiescet in mõte sãcto tuo? q ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Quæ uerba mire expendit Richar. in Beniamin minore, q est primus tractatus illius de cõtemplatione. Merito diuina cõtẽplatio mons dr, & mons in uertice montium, quia altissimum est eorũ, quo homo peruenire põt in hac uita. Tabernaculũ et Dei dr, quia ibi protectus homo est, ibi Deum videt, eiq; assistit. Sed id non conceditur, nisi ingredienti sine macula, & mundo corde. Donum hoc excellẽs est, & iõ nisi probatis amicis non datur, longe ab hoc dono est, qui uitam ducit vulgarem, ac omnibus communem. Qui omnino mundo non moritur in hoc tepulchrum non ingreditur. Et sic possunt accipi uerba illa Dei ad Moysem: Non uidebit me homo, & uiuet. Est n. hoc regnum illud Dei, q non est esca, et potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Nec vero ista icredibilia esse debẽt, cum Dei bonitas infinita sit, & in suos immensa dulcedo. Et ex quo ille homo fieri, & crucem pati dignatus est, nihil incredibile apparere debet. De hac oratione uerum habet, quod Anto. aiebat, tunc esse orationem perfectam, cum orans nescit quid orat. Quoniam adeo mirabilis hæc unio cum Deo est, ut nesciat ipse, q unitur, eam explicare, nec intelligat, quid illud sit, licet illud gustet. Et hoc est illud Dionysi, de mystica Theologia. Tu Timothæe charissime p intentissimam, vel continuenda mystica spectacula exercitationem, relinque sensus, & intellectuales operationes, & sensibilia, & intelligibilia omnia, intendeq; teipsum pro viribus per quandam ignorantiam, ut illi iungaris qui super omnem substantiam, scientiamque est. Sane ubi libere, absolute, & pure a te ipso, atque omnibus excesseris, tunc sublatis omnibus ipse expeditus ab omnibus euolabis ad super substantialem diuinæ caliginis radium. Et paulo inferius, Contemplator uisibilia, & intellectualia deserens ingreditur mysticam ignorationis caliginem, in qua omnia scientiæ, & cognitionis præsidia terminans, totus fit in eo, q tactum penitus, usumque refugit, ac transcendit omnia. Quia vero id naturaliter non accidit, solum exhortatur, ut ad illud percipiendum se disponat. Et sic paulo inferius ait. Ad hanc perlucidam, liquidissimamque caliginem admitti, & per visus, scientiæque priuationem uidere, ac scire eum, quia aspectum omnem scientiamque transcendit, oramus. Diuus Bonauentura enarrans hæc Dionysij uerba ait. Hanc eleuationem, quæ fit per ignorantiam, esse motionem animi per amorem, sine intellectus opere (De qua re Hugo de Sancto Victore libro de artha animæ. Et hæc oratio dicitur silentij, & caliginis, in qua unitur anima ignoto Deo. Quia foris manente intellectu, affectus solus mouetur; & Deum diligit immensa dilectione, & eo anima eleuatur, ut prius Deum diligat, quam intelligat. Licet statim etiam, ut Dionys. ait, sequatur intelligentia Dei maxima lumine sapientiæ.

Hinc intelligitur, illud Bernardi sermone 52. in Cantica duplex, ait, modus est moriendi mundo, in contemplatione. Prior communis, cum oblitus, intellectus omnium rerum in sola Dei intelligentia sistit, & hanc appellat iustorum mortem. Alter uero supernaturalis, quã dicit mortem angelorum, vnde orat. Moriatur anima mea non solum morte iustorum, sed etiam si fieri potest morte angelorum, ut prætergressa uniuersa uisibilia, non solum affectum erga illa exuat, sed illarum imagines omnino relinquat, & sic cum angelis conuersetur, quibus puritate similis est,

Marginalia (left): Psa. 23 · Psa. 14 · Richa. · B · Ro. 14 · C · Dion.
Marginalia (right): A · B · Simil. · Hugo · C · Berna.

A est. Hic enim excessus est, qui vel solus contemplatio dicitur, uel maior contemplatio. Rerum enim terrenarum cupiditatibus non teneri, humanum est, corporum autem imaginibus speculando nõ obuolui, angelicę puritatis est, licet enim vtrumque à gratia procedat, sed hoc ultimum maioris est gratiæ. Tunc ergo ait Dionysius 7. capite de diuinis nominibus, cognoscitur ac sentitur Deus, cum Deus animam eleuat sine opere imaginationis, & similitudine aliqua corporea, & tunc inexplicabiliter agnoscitur, quia prius diligitur, quã agnoscatur. Duplex ergo est altissima Dei cõtemplatio. Prior in intellectu, cum illa à Deo eleuatur, ut sine imaginationis operatione, & sine sensibili specie Deũ agnoscat, & tũc maxime Deus agnoscit. Altera in voluntate, quando illa immediate Deo unitur sine ulla præsenti intellectus cognitioni, quia tota anima, totis uiribus dilectioni intendi, ita ut intellectus nihil operetur. Et tunc præcipuo modo Deus diligitur. Cõmunis uero sñia, ac probabilior est, Nunquam Deum diligi sine præsenti cognitione intellectus, sed quia hæc tunc parua est, cum se totam effundit anima per amorem, ideo nulla apparet, cum tñ aliqua fit. Sed utro fiat modo, parum refert disputare. Hoc uero certum est, hũc esse contemplationis apicem, quo anima in altum à Deo eleuatur. De qua Deus ait. Sustollã te super altitudines montiũ, & cibabo hęreditate patris tui Iacob. Vere altitudo montium hæc contemplatio est, quam qui assequitur, cibatur hæreditate Iacob, qui ait. Vidi Dominum facie ad faciem, & salua factu est anima mea. Hac enim cõtemplatione uidetur Deus eo modo, quo in hac uita uideri potest. Hęc est sapientia illa, quæ vulgo hominum manifestãda non est, ut Dionysius ait. Imo & Paulus: Sapiẽtiam loquimur inter perfectos. Ex quibus uerbis colligit Diuus Thomas. Profunda sapientiæ nõ sunt nisi perfectis exponenda.

Dionys. — B — Isa. 58. — C — Ge. 32. — 1. Co. 2 — D. Th.

Hęc vero, quę diximus, exẽplo Christi domini fient manifesta, Nouit pauper in hoc agro thesaurũ esse. vendit vniuersa, quæ habet, & emit agrũ illum, postea fodere incipit labore, ac sudore, & aliquãdo partem thesauri inuenit, quo certior redditur de thesauro inueniẽdo, & sic ardentius laborat, quo propinquior est thesauro. Demum consummato labore thesaurũ reperit, & tunc omnis labor in eo inueniendo positus minimus apparet, Statim domũ ornat, & pretiosas vestes induit, & in alios diuitias effundit, qui ei adhærent. Hoc ipsum accidit fideliter laboranti in Dei obsequio. Deus est infinitus thasaurus hominibus paratus, ager, in quo inueniri oportet, diuinæ legis impletio est, & pręcipue religio, in qua nõ solum diuina præcepta implentur, sed & consilia. Vt hunc thesaurum religiosus sibi acquirat, omnia relinquit, cum religionem ingressus est, statim laborib. incumbit obedientiam implet, corpus macerat. In opere ipsius modicũ laborabis, & cito edes de generationib. illius, quia aliquid diuini thesauri inuenit, dum diuina dona percipit, & Deo fruit incipit. Eo uero plus accenditur ad laborem, & Deus pro sua misericordia refectionem ei tribuit, dicitque. Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me. Tandem cum ad culmen perfectionis, et contemplationis uenit, Deum inuenit, quo inuento omnis præterito labor minimus ducitur, diues homo fit tanto thesauro inuento, & magnus apud Deum, & homines habetur, ornatur enim virtute. Omnesque ad illum accedunt, ut monita salutis accipiant, & fimbriam eius apprehẽdunt, ut osculentur, & ab iiuuentur, quia vident Deum cũ eo esse. Impleturque illud Prophetæ. In diebus illis apprehendent decem homines ex omnib. linguis gentium, et apprehendẽt fimbriã viri Iudæi, dicentes. Ibimus uobiscũ, audiuim⁹. n. quoniã Deus uobiscũ est. His uero, qui in hoc statu sunt, aliqua aduertenda occurrunt. Primum, ut status ui functionib. non desint, & id omne suspectum habeant, quod eis impedimẽto fuerit, ne pręstent ea ad quæ tenetur. Primum enim locum tenere semper debet diuina voluntas, & nihil nõ prætermittẽdũ, vt Deo obediatur. Quod adeo uerum est, vt Dei visionem relinquerent beati, si id

A — B — Ecc. 6. — Mar. — C — Zac. 8.

A si id Deus præciperet, aut ẽt consuleret, & sibi gratum diceret. Secundum humilitatẽ præcipue eis necessariam qua magna dona conseruantur, & sine qua qui virtutes congregat puluerem in uentum portát, quo lumine oculorum priuetur. Nec optanda eis hæc dona magna pp se, sed in Dei gloriã, vt eũ plus glorificent, & ut Christi redẽptio copiosa appareat. Nec uero gratias gratis data optent, ut prophetiam reuelationes miracula. Imo verè humiles, a Deo petãt, ne in eam uiã eos iudicat, & pluris ducant humilitatẽ, & charitatem, quã miracula. Tertium denique sciendum eis est licet iam prope
Ps. 88. cælum sint, & de eis dicat. Beatus populus qui scit iubilationẽ, q̃ est inenarabile gaudium, quia sicut hi, qui proximi ali-
B cui terræ sunt, in qua aliqua influẽtia dominatur, aliquid illius participãt pp loci vicinitatem, ita hi, cum pximi sint cælo,
Berna. iã cælestia sic gustãt, ut Ber. dixerit, aliqñ Deus meus gaudio tãto reples cor meũ, vt si illud duraret, nihil mihi appetendũ videretur restare. Nihilominus tñ aliqñ tempestas oritur, & dies clarus in caligi nem vertitur, & abscondit Deus lucẽ in manibus suis, ut nouerit sui inuenire
2. Co. 4 lucẽ in tenebris, iuxta illud Pauli. Deus qui dixit de tenebris lumen splẽdescere, ipse illuxit in cordib. nostris. Inueniñtq; se quasi solos, & a Deo elõgatos. De qua re multa inueniens in tractatu nr̃o de te prẽ uerbis Christi in Cruce, super uerbũ illud. Deus meus, Deus meus, ut quid de reliquisti me. Tũc uero pcipua fide opus
C est, & in Deo sperare, etiam si hominem dereliquat, & occidat. Sic accidit sãctis-
Iob. 13 simo Iob, qui ait. Etiam si occiderit me, sperabo in eum. Credat, uero tũc hõ, Dei digitũ illic esse, qui mirabilia in anima operatur, nec. n. vult Deus adhęrere nos dono eius, sed ipsi Deo, & eius uoluntati. In donis. n. etiam spiritualibus uerũ
Ps. 61. hẽt illud Ps. diuitiæ si affluant, nolite cor apponerẽ. Vult ẽt ut discamus, in eo spe
Psal. 9. rare ẽt, sine pignore, & sperent in te, qui nouerũt nomẽ tuum, vt Ps. ait. Sciamus ẽt Dei stylum, ac ordinẽ, qui ait. Modicum, & iam non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me. Nec nouum id nobis appareat, ut discipulis Iesu. Simul ẽt humiliemur, cum maxima recipimus dona, uidentes aliena illa esse. Tot denique bona ex hac tempestate, & Dei absentia in aĩa proueniunt, ut exoptãda sit aliquando, & iõ sponsa, quæ dixerat: Can. 1.
osculetur me osculo oris sui, dicit postea: Can. 8.
Fuge dilecte mi, assimilare capreæ. Recte ait. assimilare capreæ, quia sicut caprea, cũ fugit, oculos retrorsũ sæpe conijcit, ita si breuiati non fuissent dies illi, defficere infirma caro licet ergo fugiat, sed nos respicit oculis misericordiæ. Sic Ant. dixit quem in manibus dæmonum dereliquerat, & cum ei Anto. diceret, ubi eras Dñe Iesu, cum a dęmonibus uexaret, respondit, ibi aderam Antoni, sed re B
spiciebam uiriliter pugnantem. Vtile ergo est, aliqñ a Deo relinqui. Hinc Pater Xauier orare solitus erat satis est Domine, noli tantam mihi tribuere consolationem. Deniq; in hac iusti de relictione tot sunt bona, ut dixerit sanctus quidam, si agnoscerentur illa, plures essent latrones, qui illa deprædari curarẽt, quã diuitias sæculi. Nec enim Deus hominẽ maxime filium affligit, quia delectetur in afflictionibus nostris, nõ enim id conuenit illius bonitati, sed ideo mortificat, vt viuificet, & tollit, ut duplum reddat, sicut cum Iob fecit, & vult fidem, spem, humilitatem, ac patientiam perfecti exerceri, ut illam muneret. Sic se abscondit a
Maria siue illius culpa, quia expedit uo- Luc. 2.
bis, ut ego vadam. Ideo spera in eũ, quia fidelis est, & non patitur te tentari supra C
id, quod potes, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possis sustinere, ideo si clamas, nec exaudiris, si stas, nec respiceris, si mutatus uidetur Deus in crudelẽ, si non respondet tibi uerbum, si dicit te
canem, ut Chananeam consulto hæc Ioã. 6[1]
Deum facere crede in bonum tuum, & ideo ex omnibus consolationem euerte
cura. Hinc Ps. virga tua, & baculus tuus Ps. 22.
ipsa me cõsolata sunt. Sed merito inquiri potest, cum Christus datus sit in magistrum, ac in præceptorem mundi cur de hac suprema contemplatione nihil, aut parum dixerit, cum de mortificatione, ac uirtutum exercitio, & ipsius imitatione

A ne plurima dixerit Notādum est, ut hic quęstioni fiat satis in uirtutum operib. gratiam Dei,& hoīs arbitrium operari, Deum,& hoīem,vt unam cām cōcurrere. Ideo Paul. ait. Nō ego aūt, sed gratia Dei mecum, sed quędam sunt, in quibus hominis opus multum cōcurrit, ac agit, alia uero in quibus licet agat, sed magis patitur, quā agat, de his ergo multa Christus Dñs deseruit, in quibus nos multā operam ponimus, in quibus agendum nobis est, in hoc.n.ipse venit, ut nos doceret operari, ut mūdaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum, & ideo hæc loquutus præcipue. De quibus etiam Apostolus discipulum admonet, ut crebrius ad fideles loquatur cum ait. Hęc loquere, & exhortare in Christo Iesu Domino nostro. Sed q̄ sūt hęc? Certe vt sobrie, iuste, & pie viuam⁹ in hoc sæculo. De his uero, quę ad supremam contemplationem pertinēt, pauca dixit quoniam in his, vt diximus, potius patitur homo, quā agat, & ideo ad Deū, illa potius pertinēt, qui ea tribuit seruis fidelibus, qui in sui abnegatione, & uirtutum exercitio strenue laborauerunt. Ea ergo nos inspiciamus, quę ad nos pertinent, in his laboremus, in infimo sedeamus loco. Dū vero est assumptio nostra, & sancti Israel regis nostri. Cum labori, ac mortificationi intendimus, nos Deo damus. Cum in contemplatione suprema sumus, accipimus potius quam demus. Primum ergo nobis dicendum est, secundum Deus peraget. Sicut ergo eximius pictor illa ædocet rudem discipulum, quæ vult ipsum operari in imagine, quod uero ipsemet propria manu in imagine facturus est, non curat discipulum ędocere, ipse.n. probe nouit. Ita in hac imagine Christi, quam in aīs nostris depingi oportet, quędam ad nos ptinēt, licet.n. grati Dei semper præcipue opereutur, sed in aliquibus multus à nobis labor ponendus est, & hęc edoceri nos oportet. Quę uero Deus agere dēt, in quibus licet aliquid operemur, sed illud minimum est, nos edoceri oportet. Et iō de his pauca tradita sunt a Christo Domino. Sed quoniam de his, qui in suprema arce contemplationis sunt plura diximus. Aliquid dicendum est uiris perfectis, qui contemplationi student, non quidem adeo sublimi. Contemplatio ergo est altissima Dei cognitio, ac secreta, q̄ ipsemet Deus animæ tradit, se illi manifestans, licet non faciali uisione, tamen altissima cognitione, ac uiua, ex qua amor resultat immensus, Ideo dicitur mystica thelogia, idest, Dei notitia secreta, & in intima, quam ipsemet docet. Summa scientiarum summo doctori Deo relinquenda fuit. De qua te sic sponsa ait. Apprehendam te, & ducā in domum matris meæ, & in cubiculū genitricis meæ, ibi me docebis, et dabo tibi poculum mox vino condito. Cum.n. anima sponsūm ducit, in secretū cordis cubiculum, ibi eā docet Deus, & plura nouit ex his, quęei expediūt, quam multis annis Thelogię operam dedisset. In scholis addicitur Thelogiæ differens, ac disputans, at in contemplatione cognitio affectiua, ac ardens, illa discursu, & argumentis edocentur, hæc animi affectibus, illa iustorum, & iniquorum est hæc vero scientia sanctorum. Ac demū adeo mystica, & secreta scientia hęc est, vt plene tradi à nullo possit, nisi à Deo, qui eam docet experiētia. Verbis.n. aut nunquā, ut uix explicabis, quid sit motus anagogicus, quo pacto sine discursu assistat, quis diuinę præsentiæ experientia uero ita manifeste id docet, ut probati sit clarus meridiana luce. Sed triplex est huiusmodi contemplatio secundum Dionys. circularis, recta, & obliqua, metaphora sumpta à motū, qui triplex est, circularis, vt cælorum, rectus, ut elementorum tendētium in sua loca, obliquus, qui quasi mixtus est, & est aīaliū. Sicut ergo cæli mouentur circulariter motu vniformi, simplici, ac cōtinuo, ita beati intuētur diuinas uirtutes simplici intuitu vniformi, ac pp̄etuo. Ad quorū similitudinē aliqui iusti eo vsq; eleuātur, ut diuinas perfectiones contēplentur uniformiter, mira delectatione, ac continuatione. Quibus id accidit, qd accidere solet his, qui uiam agunt in remotissimam regionem. in quā influentię sunt diuersæ

Margin notes: 1. Co. 10; Ad Titum 2.; B; C Simile; Can. 8; B; C; Dyon.

A admodũ ab his, quę in ꝓpria terra erãt. Cum.n. iam prope regionem illã remotam sunt, influentias illius experiri incipiunt, & aeris mutationis sentiunt. Ita cum hi perfecti viri prope cœlum iam sint altissima contemplatione, proximi iã beatę illi patriæ dulcedinẽ mirabilem, & Dei cognitionem assequuntur, similẽ ualde ei, quã beati plenius fruunt. De quibus proinde Ps. ait. Beatus populus, qui scit iubilationẽ, et beatus populus, cuius Dñs Deus eius. Et memoriam abũdãtia suauitatis tuæ eructabunt, & in iustitia tua exultabunt. Secundum cõtẽplationis genus simile est motui recto elementorum, quo in situm locũ vnumquodq; mouetur. Sicut.n. elementum cum extra

Psa. 88
Ps. 143
Ps. 144

B suum locum est, inde se expedire curat, & ab alijs se separat, ut liberum ab oĩbus in suum locum tendat, quo demũ perueniat motu recto, & quiescit in suo centro. Ità oĩno iustus ab oĩb. se abstinet, & ab oĩ creatura discedit, ut ad Deum ascẽdat quo cum peruenit quiescit Deũ contemplans. Huc dicimus moueri motu recto, quia non statim altissima contemplatione fruitur, sed motu quodã ad illam deuenit. Qui.n. in priori cõtemplationis gñe versantur, sine ullo motu, aut discursu

C corã Deo positi eo fruũtur. Qui uero in hoc scđo, aliquo vtunt discursu, vt eo perueniant. Tertium deniq. contẽplationis genus est simile motui obliquo aĩaliũ, q mixtus est motus. Ita iustis aliquib. conceditur contẽplatio mixta ex his duabus quas diximus, de utraq; .n. participant. Inter hęc uero hic est ordo, ut primũ à secundo contemplationis gñe initium sumamus. Deinde ad tertium uenimus, & tandem ad primum perfectissimum. Ex quo tandẽ ad supremum oĩum deuenimus, in quo patitur hõ potius quã agat,

Quid vero cõtemplãdum sit ex dictis iã patet, Deus.n. & illius altissimæ perfectiones materia cõtemplationis sunt, q̃ materiam contẽplans ex oĩ re creatã sibi vsurpat, in oĩbus.n. Deũ agnoscit. Hoc uero duplici uia agere põt vel via affirmationis, uel negationis. Affirmationis quidẽ, cum vniuersa bona, q̃ in creaturis videt Deo tribuit, qui fons perennis est totius boni, agnoscens perfectionẽ il- lã, q̃ in creatura est limitata, in Deo esse infinita. Negationis vero, cũ negat Deo quicqd in creaturis uidet, & quicquid agnoscere ipse põt. Deus.n. non est cælũ aut terra, non hõ, non Angelus, non est magnus quãtitate, nec bonus qualitate, nec quis sit, plene agnosci potest, sed maior est oĩ cognitione nostra, unde est ineffabilis, & inexcogitabilis. His nominib. Deus exprimi vr, sed non exprimit, ipsa n. noĩa affirmãt exprimi nequaquã posse. Hic rapitur aĩa in admirationẽ tanti Dei cuius tanta est celsitudo, ut exprimi nullo mõ possit. Hinc ẽt affectu gaudet hõ, ꝙ Deus in se tantus sit, ꝙ immẽsa bona habeat, quo affectu, quasi damus Deo illa bona. Sicut.n. qui à Deo uellet auferre bona, q̃ possidet, blasphemus esset, qa mutare voluit gloriã Dei, ità qui affectu gaudet ð Dei bonis, ea quasi tribuit Deo quia affectu tribuit, licet nõ affectu gaudet ergo, qm̃ Deus bona illa hẽt, & ait. Tibi o Dñe darẽ ego uniuersa bona ista si nõ haberes, & potius de tuis bonis, q̃ de meis gaudeo. Ad hanc ẽt contẽplationẽ pertinet tanq̃ materia processio diuinarum personarum mirabilis profecto cognitio patris, & eius dicere, quo verbũ generat sibi ęquale mirabilis amor Patris, & Filij, a quo procedit infinitus Spiritus sãctus. Sicut vero regina Austri uisa domo Salomonis non habebat ultra spũm, ita aĩa Deum contẽplans, rapitur in admirationem tanti Dei, & demũ in amorem ardentissimũ quo illi adhęret.

B

C

Et cum ad hunc gradũ aĩa peruenit, orat in silẽtio. De qua re Dionys. de mystica Theologia ait, esse hãc supremam Dei contemplationem, qua admittitur homo in nebulã, & caliginem, quia fitit tunc in ea cognitione confusa, qđ Deus incomprehensibilis est, & intelligibilis. Tunc.n. aĩa re icta consideratione diuinarum perfectionum, attendes diuinas perfectiones in immensum excedere id quod nos cognoscimus, sistit in hac confusa Dei cognitione, qua eum intelligibilẽ agnoscit. Et hanc dicit Diony. nebulam, & caliginem, in quã ille ingreditur ꝗ non scrutatur diuinas perfectiones, ut prius

Dion.

A prius per viam affirmationis fecerat sed agnoscens, Deum tantum esse, ut omnẽ superet cogitatum, in hac confusa cogni tione stat. Et hęc est altissima Dei cogní tio. Vnde Dion. epist. prima, ad Calum. Si quis uidens Deum, intelligit, quod ui dit, non ipsum vidit, sed aliquid eorum, quæ sunt circa ipsum, idest, aliquem effe ctum ipsius. In hac uero caligine uolun tas Denm complectitur summo amore, sicut complecti se solent duo amici in te nebris, cum se mutuo agnoscunt, licet non se mutuo videant.

Dion.

Vniuersa, quæ diximus in figura, expressa nobis sunt Exo. 19. & 24. ut notat Diony. 1. de mystica Theologia. Primũ enim pręcepit Deus sanctificari populũ & sacrificia offerri. Secũdum vt relicto populo cũ senioribus ascendat Moyses in montem. Demum ingressus est Moyses in nebulam, in qua Deus habitabat. Sic vt ad orationis apicem veniamus, primũ relinquenda peccata sunt, & mor tificandæ passiones. Deinde opera uirtu tis exercenda, quib. in montem conscen dimus. Et inde meditatione Deum vide re à longe, tunc impletur illud Psalmi. Et in lege eius meditabitur die, ac nocte. Quo loco uox Hebręa, quæ ponitur loco illius, meditabitur, est, Hagah, signifi cat uero mussitare, aut mussare, quod est, cum ex gutture, quis sonũ edit inarti culata, aut non satis distincta voce, signi ficat ergo iugem mentis cogitationem, quæ ad oris murmur erumpit. Sic orantem Annam proponũt sacræ literę. Porro loquebatur in corde suo, tantumq; la bia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur. Meditatio enim diuinorum in aliquam vocem erumpere solet, cum est feruens. Ex hac diuinorum meditatione ascendit anima ad contem plationem diuinarum perfectionum. Et tandem contemplatur Deum super omnem cognitionem esse, & in hac cognitione nebulam ingreditur, in qua Deum summo amore complectitur, ibique cum Deo suo uersatur tanquã amicus cum amico, &c.

Dion. B Psa. 47. C 1. Re. 1

CONCIO.

In collocatione, vel ostensione reliquiarum.

THEMA.

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. Psal. 138.



Alutis nostrę inimicus, vt nos à regno excludere conat', sic omnia media, quib. ad id per tingimus, è medio tollere curat. Et ideo sicut sacramenta per hæreticos euertere conatus est, ita & sanctorũ & reliquiarum venerationem, ac inuocationẽ auferre conatus est. Vñ hęc negauit primũ olim Eustachius damnatus de hac re in Concil. Gangrensi. Et Hieron. ait, fuisse hanc hæresim dictam cainam, & quod Eunomyus hæreticus eã docuit. Et deinde Vigilantius hæreticus, qui potius Dormitantius dici, ac cõpellari posset. Deinde vero Vuicleph, & Lutherus quasi ex orco sepultam diu hęresim extraxerunt. Sed cõtra hęc huma ni generis monstra stat Catholica sententia, & Ecclesiæ à primęuo seruata cõsuetudo, quę sanctos, & eorũ reliquias maximo honori habuit. Et q̃ amplius est, Xps ait à Patre cęlesti iustos honorados Qui mihi ministrauerit, honorificabit eũ pr̃ meus, qui in cęlis est. Quid obsecro, mirũ, si Psalt. dicat. Mihi aũt nimis honorati sunt amici tui Deus? Si. n. rex honore pcipuo aliquem honoret, qd mi rum si eius ministri id ipsum faciant? Quis. n. non honorabit, quem Deus honorat. Hinc dñs ad Samuelẽ. Quicunq; honorificauerit me, glorificabo eum, q autem contemnunt me, erunt ignobiles

A B Conci. Gan. Hiero. Ioã. 12 C 4. Re. 2

Plures quidem Philosophi non consequuti sunt diuinam prouidentiam circa omnia humana, inter quos unus fuit Aristoteles, sed & hi, qui eam agnouerunt, nullo modo attigerunt, quod uellet Deus homines honorare. Excedit planè humanum captum, quod Deus infinitæ maiestatis honoret vile figmentũ

Si

A Si enim indecens videretur regiæ maie-
ſtati, vt indecens per viam publicam re-
gio uectus curru vilem, ac pauperé pue-
um, q ue m in via offenderet, in currum
eueheret, ſecumque ſedece faceret, ac illū
præcipuo honore quaſi filium dignaret,
quo pacto ratio humana conſequi poſ-
ſet, quod Deus infinitæ maieſtatis miſe-
rum hominem gloria, & honore dignū
ducat? nec ſolum alijs honorabilem fa-
ciat, ſed & ſibi ipſi? Vnde Iob diuino il-
Iob. 7. luſtratus lumine de hac re miratur, cum
dicit. Quid eſt hō, ꝙ magnificas eū, aut
Pſal. 8. quid apponis erga eum cor tuum? Et Pſ:
Quid eſt homo, ꝙ memor es eius, aut fi
lius hominis, quoniam viſitas eum? glo
B. ria, & honore coronaſti eum. Niſi ergo
fides nos doceret, homines à Deo hono-
rari, credi nequaquam poſſet diuina ue-
ro ſcriptura id atteſtante cognouimus.
De qua re immenſas Deo gratias refer-
re debemus, quod tanti nos duxerit, qđ
magnos nos coram eo eſſe voluerit.

Ex dictis planè ſequitur, Dei amicos
nimis eſſe honoratos, ac honorandos à
nobis nimis. Multi quidem fuerunt, &
nunc ſunt, qui in mundo honorantur,
quibus honorem tribuit mū lus, ſed nul
lus nimis honorat nisi Dei amicus, reli-
qui parum honorantur, iuſtus autem ni
mis. Sicut de Deo Pſal. ait: Magnus do
minus, & laudabilis nimis, ita de iuſto
Pſa. 47 dicitur, nimis honorificatus, nimis lau-
C dabilis, nimis confortatus principatus e-
ius. Et huius rei multiplex eſt rō, ſed oēs
ab illa procedunt, ꝙ diximus, quia Deus
honorat iuſtos, nō reliquos, ideo reliquo
rum honor paruus eſt, iuſtorum vero ni
mius. Phraſis ſcripturæ eſt, ut rem aliq̄
magnam dicat, uocare eā Dei, ut cedros
Dei. i. cedros magnas, ſonum Dei, i. ma-
gnū ſonum, honor ergo Dei nimius, ac
magnus erit, contra mundi honor par-
uus. Ideo Paul. ait: Mihi pro minimo eſt
1. Co. 4. vt a uobis iudicer, aut ab humano die,
qui aūt iudicat me, Dominus eſt. Meri-
to minimum ducit mundi iudiciū, ac ho
noré, cum minimus ſit, multū vero Dei,
quia ille magnus eſt. Honori habiti in
mundo ſunt Alexander, Iulius, Pópeius,
ac ſimiles, ſed non ſunt a Deo honorati,
iō paruus eorum honos, quib. dicere poſ A
ſumus ſimile ſnīam illi: Quid pdeſt hoī
ſi vniuerſum mundum lu ret, aīæ vero
ſuæ detrimentū patiat. Sic quid prodeſt Ma. 16
à mūdo honorari, ſi à Deo non honoret
quis? Impletū in illis iā eſt illud. Gloriā
eorū in ignominiā cōmutabo. Et illud. Oſe. 4.
Qui me cōtēnunt, erūt ignobiles. Et il- 1. Re. 2
lud, & erūt poſt hæc decidētes ſine hono Sap. 4.
re, q a vana eorū gloria præteriit, & con
fuſio, ac humiliatio æterna eos tenet, vñ
& ipſi aiūt. Quid pfuit nobis ſuperbia? Sap. 1.
diuitiarū iactatia qd contulit nobis? trā
ſierunt oīa illa ve ut vmbra. Humanū
nunc aliquid patimur, & erroneo iudi-
cio ducimur, dū viros iniuſtos magnos ī
mūdo honore aliquo dignos dicimus, cū
oī cōtēptu digni ſint. Vñ Abdias ad Re Abd. 1
gē ait. Ecce paruulū dedit ī gētib. cōtēpti
bilis ī es ualde. In iudicio verò oīs pđor
licet Rex, vel īperator ſit tractabit tanq̄
ſterc⁹ terræ, tūcq. ſaliet iuſt⁹, & calcabit ī B
pios oēs: vt Mala. ait. Ideo Pſal. ait. Vidi
impium eleuatum, & exaltatum ſicut ce Mal. 4.
dros Libani, & tranſiui, & ecce nō erat, Pſa. 36
quæſiui, & non eſt inuentus locus eius.

Deinde in ſuis honoratur iuſtus, quia
non ſolum ipſe, verum omnia, quę illius
ſunt, & ad eum quoquo modo pertinēt,
honori habentur. Non ſic accidit in Re
gibus, & principib. qui honorātur, dum
viuunt, ſed nec eorū reliquiæ, nec alia il-
lius honore digna cenſentur. Sācti verò
corpus, os, veſtis, calceus, & qua ligatus
eſt, præcipuo honore celebratur, adeo vt
Petri catenis feſtus dies agatur ab Eccle
ſia, & infamia carcerū vinculā illuſtriſſi
ma, ac diuina redduntur, quia ſanctum C
attigerunt. Quo patet, quod nimis hono
retur is cuius tantus eſt honos, vt redun
det in ea oīa, quæ ad eum pertinēt. Reli-
quarum veneratio fuit in Eccleſiæ uſu
ab initio eius. De quo Aug. 22. de ciuita- Auguſ.
te Dei c. 8. Vbi oſtendit honoré in Afri-
ca exhibitū reliquijs protomartyris Ste-
phani, & earum miracula. Dicitque, reli
quias eſſe monimēta, & quaſi pignora q̄
dā nobis à ſanctis relicta. Quemadmo-
dum ſolet amicus in amoris ſignū ami-
co aliquid donare, quod alter magno in
pretio habet. Et Chryſoſtomus in lib. de Chryſ.
Baby-

Babyla martyre plura de eius reliquijs dicit, & quo pacto Apollinis os obstruxerit. Et in hom.5.ad populū Antiochenum ait, uellem nunc Romæ uersari, vt catenas uiderem Petri & Pauli, quas timent dæmones, & angeli uenerātur. Et in homilia de septem Machabæis ait. Cœlo ipso ornatior terra lætatur sāctorum reliquijs illustrata. Timent vero dæmones has reliquias ad eū modū, quo latrones ingressi castra ut furentur, cum Imperatoris arma offendunt, timēt, nec audent ea attingere, aut furari pavētes Imperatoris potentiā. Ita demones, qui latrones sunt (de quibus Xps. Fur non venit, nisi ut mactet, & perdat) cū uidēt sāctorū corpora, in quibus pugnauit non Angelus, aut Archāgelus, sed Deus ipse pauet, nec audet cōtigere. Qd vero Xps pugnauerit in sanctorū corporibus, ōndit Paul. dicēs. An experimentum quæritus præliantis in me Christi? Hæc Chr.

Simile

Ioā. 10

B

De eadem re præclarè Hieronymus to. 2. in duabus Epistolis ad Riparium presbyterum contra Vigilantiū. Vbi cū latè loquutus fuisset aduersus Hęreticū negantem uenerantem sanctorum, ac reliquiarū, excessus sui in loquendo causam ostēdens, ait sacrilegium tātum patienter audire non possum non est pro Deo crudelitas, sed pietas. Vnde & in lege dr, si frater tuus, & vxor quæ est in sinu tuo, deprauare te uoluerit, sit manus tua super eos, & effundes sāguinē eorū, & auferes malū de medio Israel. Addit ēt aduersus hanc heresim scripsisse Tertullianum volumen insigne, quod Scorpiacū vocat. Addit prȩterea. Qui negat honorem martyrum reliquis esse, quasi dicat, nō ferenda martyria. Nam qui asserit reliquias martyrum calcandas esse prohibet, sanguinē fundi, qui nullo honore dignus est. Cōtra hunc ēt errorem scripsit Bernar. serm. 66. super Cantica, Beda in homil. de Chananæa, Damascenus lib. 4. cap. 16. Aug. tract. 74. in Ioannem, Cyrillus lib. 6. contra Iulianū, Cyprianus ad Corneliū epist. 1. Dionysius c. 7. Ecclesiasticæ Hierarchiæ. Et Concilii Gangrense c. 20. suorū decretorum.

Hiero.

C

Berna.
Beda
Dam.
Augu.
Cyril.
Cypr.
Dion.
Conci.
Gang.

Sed & hæc reliquiarum veneratio antiquior multo est in Dei Ecclesia, uā n Exo. dr. Armati ascēderūt filij Israel de terra Aegypti, tulit quoq; Moyses ossa Ioseph secū. Quasi dicat scriptura, filij Israel arma sibi uccinxere in pugnam egressi ex Aegypto. Moyses asit aliud armorū genus sumpsit, ossa. s. Ioseph sancti reliquias q; eius. Tāto in pretio Deus hēt sanctorum reliquias, ut dicat Psal. Custodit dominus oia ossa eorum, vnū ex his non conteret. Idest non perdetur. Nec uero capillus, quia vt Christus ait capilli capitis uestri numerati sunt oēs, & capillus de capite vro non peribit. Et iō Sapiens de iustorum ossibus ait. Sit memoria eoru in bndictione, & ossa eorū pullulēt de loco suo, & nomē eorū pmaneat in eternū. Sed qd est ossa pullulare? plane digna esse ossa sanctorum, ac eorum sepulchra, vt nunquam pereant, sed perpetuo maneant in hominum veneratione, ac memoria, vt perpetuo visitentur, ac miracula ibi fiāt, & multa bona a Deo ibi obtineantur, sic. n. ossa suo modo pullulant in beneficijs, & effectis eorum. Pullulauit planè sepulchrū, Elisæi, & ipsius ossa, cum eorum contractu suscitatus est mortuus. Pullulāt nūc sanctorū ossa, cum eorum intuetu, ac contactu fiūt curationes morborum. Cum impletur illud Ecclesiæ. Ad sacrū cuius tumulū frequenter, membra languentiū mō sanitati, quolibet morbo fuerint grauata restituuntur. Cū ēt nunc in animo multa bnficia suscipimus pp sanctorum reliquias, quas conseruamus, ac uenera mur. Pullulabunt ēt ossa sanctorum, cū resurgent in resurrectione iustorum.

A

Ma. 10

Ecc. 46

B

C

Deus ergo, cum sit gloriæ, & honoris dñs, pōt, cui voluerit, cōcedere honorē, voluit vero sanctis, ac eorū reliquijs concedi, & iō eis debetur, nec nimius honor iudicādus est, quia sic honorabitur, quē Deus uoluerit honorare, sicut olim Assuerus dixit. Si ergo maximus honor exhibendus ei erat, quē honorare uoluerit Assuerus, an nō eximius ei tribuat, quē honorare voluerit Deus? Mirabilē se exhibere voluit Deus in sctis suis, & in eorū exaltatione, ac gloria. Vnde Pau. cum venerit glorificari in sāctis suis, & admirabi-

Ester 6

2. The. cap. 2.

A rabilis, in his, qui crediderũt. Mirabilis Deus fit in sanctis, cum animas eorum glorificat, & deinde cũ corpora suscitat configurata corpori claritatis suæ, ea ornãs magna gloria. Mirabilis ẽt fit, cũ ẽt in hoc mũdo corpora sanctorũ miraculis illustrat, & in ueneratione haberi facit. Nec id sine manifesta cã facit, quia licet gloria ac honor præcipuè debeatur aĩæ, à qua opera uirtutis processerunt, tñ ẽt corpori debetur ut instrõ uirtutis, qđ aĩæ adminiculo fuit. Et deinde, sicut co-
Ps. 132 piosa illa vnctio Aaronis, quæ facta est in capite, descendit usq; ad orã uestimenti eius, ut Psalt. ait, ita copiosa merces sãctorũ, & eorum superabundans gloria, quæ in aĩa præcipue est, descendit in corpus, in vestes, & in orã usq; uestimenti.
B Zac. 8. Vt apprehendant decem viri ex oĩb. gẽtibus fimbriam viri Iudæi, dicentes, ibimus uobiscum, vt Propheta ait. Multis qdem modis apprehendi potest fimbria sancti de quibus multa diximus in 2. tomo nostrarum Concionum in Dominicam XXIII. post Pẽtecosten. Sed inter eos hic unus est, quod infima pars uestis sancti in pretio habetur, seruatur, adoraturq; tanquam reliquia, & per illã Deus beneficia confert fidelibus. Quod nõ tãtum nũc facit, sed & olim fecit. Vt enim
Epiph. Epiphanius author est ĩ libro de uita, & morte Prophetarũ, propter ossa Hieremiæ cessare fecit Deus cocodryllos Aegypti. Innumera sane bona sũt, q̃ fideli-
C bus proueniunt propter reliquias sanctorũ. Et ideo Concilium Nicenum reliquias dicit fontes salutis, nec solum salutis corporum, uerum & aĩæ, pp illas etenim Deus plures sanctas inspirationes immittit, quibus nos ad bona prosequẽda excitat, & sic ex eis promanat aqua
Dam. viua saliens in uitam æternã. Vñ Dam. lib. 4. fidei orthodoxę, c. 14. ait, fontes nobis salutares dominator Xp̃s reliquit sanctorũ reliqas, multimoda beneficia scaturientes vnguentum suauitatis emanãtes. Sicut ex rupe, & firmo saxo aqua in eremo prosilijt uolẽte Deo, & ex maxilla asini Sampsoni esurienti, próptuariũ namq; Dei, & habitacula facta sunt. Hęc Damas. Quibus verbis ostendit ex reliquijs, quasi ex fontibus plura a nobis bona colligi etiam spiritualia. A

Nec uero duntaxat bona à reliquijs pcipimus, sed & murus nobis sunt, quo ptegamur a malis. Primus qdẽ hoĩum murus Christus, & illius plagę sunt. De quo Esa. turris fortitudinis nostra Sion Es. 26.
saluator ponet' in ea murus, & ante murale. Sicut. n. murus protegit ciuitatẽ ab hostium telis, ita Xp̃s nos protegit ab ira patris, & nisi ille aduocatus nr̃ esset, iã perijssemus, miæ ergo ipsius deputemus, q̃ consumpti nõ sumus. Post Xp̃m aũt murus hoĩum sunt sanctorũ reliqę, & ipsorũ intercessio. Ita docet Conciliũ Gãgrense, Lateranense, & Nicenũ. Nos qdem pc̃tis nr̃is irã Dei prouocamur, & ostia dæmonibus aperimus, ut nos expugnent, sed scĩ tanq̃ murus se opponunt, B
ac dæmones fugant. Vñ Chry. lib. de vita Babyle ait. Tãta est sanctorũ potestas ut dæmones nec uestes eorum ferre possint, & uita sanctorum loculos reformidẽt, fortitudinẽ, & flagella sancti cineris nõ ferẽtes. Ossa sãctorũ tanq̃ turres muniũt Ecclesiã. Mira pfecto sancti virtus his Chry. uerbis declaratur, qua apparet Deus mirabilis in sanctis suis. Fugit qdẽ dæmon a uiro sancto, dicente Iacobo resistite diaboli, & fugiet a uobis, si fugit Iaco. 4
timet, ac pauet. Mirũ profecto, ut is, qui factus est, vt nullũ timeret, ut dicit dñs ad Iob, timeat homũcionẽ. Sed illud omnino mirabilius. q̃ Chry. ait, quod non tm̃ hoĩem, uerum illius vestes sindonẽ, C
feretrũ, puluereq; timeat, ac horreat eisque vitis fugiat, quasi a tormentis bellicis eũ expugnantib. Innumera bona recipimus, & mala uitam⁹, tũ corporis, tũ aĩæ pp sanctorũ reliquias nobiscũ commorantes. Vnde Basil. hom. 20. ait. Cuncti martyres eleuat. ssime colẽdi sunt; pcipue, quorum reliquias possidemus nobiscũ morant', nos uiuẽtes custodiũt, de corpore recedẽtes recipiũt, cũ his nobis familiaritas est. Sicut. n. hoĩbus, acciuitatib. deputat Deus custodes Angelos, q protegunt eos, qui eius custodiæ tradũt', & iõ muri eorũ rectè dici possunt. De qbus, pinde Ps. ait. Immittet angelus dñi ĩ circuitu timẽtiũ eũ, & eripiet eos. Psa. 33

Ita

A Ita sanctos deputat Deus ciuitatibus qui sint earum patroni, ac custodes similiter p sonis. Et in signũ, quod sanctus hic custos est ciuitatis, reliquias eius Deus mittit in eam ciuitatẽ, quasi pignora amoris singularis, ac præcipuę custodię. Ideo Basilius ait, nobiscũ morantur, nos uiuêtes custodiunt, et ideo recte dici possunt sancti, ac eorũ reliquiæ murus ciuitatis. De quo Esa. Muri tui corã oculis meis semper. Et iõ queadmodũ muro stante ciuitas nõ diruit, eorũ dissipata structura hostes illã uastãt, Ita dũ iusti ac sanctorũ reliquiæ in ciuitate sũt, secura a vastitate est. Iõ iustus Lot. a Sodomis educit, ut igne
Esa.49
B absumat, & Apostoli ac discipuli à Hierusalẽ exeunt, ut desolet. Et iõ Hier. ait, cogitauit Dominus dissipare murũ filiæ Siõ. Quo peracto Siõ euersa est: Hoc recte intelligebãt ciues Antiochiæ, q muros fictiles non curabãt, quia plura sanctorũ corpora in ciuitate erant, quib. eã securã nouerant: Cumq; Leo Imperator vellet ab ea ciuitate tollere corpus sancti Simeonis Stilitæ, ei, rñderũt, illud perinde esse, ac si ciuitatem demoliretur, quia corpus illius sancti murus erat ciuitatis, atq; adeo ea de causa muris eam non cingebãt. Optimo profecto muro cincta est ciuitas nostra, quę tot reliquijs sanctorũ ornatur. Conferri cum hoc muro non põt muri Ecbatanis, & ciuitatum terræ
Gẽ.19.
Thr.2.
C promissę, quæ videbatur ad cælum vsq; murata. Hic murus nos protegit a peste morbi, siccitate dissidijs, & alijs malis, & deniq; a multis malis corporis, ac aĩæ, & illis accepta ferre debemus bona cuncta, ac pro illis gratias agere. Sed ut hæc plenius consequamur, sancti a nobis inuocandi sunt. De quare plura a nobis dicta sunt tom. 3. nostrarũ Concionũ in octaua oĩum Sanctorum. Et in eodem tomo Concione prima in festo omnium Sanctorum plura diximus de honore a nobis exibendo Sanctis, quæ ad hanc Concionem accommodata ualde sunt.
Deut.9

Demum uero in hac Reliquiarũ collatione, ac earũ ostensione nobis facta illud a nobis considerãdũ est, proponi nobis exẽplar ob oculos, q imitemur, ut rectã uiam in cælũ teneamus. Christus quidem primũ hoĩum exemplar est, dicẽte Apostolo. X ps passus est pro nobis, vobis relinquens exẽplum, ut sequamini uestigia eius. Sed qm̃ humana fragilitas excusationes q̃rit ne spiritui seruiat, dicitque, Christum dñm Deum esse, & quid est homo, ut possit seq Regẽ factorẽ suũ, Ideo alia exemplar nobis proposuit, q bus omnis excusatio tolleretur, et ad hoc sancti nobis obijciuntur. Audi eorum vnũ dicentẽ. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Et de Thobia scriptũ est. Hanc autẽ tẽtationẽ iõ permisit Deus euenire illi, ut posterioris daretur exẽplũ patiẽtiæ, sicut & sancti Iob. Sicut ergo sãctorum festa exhortationẽ nostræ sunt,
A 2.Pe.2
Ecc.2.
1.Co.11
Tho.2.
ita & reliquiæ. Vnde Conciliũ Tri. Ses. 25. ait Sanctorũ reliq̃æ tanq̃ salutaria exempla fidelium oculis obijciantur, ut ad eorum imitationẽ uitã, moresq; suos componant, quia uiua fuerunt membra Christi, & templũ Spiritus sancti. Quid aliud capita sanctorum vobis loquuntur, nisi attendite nos. q plena sanctis cogitationib. fuimus, uanasq; p̃ul reiecimus. Attendite oculos nr̃os plenos lachrymis in cęlũ suspicientes, uana oĩno non attẽdentes, sed dicentes, auerte oculos meos ne uideant uanitatem, Attendite manus recta operãtes, miæ opera exercentes, pedes ueloces in bonum, & corpus deniq; spiritui subditum, uestes humiles, ac modestas, ut uos similia psiteris. Iõ ergo reliquiæ nobis proponuntur, ut desideria noua uirtutis in nobis orientur, ut flos omnium uirtutum in nobis appareat. Simil a perfecto Sãctorum ossa sunt radicib. herbarũ, ac arborũ quas si in hyeme attẽdas, indecoras uidebis, & nulla ornatas pulchritudine, sed uere pullulãt radices illæ, et pratũ amænũ, ac arbores pulcherrimas reddũt exortis floribus, ac fructib. Ita quidẽ accidere sanctorũ ossibus Sapiens dicere uidetur loco superius citato, dum ait. Quorũ nõ est corruptũ cor nec auersi sunt a dño, ut si memoria illorũ in bñdictione, & ossa illorũ pullulent de loco suo, & nomẽ eorũ permaneat in æternũ permanẽs ad filios illorũ sanctorũ uirorum gloria. Diximus superius, quo pacto pullularẽt sanctorum ossa in
B Cõcil. Trid.
Ps.118
C
Simile
Ecc.46

operi-

A operibus mitis. Nunc attende quo pacto etiam pullulent, dũ ad eorum filios promanat gloria sanctorum per incitationẽ virtutum. Sicut ergo radicis uirtus exterius promanat ad superficiẽ terrę, eã implẽs floribus, ita virtus horũ ossium pullulat, ac ostenditur in uirtutibus imitantium eorum pulcherrima facinora, & sic eorum gloria promanat ad filios eorũ.

Sanctorum reliquię hic sunt, quos nisi separaui a charitate Christi tribulatio angustia, nec persequutio, pullulant in te, & infirmiter statue in corde tuo iniquitatem odisse, ac abominari, nec eam vllo modo admittere. Reliquiæ hic sunt martyrũ, qui innumera pro Christo tormenta sustinuerunt, accendamur ergo ad aliquid perficiẽdum laboris. Ossa hic sunt
B virginum purissimarũ, pullulent in nobis desideria castitatis. Reliquiæ hic sunt confessorum, ac eremitarum, qui asperrimam duxere uitę rationem, pullulent in nobis desideria pænitentiæ, ac uitæ arctioris, ut delitias fugiamus. Demum reliquiæ hic sunt. Religiosorum, q normã regulæ tenentes ad apicem perfectionis deuenerunt, accendant Religiosi, ut Religiosam uitam ducant. Reliquię hic sacerdotum, virginum collectarum, & matrimonio coniunctorũ, millitum, iudiciũ qui in officio perstiterunt, ut omnes exẽpla habeant, quæ imitari possint. Si hoc fecerimus impleuimus illud Ioseph, asportate ossa mea uobiscũ, quod & Moyses fecit, simulque tulit ossa duodecim filiorum Iacob, ut colligit Abulensis ex c. 7. Actor. ubi Stephanus ait, & translati sunt in Sichen. Sed quid nam hæc ossa significant? Hieron. in c. 58. Esaię ait, ossa virtutes significare. Quia sicut in homine est caro & os, & putrescente carne os permanet diu ita in sanctis fuit aliquid infirmũ, quod per carnẽ significatur, & illud cito pertransit, fuit uero uirtus, quæ tanquam os durat in æternum. Quia ut Ps. ait Custodit dominus omnia ossa eorum, vnum ex eis non conteretur. Et de hoc osse dicitur, os nõ cõminuetis ex eo. Et ideo vt in plurimũ reliquiæ sanctorũ ossa sunt. Sicut ergo Moyses tulit ossa Ioseph serũ, ita nos tollamus in hac uita ossa sanctorum, uirtutes scilicet eorũ, non eorum carnem, sed ossa, non infirmum, si quid in eis fuit, sed forte, atq; pręclarũ. Quidam enim deferre carnem solẽt, nõ ossa, qui scilicet in sanctis attendunt, q infirmum fuit, nõ quod forte. In Dauid attendunt adulterium, ac homicidium, in Magdalena licentiam morum, in Matheo lucri cupiditatem in latrone dilationem conuersionis usque ad mortem, ut hinc consolentur in peccatis suis, & segnes afficiantur. Hi nimirum carnẽ portant, non os. Quo contra Paulus monet, nõ segnes efficiamini, sed imitatores eorum, qui fide, & patientia promissionis hæreditauerunt Attende ergo in Dauid lachrymas, ac labores pęnitentię, & si sequutus es errantem, sequere pęnitentem Attende in Magdalena lachrymas, morum mutationem, & sic eorum ossa portabis tecum, & sic ossa eorum pullulabunt, & ut promisit Dominus per Esa. Ossa vestra germinabunt, dum sanctorum uirtutes in nobis operãtur in bona:

Ge. 50.

Ex. 13.

C

Abul.

Acto. 7

Psalm.

Exo. 12

A

Heb. 6

B

Isa. 58.

Si ergo eorum exempla sequimur, sine dubio eos habebimus patronos, similis enim similem diligit. Sed si dissimiles simus moribus, eos habebimus accusatores ac iudices. Et implebit illud, Ideo ipsi iudices vestri erunt. Nulla nos excusatio proteget, si .n. dixeris, infirmus eram, carne circũdatus fragili, vincere uitia nõ potui, audies a sanctis, & nos infirmi superauimus dæmonem, mundum, ac carnẽ, negligentia tua factum est, si idem nõ fecisti. Ex hac ergo ciuitate plura sanctorũ corpora resurgent, & damnabunt iniquos. Illinc surget impius clericus, & inde iuxta illum pius, ac sanctus, qui eum damnabit. Hic surget iniquus iudex, aduocatus, vxoratus, illinc pij eos condemnantes. Et ex eodem lecto domo, ac mola unus assumetur, & alter relinquetur qui uero relictus fuerit, damnabitur ab assumpto. Pauebitque iniquus dicens. cum illo fui uno in munere, una in domo, uno in cubiculo, & ecce ille computatus est inter filios Dei, ego uero in æternum damnatus, &c.

Lu. 11

C

CON-

A

CONCIO.

In publicatione Bullæ, aut Iubilęi.

THEMA.

Sanctificabis annum quinquagesimum et uocabis remisionem cunctis habitatori bus terræ tuę ipse est enim iubilæus. Reuertetur homo ad possessionem suam, & unusquisque rediet ad familiam pristinam, quia iubilæus est. Leuit. 25.

VOluit Deus in vteri illo popu lo annũ esse iubilæi quinqua gesimo quoque anno, in quo B serui libertate domabantur, & possessiones uẽditæ ad dñs reuertebãtur, & cum per possessiones familiæ distinguerẽtur, tũc ad familiam suã quisq; redire dicebatur. Hic annus sanctificatus Deo erat quia domino separatus tanq̃ Sabbathũ, & annus remissionis dicebatur, ac indulgẽtiæ. In eoq; tubæ personabant, à quo nomẽ iubilæi dictum est, vt oĩbus esse notus annus sanctificatus, & annus benignitatis. Dr.n. iubilæus à Iobel qđ tubam significat. Nũc proponitur nobis dies remissionis, & iubilæi, in quo remissio peccatorũ fit, & cuiq; cõ ceditur, ad propriã redire, possessionẽ, ą ad grãm recuperandam aditus patet, C In hac die tuba prędicationis resonare deber, quæ sanctum Lunc denunciet diem ut id sine fructu nõ fiat, opus est grã, &c.

Gen. 6. Mirandum tremendumq; olim fuit a quarum diluuium in ultionem peccatorũ destinatum, in quo cataractæ cœli apertę sunt, & rupti sũt fontes Abyssi magnę. Sed mirabilius aliud diluuium misericordiæ diuinę in terra fuit, cũ hominib. datus est baptismus, in quo uniuersa peccata delentur, & eorum pęnnę. Sic Hiero. vocat Hieron. in epistola ad Oceanũ baptismum diluuium, in quo fontes Abyssi misericordię Dei rumpuntur, & inundans aqua procedit in peccatum ablutionem, dum omnis culpa, & pœna deletur. Sed ecce nũc diluuium simile nobis adest in iubilæo, aut bulla, adest mare magnum indulgentiarum, aperiunt fontes Abyssi magnæ thesaurorum, Ecclesiæ, satisfactionis, ac meriti Christi, i quo ut in baptismo omnino peccata deleantur. Concessa quidem pęnitentia est post baptismũ, quę est uelut fœdus beatismus. Vnde Augu. li. 3. de baptismate ait, pænitentia est irerabilis baptismus. Baptismus certe nõ iteratur, quia est spiritualis hominis generatio, sicut autem semel generatur homo in uita naturalem, ita semel generatur in spiritualem. At uero pęnitentia quæ ad modum medicinæ se habet, iteratur, & qui sępe infirmatur, opus est, ut sæpius ad medicinã recurrat. Sed diuersa multũ est medicina pœnitentiæ à baptismate, qm̃ baptismus omnino delet peccata nulla relicta culpa aut pœna. Vnde Cyprian. ait in serm. de ablutione pedum. Baptismum delet originalem, & actualẽ plagam, ut post se uestigia nulla relinquat, nulla manet cicatrix pænæ, similis est aquæ Iordanis, quæ lepram sustulit, nulla relicta macula uel signo lepræ. Pænitentia vero ita culpam delet, ut cicatrix pęne relinquatur sæpe, & satisfactio iniungitur ac confessario, quæ signũ ac nota est peccati preteriti, & ideo laboriosius baptismus a patribus dictus est, ut ait in Consilium Tridentinum.

Augus. Cypr. B

Vt aũt hic pænitẽtię labor minor fit, voluit Deus, cõcedi nobis aliqñ pniam, qui uniuersa peccata deleantur ẽt quoad pœnã, ut in baptismate, a qua procedat nõ sine ulla peccati macula aut signo, id uero fit, cum iubilæus iungitur pnię, cũ indulgentia plenissima conceditur, tunc C enim procedit ab ea homo tanquã a fonte baptismatis liber ab oĩ peccato, ut nihil sit, q̃ eum tenere possit, quin in cœlũ euolet, si hinc migraret. Ad hec uero cõstituit Deus infinitũ i Ecclesia thesaurum, qui conflatur ex sanctorum satisfactionib. superabundãtibus, & ex Christi ĩfinitis meritis, ac satisfactione, & huius tãti thesauri claues Petro, & eius uicariis commisit, qui aperire possunt claue sua, & fidelib. indulgentias concedere, q̃bus a peccatorum pænis liberi reddãtur. Cuius rei figura extat. Rut. 3. & Deut. 25. Quibus locis dr̃. Si uir defunctus sine liberis sit frater eius, aut propinquior uxorem

A rem eius ducat,& filios generet fratri defuncto,qui illius nomẽ accipiãt, nõ vero eius,q eos genuerit,& vniuersa bona defuncti simul capiat,quib. filios susceptos a lere possit,quæq. iter eos diuidet. Hinc sæpe fit,ut in scriptura sæpe filius quis dicatur,non eius à quo genitus est,sed fratres eius,q sine liberis decessit. Christus
Ioa. 1. sane Ecclesiæ sponsus fuit, nam qui hẽt sponsam,spõsus est,vt Ioãnes ait. Decessit vero sine liberis,quia paucis fidelibus cõuersis ad se uitam finiuit. Apostoli uero,& eorũ successores fratres ipsius erã, ad quos proinde pertinebat, semẽ fratri suscitare. Vnde cum regenerationis tem
Ioa. 20 pus aduenisset,ad eos nuntium mittit di
B cẽs. Vade ad fratres meos,& dic eis,ascẽdo ad patrẽ meũ,et patrẽ uestrum. Quid putas voluisse significare, cũ diceret eos fratres? Certe hoc nomine eos admonet officij sui,quasi dicat,dic eis, ut meminerint,ꝙ fratres mei sunt,quod munus fratrum expleant,ego.n. sine liberis decedo ad eos uero pertinet,ut mihi suscitent semen,vt sponsi Ecclesiæ sint,& generatio
C nẽ timentiũ Deum,sobolem iustam producant,quę nomẽ suscipiat meum,& ve eis,si non euangelizauerint, discalciabũtur.n.& expuetur in eorum faciem,quia
1.Co.4 semen fratri nõ suscitãt. Vis uidere optimum fratrem? Audi dicente, in Christo Iesu per Euangelium ego vos genus. Id est.genui ego uos,nõ mihi,sed Xpo. Vñ Christum,non Paulini,aut Petrini dicti sunt,sed Christiani, quia licet eos genuerit Petrus, aut Paulus,sed non sibi, sed
1.Co.1 Xpo. Vñ carpit Paul.eos q dicebãt. Ego sum Pauli,ego uero Apollo,nunqd Paulus ꝓ uobis crucifixus est?nũquid in nomine Pauli baptizati estis? Non ergo ab Apostolis nomen mutuant fideles, sed Xpo,quia ipsi geniti sũt. Oportuit uero, ut bona Xpi bis fratrib. cõcederent, quibus ipsi alere filios possent,& quę illis tã ꝙ filijs Christi destribuerent. Et iõ Apostolis,ac eorũ successorib. præcipue uero Christi vicario Christi thesaurus concessus est,quẽ in filios Christi diuidere põt indulgẽtijs concessis. Hoc autem ꝑtinet ac necessarium est ad clauium potestatẽ, quæ in Ecclesia est, ut docet Concilium

Lateranense aduersus hæreticos negãtes A potestatẽ cõcedendi indulgentias. Et rõ manifesta est,qm̃ clauis est potestas auferendi impedimentũ ingressus in cœlum duplex autem hoi impedimentũ est, culpa,& pęna,et iõ ut perfecta sit clauis,potestatem habere dẽt remittendi culpam, & pœnã tẽporalem, quia donec remittatur,nulli pater in cęlũ accessus. Qui ergo negat Ecclesiæ potestatẽ remittendi pœnã,imperfectã dicit Petri clauẽ,& imperfectũ eius artificẽ Christũ Iesum, quod blasphemum est. Cum ergo perfecta sit clauis,cõcedere põt plenariam indulgentiã,& oẽm tollere pænam. Hoc uero B maximum. Ecclesię ꝯcessum beneficiũ fuit,ac suauissimum,id.n.est indulgẽtia. Et in hoc differt indulgentia à pniæ, licet.n.in pœnitentiæ sacramento misericors iudiciũ exerceatur,tñ iudiciũ est,in quo iustitia exercet,est.n.ibi iudex,reus, accusator,discussio causæ, cõfessio rei satis factioq;. Sed cum indulgentia conceditur,iudiciũ non exercetur, sed misericordia benigna exhibet, qua liberaliter remittitur debitum,ac illius donatio fit. Et hanc diuersitatem Paul.ostendit, qui pænitẽtiam iudicium dicit, indulgentiã uero donationẽ appellat. Et ideo ad Co- C rint.ait. Si nosmetipsos iudicaremus,nõ 1.Co.11 vtiq; iudicaremus. Præmiserat probet aũt se ipsum homo. Quib.verbis pænitẽtiam ante Eucharistiã præmittendã, cũ peccatũ fuerit,ostẽdit, illam autem iudicium appellat. Cum uero de indulgentijs meminit,donationem dicit, vñ ait. Cui aliquid donastis,& ego nã,& ego ꝙ donaui in persona Xpi propter uos. Lo- 2.Co.2 quitur ibi Paulus de peccatore, q publicũ incestum admiserat, quem excomunicauerat,& ille pænituerat, & cum iniũctã pęnitentiam agere cœpisset, Paulus ei cõcedit in Christi nomine indulgentiam, donans ei reliquam pęnam. Ita explicant scholastici Doctores hæc Pauli uerba,ex quibus tãquam fundamento colligunt potestatem cõcedendi indulgẽtias. Et patres antiqui eodem modo illa uerba accipiũt,ut Theophylactus, Theodo Theo. re.& Eucumenius. A tpe ergo Apostolo Theo. rũ indulgentię in Ecclesia concedebant, Eucu.

Sed

A Sed licet hoc uerum sit aliquibus vt nimias nunc indulgentias concedi, olim .n. magnũ uidebatur, si pauci dies concederent indulgentię, nũc uero passim iubilæi, & indulgentię plenariæ cõceduntur. Huius tñ rei cã, ac rõ est, n: c. n. sine illa id fieret, quam reddunt Thomas, Alexãder, & Bonauentura in 4. dist. 20. Initio Ecclesiæ pauca in fidelibus peccata erát. Adeoq; horrebant fideles, peccatum, ut quasi monstrum aspicerẽt peccatorem. Horribile profecto peccatum est. Si horrendũ est, incidere in manus Dei, an nõ horrendum, qd homo inimicus sit Dei, quod eum conculcet, & iterum crucifigat? Vnde Hier. [Qui audiuit, talia horribilia, quę fecit nimis uirgo Israel.] Hinc initio Ecclesiæ factũ est, ut grauissima iniungeretur pnía peccatoribus, septem. n. anni pniæ pro uno mortali peccato imponebantur. De quibus multa

D. Th. Alex. Bona.

Hie. 18

B uidere poteris in decreto dist. 33. q. 2. Et in constitutionibus Apostolicis. Hinc fiebat, ut peccata rara essent, & pnía pro illis grauissima, atq; adeo non erat opus multis indulgentijs. Nunc uero aliter se res habet peccata. n. facile perpetrantur nec horrorem ingeneraat, quia multa. Sicut non horret Magus dæmones, & eorum consortium, quia sępius eos uidet. Et hinc fit, ut culpa facilis res appareat, nec multa fiat eius causa pœnitentia, sed leui suscepta pæna, satis se fecisse hõ putet. Et iõ uel incuria sacerdotum,

C vel propter minorem pœnitentis dispositionem, leuissimæ pœnitentiæ iniunguntur. Cum ergo plura sint peccata, & minus ei satisfiat penitentię laboribus, plures oportuit esse indulgentias, quæ beneficia sunt infirmorũ. In primitiua Ecclesia cũ pauci essent infirma ualetudine, minus oportuit esse de indulgẽtia.

imile Qñ populus diuinijs abũdat, opus nõ est aperiri ærariũ publicum, qñ frumentũ est plurimum, necessarium non est, ut ex cõi horreo ac publico frumẽta extrahanť, cum uero necessitas, aut fames populũ uexat, tunc oportet ad cõia, ac publica illa beneficia recurrere. Ita cum in Ecclesia primitiua redundaret fideliũ satisfactio, necesse nõ fuit, ex Ecclesiæ, thesauris tantas indulgẽtias totq. concedi, A nunc ãt, cũ in maximã deuenerimus miseriã, ac paupratẽ, opus est, Ecclesiæ thesauros effundi, vt pctõrũ im̃mẽsa debita psoluanť, q̃ soluta oĩno nõ sunt lachrymis, ac castigatione corporis. Si. n. expectaretur homo, ut sua satisfactione sola debita euacuaret, qñ obsecro ille persolueret, qui innumera pctã cõmisit? Si. n. Ecclesiæ iudicio condigna pnĩa unius mortalis pcti erat septennij. qñ is soluere posset, qui mille pctã admisit? Et hinc intelliges, cur millia annorum indulgẽtiæ concedanť, sensus. n. illius indulgentiæ est, ꝙ conceditur tibi indulgẽtia peccatorũ, q̃ si condigna pnía essent persoluenda, mille, & mille millib. annis pęnitẽdũ tibi esset. Cũ. n. septẽniũ pnía unius peccati sit, qui millia peccata commisit, septem millib. annis pænitere deberet.

B Ex his, q̃ dicta sunt, duo facile colliguntur, primum, q̃ta sit pcti malitia, ꝙ tanta dignum est pæna, ẽt post infinitam Xpi satisfactionẽ, ut nobis applicetur postulat tantã satisfactionem. Scdm, quanta fit in nos diuina mĩa, cum adeo facile tãtã remittat pęnã. [Xps dilexit Ecclesiã & tradidit semetipsum pro ea, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non hñtẽ maculã aut rugã, aut aliquid eiusmodi.] Lauacrum hoc baptismus est, sed qa hic iterari non põt, ut iterum, ac iterum munderť ab inqnamẽtis, prouidit pnía sacrã. Sed qa illud sæpe reliqt maculã, aut rugã pęnę, prouidit tertio lauacro, indulgentias plenissimas, quib. cõsequutis aĩa relinquiť sine macula, aut ruga, quasi cũ e fronte baptismi processit. Atq. adeo iubileũ dicere possumus, tertiũ baptismũ. Nec vero mirãdum, si indulgẽtiã plenariã dicamus baptismũ; qm̃ sancti baptismum dñt indulgẽtiã plenariã. Ita notat Hie. epist. 83. & Aug. lib. 1. contra epistolas Pelagianorũ. Et in lib. 1. contra Iulianum refert, ac laudat dictũ Reticij Epi Augustudunensis. qui dixit, const it baptismum ẽe principalẽ in Ecclesia indulgentiam. Sicut ergo baptismus dr indulgentia plenissima, quia in eo ois culpa, & pęna delet, ita iubilæum dicere possumus

Eph. 5.

C

Hiere.

A mus baptismũ, cũ in eo simile quid fiat.

Hæc tria baptismata in figura expressa fuerunt in lege ueteri. In qua tria fuisse lauacra constat, ac tria aquæ receptacula. Primum extra templũ, quod erat probatica illa piscina, de qua Ioãnes meminit. (Ioan. 5) Et Amb. & Theoph. (Ambr. Theo.) vim accepisse ad sananda corpora, quia in ea sacrificandæ carnes lauabantur, & quia figura erat baptismi, in quo aiæ abluuntur. Baptismus ergo piscina est, in qua oĩs sanatur infirmitas, quia aqua illa intincta est sanguine Christi agni. Hęc ãt iuxta, sed extra tẽplum merito est, quia baptizantur, qui extra Ecclesiam sunt, iuxta vero est, quia in ianua, ac ingressu est. Secundum templi lauacrum fuit mare æneum, quod intra templũ erat, eratq; vas quoddã maximum, quod capiebat duo millia bathos, vt dr 3. Reg. 7. De quo Iosephus (Iosep.) lib. 8. Antiquit. c. 2. ait, fecit etiam vas ęneum fusile semiorbis specie, ꝙ pp B capacitatem appellatum est mare, nam congregationes aquarum magnas uocare solent Hebræi maria, ex Genesi 1. Stabat uero hoc mare super duodecim boues. Et factum est mare hoc ex ęre, quod rex Dauid sustulit ex ciuitatib. Syrorũ, & aliarum gentiũ, ut dr in 2. Reg. (3. Reg. 10.) Ex ciuitatibus. n. expugnatis plurimum æris accepit Dauid, tum ex idolis, & alijs templorum vasis, tum alijsde. Testatur vero Iosephus lib. 7. Antiquitatũ c. 6. hoc ęris genus, ex quo mare illud factũ est, auro pretiosius habitũ esse. Hoc certè mare, ꝙ intra templum est, pñiam significat, ĩ qua innumera peccata lauant. Eius vero materia ex idolis, ex gentiũ vasis est, qa peccata cõfessa illius sunt materia, itaq; ipsummet peccatum, qd tibi idolũ fuit, in cõfessione manifestatũ, materia est sa C cramẽti. Ex ære mare, istud est, æs. n. clarum sonum reddit, & pñia non solũ in corde latere dẽt, sed per gemitus, confessioné, & corporis macerationem foras erumpere dẽt, & suo sono prodere, dum via pctã sacerdoti prodit homo. Fusile est, quia uasa fusilia prius liquefiũt, & in vas fusa eius formam capiũt. Ita cor durũ Dei amore, & pctõrum dolore liquefieri debet, atq; ita paratum statim diuinæ naturæ per gratiã particeps, & consors fit, quæ tanta erit, quanta fuerit cordis compunctio. A Rotundum erãt, ut omnes undiq; ad illud accederent, quia nullus est hominũ, cui in hac uita remediũ pnię paratum non sit. Resticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitũ, quia frustra abluitur homo pœnitentia, nisi gratiam, qua sacramento accepit, studio bonorum operum, quasi quodã fune restringat, nec desfluat. Per resticulã enim ut Beda (Beda.) ait lib. de Templo. c. 19. disciplina præceptorum cœlestium, quã à nostris uoluptatibus religamur, potest apte signari. De hac re multa alia uidere poteris in Patre Ribera (Riber.), qui accuratissime hæc disseruit, sicut & alia omnia, in libro secundo de Templo, cap. 17.

B Tertiũ templi lauacrũ, erat de quo dr̃ in Exo. (Ex. 38) [Fecitq; labrum ęneum, cum uasi suo de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi.] In hoc demũ abluebãtur sacerdotes à minoribus maculis. Glossa interlinealis (Gloss.) ait, per mulieres illas significari animas sanctas, specula uero earum Domino oblata significãt earum superabundantem satisfactionem ex qua thesaurus Ecclesię cõficitur quo abluuntur fideles a maculis pœnarum concessis indulgentijs.

Ex quibus multorum hominum damnatur peruersitas, quib. tantis laboribus parauit Deus lauacra ista, ipsi uero incuria sua eis nõ utuntur. De quibus dominus p Ezechielem (Ez. 24) ait. Multo labore sudatum est, et nõ exiuit de anima rubigo eius, neque per ignem immunditia tua execrabilis, quia mũdare te uolui; & nõ es mundata a sordibus tuis. Rectè ait, C multo labore sudatum est, quoniam ut ista facilia lauacra nobis cõficerẽtur, innumeros dolores Christus passus, est & in Ecclesię thesaurum conficiendũ nõ solum Christus laborauit, sed & uniuersi martyres, confessores, virgines, conflatus est. n. ex superabundanti eorũ satisfactione, q̃ multis uigilijs, ieiunijs, castigationibus, ac doloribus confecta fuit. Quis ergo alienis laboribus uti nõ uult? quis alienis pecunijs soluere debita sua recusat? Vidisti hominem debitis onera

rum,

A rum, ad quem diues accedat, ac dicat, veni in domum mea, & ex thesauris meis accipe, vnde soluas quidquid debes. Nũquid recusabit hoc vir pauper? num hãc largitatem non suscipiet? Audi ò homo quid tibi nunc dicatur, debitores, soluere teneris, & soluendo non es, accipe ex sanctorum satisfactionib. unde soluas: tu ieiunare tenebaris, te verberare, & similia præstare, nec præstas: ecce sācti id fecere abundantius, quam indiguerint, tu suscipe eorum reliquas, eorum ieiunia, vigilias, atque dolores. Num id recusabis, ut patrum laboris tibi iniuncti nõ præstes? num debilis oneratus eris, ne in domum diuitis venias, vt pecunias eius sudore partas tibi, accipias? Sed, quis labor tibi iniungitur, vt tantum bonũ cõ-
B sequaris? Audi, quã sit minimus, vt duos argenteos des, vt tot bona consequaris, nunquid id magnum tibi videtur? Vt ludo exponas, an non in dies plures argenteos perdis? Cur in salutem animæ tuæ minimum non præstabis? Audi in Iubilæi cõsequutionem quam parum exigatur, ut confitearis, vt orationem fundas, vt eleemosynas paruas præstes. Confer hæc cum peccatis tuis, cũ pęnis a te commeritis, & quasi arena maris illa grauiora apparebunt. Quis vnquam hõ debēs decē millia talenta, si ab eo unum exigatur, ac alia remittantur, non illud libēti animo pręstet? Debes ò homo Deo tuo innumera debita, innumeros pęnitentię annos, & minimum quid nũc a te exigi-
C tur, ut oĩa dimittatur, & illud nõ redet?

Hoc omnibus fit impertum, ad Dei iustitiam infinitam pertinere, vt nullu peccatum sit impunitum. Si in hac uita punieris peccata tua, in alia nõ punieris si te nunc iudicas, postea nõ iudicaberis,
Nahũ 1 qa vt ait Nahũ. [Non consurget duplex tribulatio.] Si ergo pnia te ipsum iudicaueris, in inferno non punieris. Deinde si relictam à pnia pœnam hic ea solueris, in purgatorio non persolues: quanta vero sit diuersitas, inter afflictiones huius vitæ, & purgatorij, diximus in tertio tomo nostrarum Concionum, in Cõmemoratione fideliũ defunctorũ. Sed nũc aliud maius adijcimus, quia licet solutio huius vitę facilis, ac exigua sit, si cũ solutione purgatorij cõferat: sed solutio que per indulgentiã fit, multo est minor, ac facilior, qa cum mille deberet, unum à te exigit. Si ergo ēt mille nunc tibi soluēdũ esset, quanto magis unum? Qui ergo hanc negligit solutionem, oĩno stultus est. Magnifacere ergo oportet bullas Iubilæos, Indulgentias, quia eis concessis melliflui cœli redduntur, & thesauri Xpi aperiuntur, vt diuites simus. Infinitis redimendis mundis sit est in Christi passione sanctorum etiam passiones ex cessere peccata eorũ, vnde Iob ait. [Vtinam appenderentur peccata mea, quib. Iob 3.
iram merui, & calamitas quam patior, in statera, quasi arena maris hęc grauior appareret.] Quod vero sancti uoluerint illa nobis applicari, patet ex illo Pauli:
[Nunc. n. gaudeo in passionibus meis C
pro vobis, si adimpleo ea, quæ desũt passioni Christi in carne mea pro corpore eius, q est ecclesia. Quod vero dispensa-
tio huius thesauri in ecclesia sit, ostendit Col 2.
Paulus dicens. [Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores
mysteriorum Dei.] Et iterum. [Dispen- 2.Co.4
satio mihi credita est.] Hac ergo vtamur dispēsatione, hac gr̄a, ac misericordia, vt a peccato omnino liberi, eius ma-
culam, ac rugam, vulnus, & cicatri- 1.Cor.
cem, signumque exuamus, &c. 10.

CONCIO.

Cum aliquis ob graue crimen capite ple- C
ctitur à publica potestate.

THEMA.

Stipendia enim peccati mors. Rom. 6.

SVadens Paulus, vt serui Dei simus, & peccati seruiētem detestemur, pluribus in hac rationem propositis demum ait. [Stipendia peccati mors, gr̄a vero Dei uita ęterna. Quasi dicat, illud homo attendere maxime solet in domino, cui se seruum præstat, quod nam stipēdium ministris præbeat infimi. n. homines si

Aa 2 ampla

ampla præstent superbia, plurimos sibi
A ministros inueniet, & maximi prīcipes
si stipendia nō dent, ministris carebant.
Nunc ergo ô homo, si attēdere uelis dignitatem Dei, & peccati infimam sortē, facile erit iudicare, quis in dominum tibi sit eligendus. Sed si sola stipendia attendas, id ipsum manifestum erit, stipendium enim Dei, quod gratia sua nobis proposuit, & iustitiam reddit, uita æterna est, stipendia uero peccati mors est, non animæ tantum, sed & corporis. Di uersa omnino stipendia. Quis obsecro, nunc etiam principi inseruiat, si audiat, stipendia obsequi tui mors erit? Quis autem ei non inseruiat a quo stipēdium proponitur uitæ æternæ fœlicissimæ?
Ioan.8 Audi ô peccator, cui hero inseruias, & seruus es pcti. (Quia qui facit peccatum
B seruus est peccati,) audi illius stipendia,
Psa.48 (stipendia, peccati mors. Sicut oūes in inferno positi sūt, mors depascet eos,) ait Psaltes, placet ne tibi stipendium hoc? labores in iniquitatis, & perditionis, fatigaris, desudas, & operis tui merces æterna mors est.

Sed ut hoc peccati, stipendium ab ouo, ut aiunt, explicemus, notanda est, ac recolenda Dei illa sententia, qua dixit
Gen.2 Adę. (De ligno scientię boni, & mali nō comedas, in quacūque enim hora comederis, morte morieris. Trāsgressus est ille præceptum, & mortem incurrit, non ille solus, sed & uniuersum hominū genus dicente Paulo. (Per unum hominē
Ro. 5. peccatum intrauit in mundū, & per peccatū mors, & sic in omnes hoīes mors
C pertransit, in quo oēs peccauerūt. Si uero quispiam dicat, parua uī Adę transgressio, dum unicum surripuit pomum, ut tā grauis in eum ferretur snia. Respondet
Augu. Aug. 14. de ciuitate, c. 15. quisquis huiusmodi dānationem nimiam, aut iniustā putat, metiri profecto nescit, quanta fuerit iniqtas in peccando, sicut. n. Abrahæ non immerito magna obedientia prædicatur, qa ut occideret filium, res difficillima est īperata, ita & in paradiso, tanto maior inobediētia fuit, quanto id, quod præceptum est, nullius difficultatis fuit, Et sicut obedientia secundi hominis eo prædicabilior qua factus est obediens usque ad mortem, ita & inobedientia primi hominis eo detestabilior, qua factus est inobediens usque ad mortem. Vbi enim magna est inobedientiæ pœna imposita, & res a creatore facilis imperata, quis nam satis explicet quātum malum sit non obedire in re facili, & tantæ potestatis imperio, & tanto terrenti supplicio? Hæc August. Quod ergo leue reddere uidebatur Adæ peccatum, grauissimū reddidit. Hoc uero ipsum grauia reddit peccata nostra, quia cum facilia sint, quę Deus præcepit, & minimo labore ea pręstare possimus, non tamen præstamus, Tenebamur enim Deo obsequi in difficillimis, quæ ergo relinquitur excusatio, B
si facilia non pręstamus? (Mandata eius 3.Io.5.
grauia non sunt:) ut Ioan. ait, imo minima sūt qua ratione ille dixit. (Qui solue Mat.5
re unum de mādatis istis minimis.) Nō quia minimi ponderis, sed quia minimi
laboris, cur ergo illa non serues? Hac ra De.30
tione Dominus ait. [Mandatum hoc, quod ego pręcipio tibi hodie, nō supra te est, nec procul positum, nec in cælo sitū, ut possis dicere, quis nostrū ualet ad cælum ascēdere, ut differat illud ad nos, ut audiamus atque opere cōpleamus? Neque trans mare positū, ut causeris, & dicas, qs ex nobis poterit trāsfretare mare, & illud ad nos usq; deferre, ut possumus audire, & facere, quod præceptū est. Sed iuxta est sermo ualde in ore tuo, & in corde tuo, ut facies illum.] Quid facilius
quam non iurare, festa serua, Deum & C
proximum diligere? Qui ergo facilia à Deo imperata non implet, reus est mortis, nec ulla tueri se ualet excusatione.

Sed illud mirabilius in mortis sententia est quod nō solus Adam transgressor damnatus ad mortem est, sed et oē illius semē. (In oēs homines mors pertransit, in quo omnes peccauerunt.) Quia in illo peccauimus, ad mortem oēs damnati sumus. Sicut nunc uidisti hunc hominem suspendio uitam finisse quia crimine eius exigente ad morte iuste damnatus est a prætore, ita scito, te ad mortem dānatum a Deo esse, nec illum tibi appellationis remedium esse, quia (statutum

est

A est hominib. semel mori.) Ab hac lege nullus exceptus fuit, nec Christus, nec Maria. Quid ergo mundus hic est? Plane similis est carceri, in quo plures malefactores detinentur, & oes ad morte dānati capite plectendi sunt, sed hodie decem interficiūtur, cras viginti, tertia die duodecim, quia letitia affici pñt hi, qui in carcere manent, licet nunc morte non afficiatur, cum uideant socios criminis capite plecti, simileq. iudicium spectent sibi in crastinum? Qis hō damnatus ad mortem est, & in custodia huius mundi, qui carcer est, oēs tenent, hodie moriuntur centū, cras mille, altero die quingenti, tu qui hæc vides, quo pacto ridere poteris, cum scias, te sociū criminis ad eandem mortem damnatum esse? Recte loquitur ad nos quilibet ex defunctis, & hic, qui nunc suspensus est (Memor esto iudicij mei, sic enim erit, & tuū mihi hodie tibi cras.) Nolli ergo mortem obliuisci, quæ tibi cito aderit, ad hoc.n. ad hoc venisti spectaculum ut præconium mortis audires, quæ tibi imminet.n. homo hominem damnat ad mortem, quia deliquit, nunquid Dei iustitia infinita nō te damnabit, cum deliqueris, & criminis læsæ maiestatis reus fueris? Quemadmodum ergo cum exagitandus taurus in forum procedere debet, uoce præconis oēs monentur, ut sibi quisque consultat, ita mors huius delinquentis uos admonet morituros, cum & delinquentes simus, caueat ergo quisque & in tuto se collocare studeat, ne ab hoc tauro interficiatur. Locus est homini tutus, in quo seruare possit, de quo Psal. ait. (Altissimū posuisti refugium tuū, non accedet ad te malum.) Et Sap. (Astutus uidēs malum absconditus est, paruuli pertrāseuntes sustinuerunt dispēdia.) Sed quis hic locus altior, in quo lædi a tauro non possimus? Plane uita iusta, ac sancta est, in qua qui stat, a morte lædi nequit, imo uero ex ea maximum emolumentum colligat, quia (pretiosa in cōspectu Dñi mors sanctorum eius,) ut optanda potius quā timenda sit, ac dicendum de ea, (moriatur anima mea morte iustorum, & fiat nouissima mea horū similia.) Quid.n mors iusto est, nisi laborum ac miseriarum finis Quid uita hæc est, nisi quædam prolixitas mortis, ut Gregorius ait. Si tibi dulcis uita ista est, non eo est, quod dulcis sit, sed quod praue affectus sis, illa enim prolixitas mortis est. Sed tibi accidit qđ simile, quod accidere solet homini diu in carcere, aut triremibus versanti, ut dulcis ei uita illa appareat, cum amara sit, ac laboris plena. Iustus ergo in morte finē laborum uidet, (quia amodo iā dicit spiritus, ut requiescāt a laboribus suis.) Initium etiam illi est æternæ uitæ, quæ in morte abscondita est, & cum corpus destrui videtur, ac perdi, non perditur, sed seminatur, & in eo initium mirabilis resurrectionis ponitur. Sicut enim pictor tabulam, aut lintheum pictoridas, ut imaginem depingat, & ille primum carbone assumpto eam delinitat in tabula, aut lintheo, & perdi quidē ac destrui tabula uidet, sed non ita est, expecta modicum, & colores viui super imponenc super carbonis delineamenta, & imago præclara depingetur, qua tabula mirabilis reddac. Ita omnino oportet, mortale & corruptibile hoc induere incorruptionem, & gloriæ cælestis imaginem accipere, ut sicut portauimus imaginem terreni, portemus & cælestis, quia (reformabit corpus humilitatis nostræ cōfiguratū corpori claritatis suæ,) sed huius tātæ imaginis initiū delineamenta carbonis sunt quibus tabula corporis perdi uidetur, hæc delineamenta mors ponit, qua corpus destrui ac interimi appareat, sed nō ita est, prima ista rudiméta imaginis sūt expecta modicum, & in die resurrectionis videbis mirabilem in corpore constitutam imaginem, qua mirabilis in sanctis suis Deus appareat. Hæc, quæ diximus, iustis accidunt, qui ad morte damnati a morte se incolumes seruare nōūt. Sed multo aliter peccatoribus accidit, qui mortem non curant, & eius obliti ab ea se non custodiunt, & sic ab ea intercipiuntur subito, dum nō speratur. Quib. simile accidere solet, quod uiatori inscio, ac nimium delicato, qui uiam agit, & vsque ad diuerticulum multum uiæ peragendum restat, & uia difficilis,

Margin notes (left column): Heb. 9; Simile; B; Simile; C; Ps. 90.; Pro. 17; Ps. 115; Nu. 23.
Margin notes (right column): A; Greg.; Simile; Ap. 14.; Simile; B; Phil. 3.; C; Simile.

A ac mortuosa est, ille uero hæc non attendens, dum in uia iuuenit pratum amænũ, dulces fontes, syluas arboribus ornatas in his quiescit, delectatur, ac longam moram facit. Seruus autẽ eius eum sæpe monet, de lõgitudine, ac difficultate uię, ne moram longam faciat, sed ipse eũ nõ audit, nec breuitatẽ diei cõsiderat, cunq; uiã arripit, nox atra eum circũdat, & per ardua montis iter faciens, huic cadit illic misere descerpitur, tuncq; seruus ait, nõne hæc ego tibi prædixerã? Audi persimile, quod hominib. accidere solet. Viã agit hõ dũ uiuit, uita nostra uia q̃dã ẽ, de qua
Iob.16 Iob:(Semitam, per q̃ nõ reuertar ambulo.) Hoc plane in hac uita timẽdũ est ualde, q̃ semitã pcurrimus, p q̃ Semel incedere licet, si.n. posset hõ his uitã hãc am-
B bulare, & duplex ei uita cõcederetur, & in altera alterius errores posset irrigere, melius se haberet, at nunc vnica uita ei cõceditur semel ambulare per hanc semitã põt, per semitã, per quam non reuertetur, ambulat, iõ cauere maxime oportet. Sed hanc uiã quidã celeriter agũt, ne eis lux deest, ad quod nos Christus monet.
Ioã.12 (Ambulate, dũ lucẽ habetis, ne tanebræ vos cõprehendãt, & ideo mors illis grata adest quidã uero tempus uitæ ponunt in hortis, pratis, syluis, & delectationib. huius sæculis, dicentes.(Nõ sit pratũ, q̃
Sap.2. nõ pertrãseat luxuria nostra, coronemus nos rosis, nõ prętereat nos flos temporis Hi viam cæli reliquunt, & in uia consi-
C stũt, quib. multa salutis monita stimulus consciẽtiæ præbeat, qui est, seruus admonẽs viatorem, ut viã percurrat, ne a tenebris cõprehendatur. Sed ille fidelem ser-
Ecc.21 uum recta consiliantem nõ audit, eiq; accidit, ut in morte uiã agat tenebrosam, (via pctõrũ cõplanata lapidib.) nesciunt vbi corruant, & in fine (illorum infer, & tenebrę, & pœnæ.) Hinc fit, ut tunc se p̃cipites dent, & a conscientia redarguant dicẽte, nõne ego te admonui, ut recta ageres ut a uia non declinares, nec audisti me? Sicut viatoris seruus dicere domino solet noctu uiam agenti p aspera, nõne ego te admonui, ne in uia moram ageres? Quoties, obsecro, putas in mentem uenisse huic homini suspenso in patibulo, quare detestatus sum disciplinam, & increpa tionib. prædicatorum, ac cõfessariorũ non adquieui, en quo me pertraxerunt delicta mea, ad mortẽ certe ignominia plenam? Simile uero omni peccatori accidere Sapiens ait.(Ne pes alienis honorem tuũ, & annos tuos crudeli, ne fortẽ impleantur extrannei uirib. tuis, & labores tui sint in domo aliena, & gemas in nouissimis q̃do cõsumpserit carnes tuas & corpus tuũ, & dicas cur detestatus sũ disciplinam, & increpationib. nõ acquieuit cor meũ, nec audiui uocem docentiũ me, & magistris nõ inclinauit aurẽ meã? Pro.5.

Omne quidẽ lethala crimen dignũ est morte, & morte ęterna in Dei iudicio, aliqua certe crimina sunt, quæ mortis sñia placitũ cũ potestate publica, sed nõ oĩa. Vnde cum legislator quidã oĩb. criminib. capitalẽ sñiam in legib. a se latis proposuisset uitio ei datũ est, a c de eo dictum, quod sanguine leges scripsisset. Ex vero, quę rẽpublicã conturbant, grauissime ab omnib. legislatorib. punita, sunt. Et ipse mãsuetus Dauid ait.(In matutino interficiebã oẽs pctõres terra, ut dispderẽ de ciuitate Domini oẽs opantes iniquitatẽ.) Sed quid significat in matutino phrasis est scripturę, qua significatur, maxima diligentia, & studio mature, uigilãter, festinãter, anteq̃ inualesceret malitia, & alios inficeret, et ideo mane, i. nulla interposita mora. Quib. verbis iudicib. oñditur, qua cura debeant malefactores inquirere, ac perscrutari, ut in ciuitate dñi, quæ sancta esse debet, nihil sit peruersũ. Sed non vniuersa peccata lex humana potuit, nec omnino omni pęna adhibita ea punit, in quę animaduertit. Hoc relinquitur diuino iudicio, quo vniuersa peccata ad iustum puniẽda sunt, in quo nullum est mortale peccatum, quod æterna pęna non plectatur. Hominum iustitia tãquam imperfecta multa non punit, at Dei perfectissima iustitia nihil impunitum relinquit. Et de hac punitione in iudicio plene exequenda plures accipiunt verba Psalmi:(In matutino interficiebã oẽs peccatores terræ, &c. Si.n. in persona Christi hic Psalmus exponatur, ipse est, qui peccatores interficit, dum eos dã-

Marginal notes (right column): B; Ps.110; C; 1.Cor.

A nat, & id tempore matutino, i. iudicio, qñ illucescet Dñs, et illuminabit abscōdita tenebrarum, ut fiant manifesta con silia cordium. Tūc.n. colliget, & separabit de regno suo omnia scādala, & proijciet in ignē zizania. Huic expositioni fauet multū, quod habet Chaldaica paraphrasis dicens: Mūdo uenturo, qui assimilatur luci matutinæ, perdā oēs peccatores terræ, ut disperdam de Ierusalē ciuitate Dei omnes operarios iniquitatis. Ex his patet, omne mortale peccatum æterna pœna dignū, & ideo mortale dr, quia morte

B puniendū, quia contra Deum est, qui est bonum infinitum. Caue ergo ò homo peccatum, quia sub esca ista latet hamus latet uenenum mortiferum, quod te perdet, ac vastabit in æternum. Quis, obsecro, nosset, priusquam fieret, quod nūc vidistis, hominem iustum suspendendum pp furtum, uideretq; eum properantem, ut aliena surriperet, an non ad eum clamaret, ac diceret. Caue miser homo, ubi .n. putas te inuēturum lucrum, inuenies mortem turpissimam, quod si ille id crederet, nunquid furtum committeret? ne

C quaquam. Si quis adesset Adæ uolēti pomum manducare, an non diceret, caue miser Adā, sub hoc.n. pomo latet mors tua, & oīum filiorū, & innumeræ aliæ miseriæ. Nunquid si id crederet Adam, pomum comederet? non certè. Audi ergo ò homo quid simile, imo multo maius. Cū manum extēdis, ut aliena surripias, cum concupiscis alienā mulierem, pomum accipis, sub quo latet æterna damnatio, infinitæ pœnæ, mala innumera, & hoc plane credis, quia fides Catholica hæc est, quo

Simile ergo pacto peccatum perpetrabis? Assumis vas aquæ ut bibas, & dicit tibi quispiā, ne bibas, quia ueneno infecta aqua est, & moueris, continuo ves proijcis, ne mortem incurras, qño ergo simile nō facies, audiens fidem prædicantem, mors in olla hac est, & mors æterna sub hac esca dulci, sub hoc potu suaui latet? Illud ergo in hoc supplicio nobis proposito ostenditur, quod sicut mors corporis huius hominis latebat sub aliena substantia, ita mors corporis, & animę latet sub omni læthali peccato, quod ideo fugere debemus tanq̃ a facie colubri. Hinc Sapien. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit, si aūt corripueris sapientem intelliget sapientiam. Et idem Sapiens ait. A Pro. 19

Pro. 21 [Mulctato pestilente sapientior erit paruus.] Pestiles dicitur publicus peccator, a quo fugere debemus tanquam ab eo, qui peste est infectus, & huiusmodi sunt, qui publice damnātur, hoc ergo uiso supplicio, ēt stultus ac paruulus discit sapientiam, & cauet a malo. Et contendunt publica supplicia, ut omnes timeant, ac declinent a malo, & fiant alieno periculo cauti. Sapiens uero nō indiget hac admonitione, ait. Sapiēs, satis est, si uerbo eum admoneas. Sicut ergo in interfectione malefactoris discit homo peccati malū, & ne furca similiter suspēdatur, caueta furto. Ita discere debet in æterna damnatione unius peccatoris quantum sit in omni peccato malum licet lateus. B

Sed quoniam pestilētem flagellatum diximus eum, qui nunc patibulo suspensus est, id ita accipiendum est, ut pestilem quidem fueri, dum peccauit, sed nunc ad Deum conuersus, confessionem integrā faciens, mortem acceptans patienter, ac Deo offerens, non iam prodigus, ac dissipator filius dicendus sit, sed similis iusto larroni, q dixit: Nos digna factis recipimus. Et Domine memento mei, qui iam es in regno tuo. Fiducia maxima habenda est de eorum salute, qui a publica potestate puniūtur, licet enim peccauerit, multa tamen sunt, quæ Deum eis propitium ostendunt. Et primum illud sit, qd nunc in hoc sęculo eos Deus castigat, quod signum est misericordiæ, & quod eis propitius erit in alio sæculo. Licet.n. aliquando reprobi in hoc mundo a Deo puniantur, & nunc initium æternarum pænarum eis imponat, illud tamen sit, cum cor hominis induratur, cum flagellis ad Deum non reuertitur, sed in peius proficit, ut Pharao, & ei similes. Quādo vero flagello inflicto humiliatur homo, ac Deo subijcitur, peccatum suum agnoscit, tunc uerum illud habet, non punit Deus bis in idipsum. Et illud Psalmi: Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberib. peccata eorum misericordiam Lu. 23. C Psa. 88

Aa 4 autem

A autem meam non dispergam ab eo neq; nocebo in ueritate mea. Ingenium hoc Dei explicat Nahum, cum ait Non consurget duplex tribulatio. Quo loco Caldæus ait. Non cõsurget domui Israel his angustia. Septuaginta uero legunt, non uindicabit bis in idipsum, in tribulatione. Cum ergo homo iste hic pœnituerit, & à Deo punitus sit, fidédum nobis est, non in alio sęculo in ęternum puniendum. Huius etiam rei coniectura non leuis est, quod nouerit se moriturum cum pleno iudicio potiretur. Aliter omnino homo disponere sua solet, dum de morte nihil cogitat, aliter vero cum se mori proximum cernit. Si enim Sap. ait. Memorare nouissima tua, & in æternũ non peccabis, & Moyses. Vtinã saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderét, q obsecro non faciet, qui non solum cogitat se moriturum? non tantum nouissima ꝓuidet, sed & certo nouit, statim se ex hac uita migraturum, et mortem præsentem quasi oculi cernit? Plane res ista hominem commutat, & alterum redit. Hinc fit ut peruerse cum infirmis agat, cum eis proxima mors non prædicitur, nec amici, sed inimici opus est, illam celare. Dic amico tuo manifeste mortem imminere, ut animę suę consulat, multo enim melius consulet, nouerit se e uita migraturum sed hæc vnum ægrotantibus accidere solet, ut infirmitate grauati, & quasi a mente alienati, plene non percipiant mortem, nec ita commouentur ea audita, quia infirmitas eos grauat. & quasi alienatos a se tenet. Cum uero damnatur ad mortem homo à iudice, plena ratione ac integra cum sit, plene percipit, quid mors sit, quam propinquum iudicium, & aliud sęculum, atque adeo melius sua curare ualet. Et sicut rectius percipit nouissima quã ægrotus, ita uiribus præstãs melius exequitur ea, quæ ad salutem ipsi necessaria sunt. Et iõ orabat Psaltes: Loquutus sum in lingua mea, notũ fac mihi Domine finem meũ, & numerum dierum meorum qs est, ut sciam, quid desit mihi. Ait Dauid, Loquutus sum in lingua mea, i. non solum mẽte optaui, ac oraui, sed & lingua, vel tacite meum loquutus sum, dic mihi ò Domine, quãdo ex hac uita discedam, vt sciã, quid super sit de uita mea, Chaldæus, ait, ut sciam, quando deficiam à sæculo. Ne scimus, quando nobis migrandum ab hac uita; & occultum hoc nobis esse voluit Dominus, ut semper vigilemus, sed media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Media nocte clamor fit, cum tempus est minus hõ attendere potest negotijs, cũ obscuratum lumen rationis est, id ægrotantibus accidere solet, & ideo optimũ omni homini consilium est, longe ante sua agere, & ideo sancti de illius tps conuersione non adeo securi sunt. At uero homini cordato, valenti viribus, ac indicio B clamor fit media die, cum se suaque attẽdere potest, & ideo cũ eo rectius agitur.

Nahũ 1

Ecel. 7.

De. 32.

B

C

Psa. 38

Ma. 25

Ex hoc autem spectaculo nobis colligẽdum est, omnino à peccato abstinere. Abstine ò homo ab eo peccato, propter quod homo iste in mortem traditus, ad monitio tua huius mors est, ne simile quid perpetres, ne simile patiaris supplicium. Abstine deinde ab omni peccato, quia propter illud homo capite mulctatus est, & in ęternum damnabitur. Et ut quod supremum est, adijciamus attende non solum hominem istum pro peccato suspensum, non solum Adamum pro uetito pomo subrepto mortuum, sed & C Christum Dominum, quia ipsius fideiussor fuit, in cruce suspensum. Si rex ita fures omnes auersaretur, ut ministrum præcipuum filij sui suspendi prǽciperet, quia pomum unicum ex eius horto surripuit, mirum in furta odium ostenderet, sed si eo res procederet, ut intercedente ꝓ ministro suo filio regis, ut ille liber esset, princeps pomi surrepti causa suspenderetur, immẽsum regis odium in latrones ostenderetur, quia obsecro, in eius regno furari auderet? Nonne uides ò homo infinitum Dei in peccatum odium? Surripuit pomum Adã, & ut ille liber sit ab æterna morte, Christus ꝓ eo intercedens cruci affigitur? Immensa charitas. Vt seruũ redimeres, filiũ tradidisti. Immensa peccato detestatio, cum ut ei fiat satis Christus occidiť. Hæc scribo uobis fra-

Simile

1. Iac. 5

A fratres, ut non peccetis,) ait Ioann. Sed quæ sunt hæc? Inter alia dixerat Christi sanguine deleri peccata. Hoc tibi dico, ut non preces, q Christi sanguis necessarius fuit ad peccati deletionem. (Quia dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostri in sanguine suo.) Quis ergo peccare audeat? Si Christus innocens, quia fideiussor pro peccato in mortem traditus est, quid de uero fiet peccatore, qui non alienis, sed proprijs peccatis oneratus est. Si in viridi ligno hæc fiunt, in arido quid fiet? Si innocens morti traditur, quid patietur nocens, & deperditus homo? Quasi ergo à facie colubri fuge peccatum, ut viuere possis, &c.

Apo. 1. Luc. 23 Ecc. 31

CONCIO.

B Habita ad Scholasticos in initio studiorum, de ratione ac ordine studendi.

THEMA.

Fili concupiscens sapientiam, conserua iustitiam, & Deus præbebit illam tibi, &c. Eccl. 1. c.

Sicut logica scientia dicit modus sciendi, quia ordinē tradit, quo reliquæ scientiæ acquirantur, & ita inquiri illā primum oportet, sine qua uia ad scientias non est. Ita est modus alter rectè ac utiliter sciendi, ac addiscendi literas, qui omni fidei pernecessarius est. De quo Sapiens ait. Fili concupiscens sapientiam, conserua iustitiam, &c. iustitia ergo ac uirtus via est ad sapientiam acquirendā ideo illa primum conseruanda est.

C

Tāta plane res est iustitia, ut excedat longe omnem scientiam, & ideo sciētiæ præferenda est. Sine scientia enim multi salui fiunt, sine iustitia uero nullus. Plures enumerat Paulus saluos factos, non in scientia literarum, sed in conscientia pura, & fide non ficta. Apostoli idiotæ erant, ac homines sine literis, nec de schola Rethorum, aut philosophorū assumpti, & ideo non in sublimitate sermonis aut in doctis humanę sapientię verbis, sed in stultitia prędicationis saluos fecerunt credentes. Qua ratione patet, primum omnium quęrendam esse iustitiā, & eam reliquis pręferendam, etiam sciētię, Hinc orat Psalt. Bonitatem & disciplinam, & scientiam doce me, priori loco bonitatem postulat, posteriori vero scientiam, quia illa pręferenda, hęc post habenda est. Sola uirtus est, quæ bonum simpliciter facit habentem, quę hominem diuinum reddit, & quę dignum efficit ęterna uita, & in fœlicitatem ducit ęternam. Et ideo sicut de reliquis bonis Christus pronunciat: Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animę uero suę detrimentum patiatur, ita de nobilitate, dignitate, ac scientia dicere possumus, quid prodest homini, si Rex, aut Imperator sit, si nobilis, si vniuersa nouerit, quę in cœlis, & terra sunt si seipsum ignoret, & Deum, si uirtute non ornetur? Rectè Sap. ait. Si quis fuerit consummatus inter filios hominum & ab eo ab fuerit sapientia tua, in nihilum computabitur. Quo loco nomine Sapientię diuina intelligitur, sine qua homo nihil est, licet omnibus donis naturalibus ornetur.

He. 11. A Ps. 118 Ma. 16 B Sap. 9.

Sed & hoc eximium uirtutis encomium est, quod non solum in se maxima est, sed & alia bona secum adducit ad eius domum, in quā illa diuertit, ac in qua habitat. Et ideo de ea Salomon ait. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Quia cum per uirtutem homo Deum possideat, & in studiosi domo ille commoretur, omnia bona secū adducit. Dixit Poeta:

C Sap. 7.

Et genus & formā regna pecunia do nat. Sed non ita res hēt, rectius diceret, regina uirtus omnia donat. Sicut uero alia tribuit, ita & scientiam, & ideo nos Sapiens monet. Fili, concupiscens sapiētiā, conserua iustitiam, & Deus pbebit illam tibi. Sicut alibi ait, quærite primū regnū Dei, & iustitiam eius, & hæc oīa adijcientur uobis, ita nunc ait. Cōserua iustitiam, & Deus dabit tibi scientiā. Et huius rei plurima exempla in sanctis vidimus, quib. conseruantibus iustitiam mul-

Mat. 6.

A multa scientia concessa est. Sicut.n.cum habes ministros duos, videlicq. alterum Simile diuitias tuas perdere, maleque insumere in his, quæ ipsi placent, alterum vero fidelem nosti, qui substantia tua recte utitur, & in his duntaxat illam insumit, in quibus tu præcipis, huic diuitias oes cõmittis, & ab altero aufers. Ita; cum Deus Sap.3. studiosum hoiem videt, & qui recte vtitur scientia, ac alijs donis, largiter ea Deus concedit, dicens: (Euge serue, bone, & fidelis, qa super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Et sic habenti dabitur, & abundabit, ei autem, qui nõ habet, & quod habet, auferetur ab eo.) Peccator scientia vtitur in vanitatem, & scientia inflatur, B iustus vero in sui, & aliorũ profectum, ideo ille infidelis seruus est, à quo talentum iustè tollitur, hic autem fidelis cui iure plurima committuntur. Deus præbebit illam tibi.

Multa alia in uirtute sunt, quibus studiosus homo iuuatur, ut scientiam acquirat, inter quæ illud unum est, quod habitib. infusis disponitur intellectus, & luce diuina perfusus etiam ad naturalia inuestigãda fit aptior. Et deinde studiosus multa impedimenta tollit, quæ ad scientiam acquirendam obstaculo sunt, ut ludos, vanas confabulationes, temporis iacturam, ebrietates, ac cõmessationes, & alia vitia, quibus rẽs vanè cõsumitur, et homo ineptus redditur sciæ, (quia in ma Ma.25 leuolam animam non introibit sapien C tia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Vñ D.Tho. 2.2.q.166.ar.2. ad ter D.Th. tium ait Philosophus dicit in 2. Ethico Arist. rũ, ad hoc quod hõ fiat virtuosus, oportet, quod seruet se ab his, ad quę maxime inclinat natura. Et inde est, quod pia natura præcipue inclinat ad timendũ mortis pericula, & ad sectãdum delectabilia carnis, ideo laus virtutis fortitudinis pręcipue consistit in quadam firmitate persistendi cõtra hmõi pericula, & laus virtutis temperantię in quadam refrænatione à delectabilibus carnis. Sed quãtum ad cognitionem est in hoie contraria inclinatio, quia ex parte aiæ inclinatur hõ ad hoc quod cognitionem rerum desideret. & sic oportet, ut homo laudabiliter huiusmodi appetitum refrænet, ne immoderatè rerum cognitioni intẽdat. Ex A parte verò naturę corporalis homo inclinatur ad hoc ut laborem inquirendi scientiam uitet. Quãtum ergo ad primũ virtus studiositatis in refrænatione consistit ne homo vana, ac curiosa sectetur, & sic est pars temperantiæ. Sed quãtum ad secundum laus studiositatis consistit in quadã vehementia intentionis ad sciẽtiam rerum percipiẽdam, & inde nominatur studiositas, quia magno studio incumbit literis, remouendo vniuersa impediẽtia literarum assequutionem. Hæc Thomas. Ex quo patet, inter moralesvirtutes vnam esse studiositatem, quæ pars B temperantiæ est, ad quam pertinẽt duo, primum appetitum sciendi cohibere, ne hõ curiosus sit, ut impleat illux Pauli. Ro.12. (Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.) Secũdum vt oi cura, ac diligentia adhibita studijs literarum uacet, remoto omni sciendi impedimento. Licet ergo scientia in intellectus sit, quia applicatio intellectus ad studium literarum fit à voluntate, in illa necessaria est virtus studiositas, qua uoluntas recte ordinata applicat intellectũ ad sciẽtias utiles, & cohibet à uanis, & opæ studij intendere facit remouens uniuersa prohibentia. Hinc fit, vt iustus hac virtute ornatus melius, ac utilius scientiæ acquirendæ operam det, quia uirtutem habeat, qua remoueat omnia impedimenta, & intellectum applicet, ut toto conatu scientiæ tendat.

Nũc vero sigillatim explicemus, quæ C sunt, quę hic studiosus attendere debeat, in sciẽtiarum studio. Inter quæ primum locum obtinet intentio finis, à quo opera uirtutis nomen, ac meritum pcipuæ mutuant. Omne plane agens agit propter finem. Et homo finem agnoscit, à quo mouetur. Refert uero multum, si recto fine ducaris in operib. tuis. Si enim in fine erraueris, illud tibi accidet, quod Arist. Aristoteles ait, paruus error in principio fit maximus in fine, finis enim principium est, quo moueris ad agendum, & ideo error in fine est error in principio. Sicut uero qui in primis principijs scien

tiarum

A tia rum errorem incurreret, in reliquis oĩbus erraret, ita qui in fine sibi constituendo errat, in reliqs omnib. errabit.
Lu. 11. Et hic uerũ illud habet. [Si oculus tuus fuerit nequam, totũ corpus tuum tenebrosum erit.] Primum ergo, quod literis vacãs tibi præscribere debes illud est, vt Deum, ac Dei gloriam quæras, vt Deum agnoscas, & illi melius seruias, vt reipublicæ vtilis sis, vt multos filios Deo adducas. De qua re multas Bern. serm. 36. in Cantica vbi sic ait. Sunt, namq; q eo fine scire uolunt, eo fine tantũ, vt sciant & turpis curiositas est. Et sicut qui scire volũt, ut sciant ipsi, & turpis vanitas est. Qui profecto non euadent sub sanante Satyricum, & ei qui hmõi est, decãtãte: scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat
B alter. Et sunt itẽ, qui scire uolunt, ut sciẽtiam suã aliis vendant, verbi cã, pro pecunia, pro honoribus, & turpis quæstus est. Sed sũt quoq;, qui scire uolũt ut ędificent, & charitas est. Et item qui scire uolunt, ut ædificent, & prudẽtia est. Horum oĩum soli ultimi duo nõ inueniuntur in abusione scientię, quippe qui uolunt intelligere, ut benefaciant. Deniq; intellectus bonus oĩbus facientibus eũ.
Psl. 110 Reliqui oẽs audiant illud Iacob. (Scienti bonum, & non facienti, pc̃tm̃ est ei.) Ac
Iaco. 4 si per similitudinẽ dicat, iumenti cibũ,
Simile & non digerenti, perniciosum est ei. Cibus siquidem indigestus, & qui bonam nõ hẽt decoctionem, malos generat humores, & corrũpit corpus, & nõ nutrit.
C Ita, & multa scientia ingesta stomacho aiæ, q̃ est memoria, si decocta igne charitatis non fuerit, & sic per quosdã arcus aiæ mores. s. atque actus transfusa atq; digesta, quatenus ipsa de bonis, quæ nouerit uita attestãte, & moribus bona efficiat, nonne illa scientia reputabitur in peccatum, tanq̃ cibus conuersus in prauos noxiosq; humores? An non malus humor peccatũ? An non mali humores praui mores? An non inflationes labes in cõsciẽtia sustinebit, qui ei usmodi est, sciens bonũ, & nõ faciẽs? An non respõsum mortis, & damnationes toties in se metipso habebit, quoties in mẽtem uenerit sermo quẽ dixit Deus: [Quia seruus sciens uoluntatẽ domini sui, & non faciens digna, plagis uapulabit multis?] Et uide ne in persona talis aiæ propheta plangeret, dicẽs. (Vẽtrẽ meũ doleo, uentrũ meũ doleo.) In sua psona potuit hæc dicere propheta, qa scientia plenus, & æstuas charitate, & oĩno effundere cupiens, nõ inueniret, qui curaret, audire, & sic quasi oneri sua sibi scientia erat, quã communicare non poterat. In persona uero eorum, qui sciunt, & nõ faciunt, ẽt ait. (Ventrũ meũ doleo, plãgẽs, & eos qui scire contemnũt, qño sit uiuẽdum, & eos, q recta scientes malè uiuũt, & ideo bis repetit. (Vẽtrem meũ doleo.)
Hie. 4. A
Primum ergo is, qui literis uacat, recta intentione in Deum tendat, ut scire uelit eo fine, ut sibi, ac alijs prosit ad ædificationem. Quo fine sibi præscripto id assequetur, ut magna mercede dignus sit, audiatq; (Est merces opi tuo.) Et huius ratio est, quia finis, quem intẽdis, herus est, ac dñs cui inseruis, & iõ si Deum intendis in literarum studio, ab eo mercedem accipies laboris. Si uero intendis honores, munera, diuitias, non poteris à Deo mercedẽ petere. Si in uinea tua laborasti, num uenies ad me, ut mercedẽ exigas laboris? Si uacasti literis, ut diues esset, ut dignitates consequereris, nec Deum respexisti, quomodo à Deo mercedem laboris petes? Aliter literis uacare fidelis dẽt, aliter infidelis, sed hic temporalia intendit, ille ergo æterna attendit. Si aliud non intendis, quam temporale lucrũ Ethnici, & Publicani hoc faciunt. Attẽde ergo illud Pauli consiliũ. Siue manducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Si. n. id pręstiteris, uniuersa tua aurea tua erũt, & licet terra sint, in aurum mutabis. An nõ pretiosissimus capillus ille esset, qui contactu suo omnia metalla in aurum commutaret, An non huiusmodi capillo utereris, ut diues esses auro?
B Ier. 31.
C 1. Co. 10
Hoc certe pręstat hoĩ finis, quem in operibus suis intẽdit, qui si Deus sit, uniuersa hominis opera aurea, ac diuina reddit licet infima illa sint. Quid obsecro, natura sua minus quam manducare, & bibere? at si in gloriam Dei id fiat, æterna
Simile

na

A rem eius ducat, & filios generet fratri de functo, qui illius nomē accipiāt, nō vero eius, q eos genuerit, & vniuersa bona de functi simul capiat, quib. filios susceptos a lere possit, quæq. iter eos diuidet. Hinc sępe fit, ut in scriptura sæpe filius quis di catur, non eius à quo genitus est, sed fratres eius, q sine liberis decessit. Christus
Ioa. 1. sane Ecclesiæ sponsus fuit, nam qui hēt sponsam, spōsus est, vt Ioānes ait. Decessit vero sine liberis, quia paucis fidelibus cōuersis ad se uitam finiuit. Apostoli uero, & eorū successores fratres ipsius erā, ad quos proinde pertinebat, semē fratri suscitare. Vnde cum regenerationis tem
Ioa. 20 pus aduenisset, ad eos nuntium mittit di
B cēs. Vade ad fratres meos, & dic eis, ascē do ad patrē meū, et patrē uestrum. Quid putas voluisse significare, cū diceret eos fratres? Certe hoc nomine eos admonet officij sui, quasi dicat, dic eis, ut meminerint, q fratres mei sunt, quod munus fratrum expleant, ego. n. sine liberis decedo ad eos uero pertinet, ut mihi suscitent semen, vt sponsi Ecclesię sint, & generatio
C nē timentiū Deum, sobolem iustam producant, quę nomē suscipiat meum, & ve eis, si non euangelizauerint, discalciabū tur. n. & expuetur in eorum faciem, quia
1.Co.4 semen fratri nō suscitāt. Vis uidere optimum fratrem? Audi dicente, in Christo Iesu per Euangelium ego vos genus. Id est. genui ego uos, nō mihi, sed Xpo. Vñ Christum, non Paulini, aut Petrini dicti sunt, sed Christiani, quia licet eos genuerit Petrus, aut Paulus, sed non sibi, sed
1.Co.1 Xpo. Vñ carpit Paul. eos q dicebāt. Ego sum Pauli, ego uero Apollo, nunqd Paulus ꝓ uobis crucifixus est? nūquid in nomine Pauli baptizati estis? Non ergo ab Apostolis nomen mutuant fideles, sed Xpo, quia ipsi geniti sūt. Oportuit uero, ut bona Xpi his fratrib. cōcederent, quibus ipsi alere filios possent, & quę illis tā ꝙ filijs Christi destribuerent. Et iō Apostolis, ac eorū successorib. præcipue uero Christi vicario Christi thesaurus concessus est, quē in filios Christi diuidere pōt indulgētijs concessis. Hoc autem ptinet ac necessarium est ad clauium potestatē, quæ in Ecclesia est, ut docet Concilium

Lateranense aduersus hæreticos negātes A potestatē cōcedendi indulgentias. Et rō manifesta est, qm̄ clauis est potestas aufe rendi impedimentū ingressus in cœlum duplex autem hoi impedimentū est, cul pa, & pęna, et iō ut perfecta sit clauis, potestatem habere dēt remittendi culpam, & pænā tēporalem, quia donec remittatur, nulli patet in cęlū accessus. Qui ergo negat Ecclesiæ potestatē remittendi pœnā, imperfectā dicit Petri clauē, & imperfectū eius artificē Christū Iesum, quod blasphemum est. Cum ergo perfecta sit clauis, cōcedere pōt plenariam indulgentiā, & oēm tollere pænam. Hoc uero B maximum. Ecclesię cōcessum beneficiū fuit, ac suauissimum, id. n. est indulgētia. Et in hoc differt indulgentia à pniæ, licet. n. in pœnitentiæ sacramento misericors iudiciū exerceatur, tū iudiciū est, in quo iustitia exercet, est. n. ibi iudex, reus, accusator, discussio causæ, cōfessio rei satisfactioq;. Sed cum indulgentia conceditur, iudiciū non exercetur, sed misericordia benigna exhibet, qua liberaliter remittitur debitum, ac illius donatio fit. Et han diuersitatem Paul. ostendit, qui pænitētiam iudicium dicit, indulgentiā uero donationē appellat. Et ideo ad Co- C rint. ait. Si nosmetipsos iudicaremus, nō 1.Co.11 vtiq; iudicaremus. Præmiserat probet aūt se ipsum homo. Quib. verbis pæni tētiam ante Eucharistiā præmittendā, cū peccatū fuerit, ostēdit, illam autem iudicium appellat. Cum uero de indulgentijs meminit, donationem dicit, vñ ait. Cui aliquid donastis, & ego nā, & ego ꝗ 2.Co.2 donaui in persona Xpi propter uos. Loquitur ibi Paulus de peccatore, q publicū, incestum admiserat, quem excomunicauerat, & ille pænituerat, & cum iniūctā pęnitentiam agere cæpisset, Paulus ei cōcedit in Christi nomine indulgentiam, donans ei reliquam pęnam. Ita explicant scholastici Doctores hæc Pauli uerba, ex quibus tāquam fundamento colligunt potestatem cōcedendi indulgētias. Et patres antiqui eodem modo illa uerba accipiūt, ut Theophylactus, Theodo- Theo. re. & Eucumenius. A tpe ergo Apostolo- Theo. rū indulgentię in Ecclesia concedebant, Eucu.

Sed

A Sed licet hoc uerum sit aliquibus vt nimias nunc indulgentias concedi, olim .n. magnū uidebatur, si pauci dies concederent indulgentię, nūc uero passim iubilæi, & indulgentię, plenariæ cōceduntur. Huius tñ rei cā, ac rō est, n: c. n. sine illa id fieret, quam reddunt Thomas, Alexander, & Bonauentura in 4. dist. 20. Initio Ecclesiæ pauca in fidelibus peccata erāt. Adeoq; horrebant fideles, peccatum, ut quasi monstrum aspicerēt peccatorem. Horribile profectò peccatum est. Si horrendū est, incidere in manus Dei, an nō horrendum, qđ homo inimicus sit Dei, quod eum conculcet, & iterum crucifigat? Vnde Hier. [Qui audiuit, talia horribilia, quę fecit nimis uirgo Israel.] Hinc initio Ecclesiæ factū est, ut grauissima iniungeretur pnīa peccatoribus, septem .n. anni pnīæ pro uno mortali peccato imponebantur. De quibus multa

D. Th. Alex. Bona.

Hie. 18

B uidere poteris in decreto dist. 33. q. 2. Et in constitutionibus Apostolicis. Hinc fiebat, ut peccata rara essent, & pnīa pro illis grauissima, atq; adeo non erat opus multis indulgentijs. Nunc uero aliter se res habet peccata. n. facile perpetrantur nec horrorem ingenerant, quia multa. Sicut non horret Magus dæmones, & eorum consortium, quia sępius eos videt. Et hinc fit, ut culpa facilis res appareat, nec multa fiat eius causa pœnitentia, sed leui suscepta pæna, satis se fecisse hō putet. Et iō uel incuria sacerdotum,

C vel propter minorem pœnitentis dispositionem, leuissimæ pœnitentiæ iniunguntur. Cum ergo plura sint peccata, & minus ei satisfiat pęnitentię labotibus, plures oportuit esse indulgentias, quæ beneficia sunt infirmorū. In primitiua Ecclesia cū pauci essent infirma ualetudine, minus oportuit esse de indulgētia.

imile Qñ populus diuitijs abūdat, opus nō est aperiri ærariū publicum, qñ frumentū est plurimum, necessarium non est, ut ex cōi horreo ac publico frumēta extrahant, cum uero necessitas, aut fames populū uexat, tunc oportet ad cōia, ac publica illa beneficia recurrere. Ita cum in Ecclesia primitiua redundaret fideliū satisfactio, necesse nō fuit, ex Ecclesiæ, thesauris tantas indulgētias totq. concedi, A nunc āt, cū in maximā deuenerimus miseriā, ac paupртatē, opus est, Ecclesię thesauros effundi, vt pctōrū immēsa debita psoluant, q̄ soluta oīno nō sunt lachrymis, ac castigatione corporis. Si .n. expectaretur homo, ut sua satisfactione sola debita euacuaret, qñ obsecro ille persolueret, qui innumera pctā cōmisit? Si .n. Ecclesiæ iudicio condigna pnīa unius mortalis pcti erat septenniū, qñ is soluere posset, qui mille pctā admisit? Et hinc intelliges, cur millia annorum indulgētiæ concedant, sensus .n. illius indulgentiæ est, ꝙ conceditur tibi indulgētia peccatorū, q̄ si condigna pnīa essent persoluenda, mille, & mille millib. annis pęnitēdū tibi esset. Cū .n. septēniū pnīa uni peccati sit, qui millia peccata commisit, septem millib. annis pænitere deberet. B

Ex his, q̄ dicta sunt, duo facile colligūtur, primum, q̄ta sit pcti malitia, ꝙ tanta dignum est pæna, ēt post infinitam Xpi satisfactionē, ut nobis applicetur postulat tantā satisfactionem. Scdm, quanta fit in nos diuina mīa, cum adeo facile tātā remittat pęnā. [Xps dilexit Ecclesiā & tradidit semetipsum pro ea, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentē maculā aut rugā, aut aliquid eiusmodi.] Lauacrum hoc baptismus est, sed qa hic iterari non pōt, ut iterum, ac iterum mundet ab inqnamētis, prouidit pnīa sacrā. Sed qa illud sæpe relīqt maculā, aut rugā pęnę, prouidit tertio lauacro, indulgentias plenissimas, quib. cōsequutis aīa relinquit sine macula, aut ruga, qua si cū e fronte baptismi processit. At q. adeo iubileū dicere possumus, tertiū baptismū. Nec vero mirādum, si indulgētiā plenariā dicamus baptismū; qñ sancti baptismum dnt indulgētiā plenariā. Ita uocat Hie. epi. 83. & Aug. lib. 1. contra epistolas Pelagianorū. Et in lib. 1. contra Julianum refert, ac laudat dictū Reticij Epi Augustudunensis. qui dixit, constat baptismum ēē principalē in Ecclesia indulgentiam. Sicut ergo baptismus dr indulgentia plenissima, quia in eo oīs culpa, & pęna delet, ita iubilæum dicere possu-

Eph. 5. C

Hiere.

A mus baptismũ, cũ in eo simile quid fiat.

Hæc tria baptismata in figura expressa fuerunt in lege ueteri. In qua tria fuisse auacra constat, ac tria aquæ receptacula. Primum extra templũ, quod erat probatica illa piscina, de qua Ioãnes meminit. Et Amb. & Theoph. vim accepisse ad sananda corpora, quia in ea sacrificandæ carnes lauabantur, & quia figura erat baptismi, in quo aïæ abluuntur. Baptismus ergo piscina est, in qua cũs sanatur infirmitas, quia aqua illa intincta est sanguine Christi agni. Hęc ãt iuxta, sed extra tẽplum merito est, quia baptismo ?ytuntur, qui extra Ecclesiam sunt, iũxta vero est, quia in ianua, ac ingressu est. Secundum temp'i lauacrum fuit mare æneum, quod intra templũ erat, eratq; vas quoddã maximum, quod capiebat duo millia bathos, vt dr 3. Reg. 7. De quo Iosephus lib. 8. Antiquit. c. 2. ait, fecitetiam vas ęneum fusile semiorbis specie, q̃ pp capacitatem appellatum est mare, nam congregationes aquarum magnas uocare solent Hebræi maria, ex Genesi 1. Stabat uero hoc mare super duodecim boues. Et factum est mare hoc ex ęre, quod rex Dauid sustulit ex ciuitatib. Syrorũ, & aliarum gentiũ, ut dr in 2. Reg. Ex ciuitatibus. n. expugnatis plurimum æris accepit Dauid, tum ex idolis, & alijs templorum vasis, tum alijs de. Testatur vero Iosephus lib. 7. Antiquitatũ c 6. hoc ęris genus, ex quo mare illud factũ est, auro pretiosius habitũ esse. Hoc certè mare, q̃ intra templum est, pñiam significat, in qua innumera peccata lauant. Eius vero materia ex idolis, ex gentiũ vasis est, quia peccata cõfessa illius sunt materia, itaq; ipsummet peccatum, qd tibi idolũ fuit, in cõfessione manifestatũ, materia est sacraméti. Ex ære mare, istud est, æs. n. clarum sonum reddit, & pnĩa non solũ in corde latere dẽt, sed per gemitus, confessionẽ, & corporis macerationem foras erumpere dẽt, & suo sono prodere, dum uia pctã sacerdoti prodit homo. Fusile est, quia uasa fusilia prius liquefiũt, & in vas fusa eius formam capiũt. Ita cor durũ, Dei amore, & pctõrum dolore liquefieri debet, atq; ita paratum statim diuinæ naturæ per gratiã particeps, & consors fit, quæ tanta erit, quanta fuerit cordis compunctio. Rotundum erãt, ut omnes undiq; ad illud accederent, quia nullus est hominũ, cui in hac uita remediũ pnię paratum non sit. Resticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitũ, quia frustra abluitur homo pænitentia, nisi gratiam, qua sacramento accepit, studio bonorum operum, quasi quodã fune restringat, nec defluat. Per resticulã enim ut Beda ait lib. de Templo. c. 19. disciplina præceptorum cœlestium, quã à nostris uoluptatibus religamur, potest apte signari. De hac re multa alia uidere poteris in Patre Ribera, qui accuratissime hæc disseruit, sicut & alia omnia, in libro secundo de Templo, cap. 17.

Tertiũ templi lauacrũ, erat de quo dr in Exo. [Fecitq; labrum ęneum, cum basi suo de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi.] In hoc demũ abluebãtur sacerdotes à minoribus maculis. Glossa interlinealis ait, per mulieres illas significari animas sanctas, specula uero earum Domino oblata significãt earum superabundantem satisfactionem ex qua thesaurus Ecclesię cõficitur quo abluuntur fideles à maculis pœnarum concessis indulgentijs.

Ex quibus multorum hominum dãnatur peruersitas, quib. tantis laboribus parauit Deus lauacra ista, ipsi uero incuria sua eis nõ utuntur. De quibus dominus p Ezechielem ait. Multo labore sudatum est, et nõ exiuit de anima rubigo eius, neque per ignem immunditia tua execrabilis, quia mũdare te nolui, & nõ es mundata à sordibus tuis. Recte ait, multo labore sudatum est, quoniam ut ista facilia lauacra nobis cõficerẽtur, innumeros dolores Christus passus, est & in Ecclesię thesaurum conficiendũ non solum Christus laborauit, sed & uniuersi martyres, confessores, virgines, conflatus est. n. ex superabundanti eorũ satisfactione, q̃ multis uigilijs, ieiunijs, castigationibus, ac doloribus confecta fuit. Quis ergo alienis laboribus uti nõ uult? quis alienis pecunijs soluere debita sua recusat? Vidisti hominem debitis onerarum,

A rum, ad quem diues accedat, ac dicat, veni in domum meã, & ex thesauris meis accipe, vnde soluas quidquid debes. Nũquid recusabit hoc vir pauper? num hãc largitatem non suscipiet? Audi ò homo quid tibi nunc dicatur, debitores, soluere teneris, & soluendo non es, accipe ex sanctorum satisfactionib. unde soluas: tu ieiunare tenebaris, te verberare, & similia præstare, nec præstas: ecce sãcti id fecere abundantius, quam indiguerint, tu suscipe eorum reliquas, eorum ieiunia, vigilias, atque dolores. Num id recusabis, ut patrum laboris tibi iniuncti nõ præstes? num debilis oneratus eris, ne in domum diuitis uenias, vt pecunias eius sudore partas tibi, accipias? Sed quis labor tibi iniungitur, vt tantum bonũ cõ-
B sequaris? Audi, quã sit minimus, vt duos argenteos des, vt tot bona consequaris, numquid id magnum tibi videtur? Vt ludo expunas, an non in dies plures argenteos perdis? Cur in salutem animæ tuæ minimum non præstabis? Audi in Iubilæi cõsequutionem quam parum exigatur, ut confitearis, vt orationem fundas vt eleemosynas paruas præstes. Confer hæc cum peccatis tuis, cũ pęnis a te commeritis, & quasi arena maris illa grauiora apparebunt. Quis vnquam hõ debẽs decẽ millia talenta, si ab eo unum exigatur, ac alia remittantur, non illud libẽti animo præstet? Debes ò homo Deo tuo innumera debita, innumeros pęnitentię annos, & minimum quid nũc a te exigi
C tur, ut oĩa dimittãtur, & illud nõ reder?

Hoc omnibus fit impertum, ad Dei iustitiam infinitam pertinere, vt nullu peccatum sit impunitum. Si in hac uita punieris peccata tua, in alia nõ punieris si te nunc iudicas, postea nõ iudicaberis,
Naũ 1 qa vt ait Nahũ. [Non consurget duplex tribulatio.] Si ergo pnia te ipsum iudicaueris, in inferno non punieris. Deinde si relictam à pnĩa pœnam hic ea solueris, in purgatorio non persolues: quanta vero sit diuersitas, inter afflictiones huius vitæ, & purgatorij, diximus in tertio tomo nostrarum Concionum, in Cõmemoratione fideliũ defunctorũ. Sed nũc aliud maius adijcimus, quia licet solutio huius vitę facilis, ac exigua sit, si cũ A solutione purgatorij cõferatur sed solutio quę per indulgentiã fit, multo est minor, ac facilior, qa cum mille deberet, unum à te exigit. Si ergo ẽt mille nunc tibi soluẽdũ esset, quanto magis unum? Qui ergo hanc negligit solutionem, oĩno ĩ ultus est. Magnifacere ergo oportet bullas Iubilæos, Indulgentias, quia eis concessis melliflui cœli redduntur, & thesauri Xpi aperiuntur, vt diuites simus. Infinitis redimendis mundis sit est in Christi passione sanctorum etiam passiones ex cessere peccata eorũ, vnde Iob ait. [Vtinam appenderentur peccata mea, quib. Iob 3.
iram merui, & calamitas quam patior, in statera, quasi arena maris hęc grauior appareret.] Quod vero sancti uoluerint illa nobis applicari, patet ex illo Pauli: [Nunc. n. gaudeo in passionibus meis C
pro vobis, si adimpleo ea, quæ desũt passioni Christi in carne mea pro corpore eius, q̃ est ecclesia. Quod vero dispensatio huius thesauri in ecclesia sit, ostendit Col 2.
Paulus dicens. [Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores 2.Co.4
mysteriorum Dei.] Et iterum. [Dispensatio mihi credita est.] Hac ergo vtamur dispẽsatione, hac gr̃a, ac misericordia, vt a peccato omnino liberi, eius maculam, ac rugam, vulnus, & cicatri- 1.Cor.
cem, signumque exuamus, &c. 10.

CONCIO.

Cum aliquis ob graue crimen capite plectitur à publica potestate. C

THEMA.

Stipendia enim peccati mors. Rom. 6.

SVadens Paulus, vt serui Dei simus, & peccati seruitiem detestemur, pluribus in hãc rationem propositis demum ait. [Stipendia peccati mors, gr̃a vero Dei uita ęterna. Quasi dicat, illud homo attendere maxime solet in domino, cui se seruum præstat, quod nam stipẽdium ministris præbeat infimi. n. homines si

A est hominib. semel mori.) Ab hac lege nullus exceptus fuit, nec Christus, nec Maria. Quid ergo mundus hic est? Plane similis est carceri, in quo plures malefactores detinentur, & oēs ad morte dānati capite plectendi sunt, sed hodie decem interficiūtur, cras viginti, tertia die duodecim, quia lętitia affici pōt hi, qui in carcere manent, licet nunc morte non afficiatur, cum uideant socios criminis capite plecti, simileq. iudicium spectent sibi in crastinum? Oīs hō damnatus ad mortem est, & in custodia huius mundi qui carcer est, oēs tenent, hodie moriuntur centū, cras mille, alteri die quingenti, tu qui hæc vides, quo pacto ridere poteris, cum scias, te sociū criminis ad eandem mortem damnatum esse? Recte loquitur ad nos quilibet ex defunctis, & hic, qui nunc suspensus est (Memor esto iudicij mei, sic enim erit, & tuū mihi hodie tibi cras.) Nolli ergo mortem obliuisci, quæ tibi cito aderit, ad hoc.n. ad hoc venisti spectaculum, ut præconium mortis audites, quæ tibi imminet.n. homo hominem damnat ad mortem, quia deliquit, nunquid Dei iustitia infinita nō te damnabit, cum deliqueris, & criminis lęsæ maiestatis reus fueris? Quemadmodum ergo cum exagitandus taurus in forum procedere debet, uoce pręconis oēs monentur, ut sibi quisque consultat, ita mors huius delinquentis uos admonet morituros, cum & delinquentes simus, caueat ergo quisque & in tuto se collocare studeat, ne ab hoc tauro interficiatur. Locus est homini tutus, in quo seruare possit, de quo Psal. ait. (Altissimū posuisti refugium tuū, non accedet ad te malum.) Et Sap. (Astutus uidēs malum absconditus est, paruuli pertrāseuntes sustinuerunt dispēdia.) Sed quis hic locus altior, in quo lædi a tauro non possimus? Plane uita iusta, ac sancta est, in qua qui stat, a morte lædi nequit, imo uero ex ea maximum emolumentum colligat, quia (prætiosa in cōspectu Dñi mors sanctorum eius,) ut optanda potius quā timenda sit, ac dicendum de ea, (moriatur anima mea morte iustorum, & fiat nouissima mea horū similia.) Quid.n mors iusto est, nisi laborum ac miseriarum finis? Quid uita hęc est, nisi quædam prolixitas mortis, ut Gregorius ait. Si tibi dulcis uita ista est, non eo est, quod dulcis sit, sed quod praue affectus sis, illa enim prolixitas mortis est. Sed tibi accidit qd simile, quod accidere solet homini diu in carcere, aut triremibus versanti, ut dulcis ei uita illa appareat, cum amara sit, ac laboris plena. Iustus ergo in morte finē laborum uidet, (quia amodo iā dicit spiritus, ut requiescāt a laboribus suis.) Initium etiam illi est æternę uitæ, quæ in morte abscondita est, & cum corpus destrui videtur, ac perdi, non perditur, sed seminatur, & in eo initium mirabilis resurrectionis ponitur. Sicut enim præclaram tabulam, aut lintheum pictor ridas, ut imaginem depingat, & ille primum carbone assumpto eam deliniat in tabula, aut lintheo, & perdi quidē ac destrui tabula uidet, sed non ita est, expecta modicum, & colores viui super imponentur super carbonis delineamenta, & imago præclara depingetur, qua tabula mirabilis reddat. Ita omnino oportet, mortale & corruptibile hoc induere incorruptionem, & gloriæ cælestis imaginem accipere, ut sicut portauimus imaginem terreni, portemus & cælestis, quia (reformabit corpus humilitatis nostrę cōfiguratū corpori claritatis suę,) sed huius tātę imaginis initiū delineamenta carbonis sunt quibus tabula corporis perdi uidetur, hæc delineamenta mors ponit, qua corpus destrui ac interimi appareat, sed nō ita est, prima ista rudimēta imaginis sūt expecta modicum, & in die resurrectionis videbis mirabilem in corpore constitutam imaginem, qua mirabilis in sanctis suis Deus appareat. Hæc, quæ diximus, iustis accidunt, qui ad morte damnati a morte se incolumes seruare nōsūt. Sed multo aliter peccatoribus accidit, qui mortem non curant, & eius obliti ab ea se non custodiunt, & sic ab ea intercipiuntur subito, dum nō speratur. Quib. simile accidere solet, quod uiatori inscio, ac nimium delicato, qui uiam agit, & vsque ad diuerticulum multum uiæ peragendum restat, & uia difficilis, ac

Marginalia (left column): Heb. 9 · Simile · Simile · B · C · Ps. 90. · Pro. 17 · Ps. 115 · Nu. 23
Marginalia (right column): A · Grego. · Simile · Ap. 14. · Simile · B · Phil. 3. · C · Simile

A ac mortuosa est, ille uero hæc non atten
dens, dum in uia iuuenit pratum amæ-
nũ, dulces fontes, syluas arboribus orna
tas in his quiescit, delectatur, ac longam
moram facit. Seruus autẽ eius eum sæpe
monet, de lõgitudine, ac difficultate uię,
ne moram longam faciat, sed ipse eũ nõ
audit, nec breuitatẽ diei cõsiderat, cumq;
uiã arripit, nox atra eum circũdat, & per
ardua montis iter faciens, huic cadit illic
misere descerpitur, tuncq; seruus ait, nõ
ne hæc ego tibi prædixerã? Audi persimi
le, quod hominib. accidere solet. Viã agit
hõ dũ uiuit, uita nostra via q̃dã ẽ, de qua
Iob.16 Iob: (Semitam, per q̃ nõ reuertar ambu
lo.) Hoc plane in hac uita timẽdũ est ual
B de, q̃ semitã pcurrimus, p q̃. Semel ince-
dere licet, si.n. posset hõ his uitã hãc am-
bulare, & duplex ei uita cõcederetur, &
in altera alterius errores posset irrigere,
melius se haberet, at nunc vnica uita ei
cõceditur semel ambulare per hanc semi
tã põt, per semitã, per quam non reuerte-
tur, ambulat, iõ cauere maxime oportet.
Sed hanc uiã quidã celeriter agũt, ne eis
lux deest, ad quod nos Christus monet.
Ioã.12 (Ambulate, dũ lucẽ habetis, ne tanebræ
vos cõprehendãt, & ideo mors illis gra-
ta adest quidã uero tempus uitæ ponunt
in hortis, pratis, syluis, & delectationib.
huius sæculis, dicentes. (Nõ sit pratu, q̃
Sap.2. nõ pertrãseat luxuria nostra, coronemus
nos rosis, nõ prętereat nos flos temporis
Hi viam cæli reliquum, & in uia consi-
stũt, quib. multa salutis monita stimulus
C consciẽtiæ præbeat, qui est, seruus admo
nẽs viatorem, ut viã percurrat, ne a tene
bris cõprehendatur. Sed ille fidelem ser-
uum recta consiliantem nõ audit, eiq; ac
Ecc.21 cidit, ut in morte uiã agat tenebrosam,
(via pctõrũ cõplanata lapidib.) nesciunt
vbi corruant, & in fine (illorum infer, &
tenebrę, & pœnæ.) Hinc fit, ut tunc se p̃-
cipites dent, & a conscientia redarguant
dicẽte, nõne ego te admonui, ut recta age
res ut a uia non declinares, nec audisti
me? Sicut viatoris seruus dicere domino
solet noctu uiam agenti p aspera, nõne
ego te admonui, ne in uia moram age-
res? Quoties, obsecro, putas in mentem
uenisse nuit homini suspenso in patibu-
lo, quare detestatus sum disciplinam, & A
increpationib. prædicatorum, ac cõfessa
riorũ non aquilequi, en quo me pertraxe
runt delicta mea, ad mortẽ certe ignomi
nia plenam? Simile uero omni peccatori
accidere Sapiens ait. (Ne pes alienis ho- Pro.5.
norem tuũ, & annos tuos crudeli, ne for
te impleant extranei uirib. tuis, & labo
res tui sint in domo aliena, & gemas in
nouissimis q̃do cõsumpserit carnes tuas
& corpus tuũ, & dicas cur detestatus sũ
disciplinam, & increpationib. nõ acquie
uit cor meũ, nec audiui uocem docentiũ
me, & magistris nõ inclinaui aurẽ meã?
Omne quidẽ lethala crimen dignũ est
morte, & morte ęterna in Dei iudicio,
aliqua certe crimina sunt, quæ mortis
sñia plectuntur a potestate publica, sed nõ B
oĩa. Vnde cum legislator quidã oĩb. cri-
minib. capitalẽ sñiam in legib. a se latis
proposuisset uitio ei datũ est, ac de eo di
ctum, quod sanguine leges scripsisset. Ea
vero, quę tẽpublicã conturbant, grauissi
me ab omnib. legislatorib. punita, sunt.
Et ipse mãsuetus Dauid ait. (In matuti-
no interficiebã oẽs pctõres terra, ut disp
derẽ de ciuitate Domini oẽs opantes ini Ps.110
quitatẽ.) Sed quid significat in matutino
phrasis est scripturę, qua significatur, ma
xima diligentia, & studio mature, uigilã
ter, festinater, anteq̃ inualesceret malitia
& alios inficeret, et ideo mane, i. nulla in
terposita mora. Quib. verbis iudicib. oñ
ditur, qua cura debeant malefactores in
quirere, ac perscrutari, ut in ciuitate dñi, C
quæ sancta esse debet, nihil sit peruersũ.
Sed non vniuersa peccata lex humana
potuit, nec omnino omni pęna adhibita
ea punit, in quę animaduertit. Hoc relin
quitur diuino iudicio, quo vniuersa pec-
cata ad iustum puniẽda sunt, in quo nul
lum est mortale peccatum, quod æterna
pęna non plectatur. Hominum iustitia
tãquam imperfecta multa non punit, at
Dei perfectissima iustitia nihil impuni-
tum relinquit. Et de hac punitione in iu
dicio plene exequenda plures accipiunt 1.Cor.
verba Psalmi: (In matutino interficiebã
oẽs peccatores terræ, &c. Si.n. in perso-
na Christi hic Psalmus exponatur, ipse
est, qui peccatores interficit, dum eos dã-

nat

A nat, & id tempore matutino, i. iudicio, qñ illucescet Dñs, et illuminabit abscõdi ta tenebrarum, ut fiant manifesta con si lia cordium. Túc. n. colliget, & separabit de regno suo omnia scãdala, & proijciet in ignẽ zizania. Huic expositioni fauet multũ, quod habet Chaldaica paraphra sis dicens: Mũdo uenturo, qui assimilat luci matutinæ, perdã oẽs peccatores ter ræ, ut disperdam de Ierusalẽ ciuitate Dei omnes operarius iniquitatis. Ex his pa tet, omne mortale peccatum æterna pœ na dignũ, & ideo mortale dr, quia morte B puniendũ, quia contra Deum est, qui est bonum infinitum. Caue ergo ô homo peccatum, quia sub esca ista latet hamus latet uenenum mortiferum, quod te per det, ac uastabit in æternum. Quis, obse cro, nosset, priusquam fieret, quod nũc ui distis, hominem iustum suspendendum pp furtum, uidereq; eum properantem, ut aliena surriperet, an non ad eum cla maret, ac diceret. Caue miser homo, ubi .n. putas te inuẽturum lucrum, inuenies mortem turpissimam, quod si ille id cre deret, nunquid furtum committeret? ne C quaquam. Si quis adesset Adæ uolẽti po mum manducare, an non diceret, caue miser Adã, sub hoc. n. pomo latet mors tua, & oĩum filiorũ, & innumeræ aliæ mi seriæ. Nunquid si id crederet Adam, po mum comederet? non certẽ. Audi ergo ô homo quid simile, imo multò maius. Cũ manum extẽdis, ut aliena surripias, cum concupiscis alienã mulierem, pomum ac cipis, sub quo latet æterna damnatio, infi nitæ pœnæ, mala innumera, & hoc plane credis, quia fides Catholica hæc est, quo Simile ergo pacto peccatum perpetrabis? Assu mis vas aquæ ut bibas, & dicit tibi qui spiã, ne bibas, quia ueneno infecta aqua est, & moueris, continuo ves proijcis, ne mortem incurras, qño ergo simile nõ fa cies, audiens fidem prædicantem, mors in olla hac est, & mors æterna sub hac esca dulci, sub hoc potu suaui latet? Illud ergo in hoc supplicio nobis proposito ostenditur, quod sicut mors corporis hu ius hominis latebat sub aliena substan tia, ita mors corporis, & animæ latet sub omni læthali peccato, quod ideo fugere debemus tanq̃ a facie colubri. Hinc Sa- A pien. Pestilente flagellato, stultus sapien Pr. 19 tior erit, si aũt corripueris sapientem in telliget sapientiam. Et idem Sapiens ait. Pro. 21 [Mulctato pestilente sapientior erit par uus.] Pestiles dicitur publicus peccator, a quo fugere debemus tanquam ab eo, qui peste est infectus, & huiusmodi sunt, qui publice damnãtur, hoc ergo uiso sup plicio, ét stultus ac paruulus discit sapiẽ tiam, & cauet a malo. Et contendunt pu blica supplicia, ut omnes timeant, ac de clinent a malo, & fiant alieno periculo cauti. Sapiens uero nõ indiget hâc admo nitione, ait. Sapiẽs, satis est, si uerbo eum admoneas. Sicut ergo in interfectione malefactoris discit homo peccati malũ, & ne furca similiter suspẽdatur, caueta B furto. Ita discere debet in æterna damna tione unius peccatoris quantum sit in omni peccato malum licet lateus.

Sed quoniam pestilẽtem flagellatum diximus eum, qui nunc patibulo suspen sus est, id ita accipiendum est, ut pestiles quidem fuerit, dum peccauit, sed nunc ad Deum conuersus, confessionem integrã faciens, mortem acceptans patienter, ac Deo offerens, non iam prodigus, ac dissi pator filius dicendus sit, sed similis iusto latroni, q dixit: Nos digna factis recipi Lu. 23. mus. Et Domine memento mei, qui iam es in regno tuo. Fiducia maxima haben da est de eorum salute, qui a publica po testate puniũtur, licet enim peccauerĩt, multa tamen sunt, quæ Deum eis propi C tium ostendunt. Et primum illud sit, qd nunc in hoc sęculo eos Deus castigat, quod signum est misericordiæ, & quod eis propitius erit in alio sæculo. Licet. n. aliquando reprobi in hoc mundo a Deo puniantur, & nunc initium æternarum pœnarum eis imponat, illud tamen sit, cum cor hominis induratur, cum flagel lis ad Deum non reuertitur, sed in peius proficit, ut Pharao, & ei similes. Quãdo uero flagello inflicto humiliatur homo, ac Deo subijcitur, peccatum suum agno scit, tunc uerum illud habet, non punit Deus bis in idipsum. Et illud Psalmi: Vi Psa. 88 sitabo in virga iniquitates eorum, & in verberib. peccata eorum misericordiam

A autem meam non dispergam ab eo neq; nocebo in ueritate mea. Ingenium hoc
Nahũ 1 Dei explicat Nahum, cum ait Non consurget duplex tribulatio. Quo loco Caldæus ait. Non cõsurget domui Israel his angustia. Septuaginta uero legunt, non uindicabit bis in idipsum, in tribulatione. Cum ergo homo iste hic pœnituerit, & à Deo punitus sit, fidedum nobis est, non in alio sęculo in ęternum puniendum. Huius etiam rei coniectura non leuis est, quod nouerit se moriturum cum pleno iudicio potiretur. Aliter omnino homo disponere sua solet, dum de morte nihil cogitat, aliter vero cum se morti
Eccl.7. proximum cernit. Si enim Sap. ait. Memorare nouissima tua, & in æternũ non
De.32. peccabis, & Moyses. Vtinã saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderẽt, ꝙ obsecro non faciet, qui non solum cogi-
B tat se moriturum? non tantum nouissima ꝓuidet, sed & certo nouit, statim se ex hac uita migraturum, et mortem præsentem quasi oculi cernit? Plane res ista hominem commutat, & alterum redit. Hinc fit ut peruerse cum infirmis agat, cum eis proxima mors non prædicitur, nec amici, sed inimici opus est, illam celare. Dic amico tuo manifeste mortem imminere, ut animę suę consulat, multo enim melius consulet, nouerit se e uita migraturum sed hæc vnum ægrotantibus accidere solet, ut infirmitate grauati, & quasi a mente alienati, plene non percipiant mortem, nec ita commouentur ea audita, quia infirmitas eos grauat;
C & quasi alienatos a se tenet. Cum uero damnatur ad mortem homo à iudice, plena ratione ac integra cum sit, plene percipit, quid mors sit, quam propinquum iudicium, & aliud sęculum, atque adeo melius sua curare ualet. Et sicut rectius percipit nouissima quã ægrotus, ita uiribus præstãs melius exequitur ea, quæ ad salutem ipsi necessaria sunt. Et
Psa.38 iõ orabat Psaltes: Loquutus sum in lingua mea, notũ fac mihi Domine finem meũ, & numerum dierum meorum qs est, ut sciam, quid desit mihi. Ait Dauid, Loquutus sum in lingua mea, i. non solum mẽte optaui, ac oraui, sed & lingua, vel tacite meum loquutus sum, dic mihi ò Domine, quãdo ex hac uita discedam, vt sciã, quid super sit de uita mea, Chaldæus, ait, ut sciam, quando deficiam à sæculo. Ne scimus, quando nobis migrandum ab hac uita, & occultum hoc nobis esse voluit Dominus, ut semper vigilemus, sed media nocte clamor factus est,
ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Media nocte clamor fit, cum tempus est mi- Ma.25
nus hõ attendere potest negotijs, cũ obscuratum lumen rationis est, id ægrotantibus accidere solet, & ideo optimũ omni homini consilium est, longe ante sua agere, & ideo sancti de illius tps conuersione non adeo securi sunt. At uero homini cordato, valenti viribus, ac indicio B
clamor fit media die, cum se suaque attẽdere potest, & ideo cũ eo rectius agitur.

Ex hoc autem spectaculo nobis colligẽdum est, omnino à peccato abstinere. Abstine ò homo ab eo peccato, propter quod homo iste in mortem traditus, ad monitio tua huius mors est, ne simile quid perpetres, ne simile patiaris supplicium. Abstine deinde ab omni peccato, quia propter illud homo capite mulctatus est, & in ęternum damnabitur. Et ut quod supremum est, adijciamus attende non solum hominem istum pro peccato
suspensum, non solum Adamum pro uetito pomo subrepto mortuum, sed & C
Christum Dominum, quia ipsius fideiussor fuit, in cruce suspensum. Si rex ita
fures omnes auersaretur, ut ministrum Simile
præcipuum filij sui suspendi pręciperet, quia pomum unicum ex eius horto surripuit, mirum in furta odium ostenderet, sed si eo res procederet, ut intercedente ꝓ ministro suo filio regis, ut ille liber esset, princeps pomi surrepti causa suspenderetur, immẽsum regis odium in latrones ostenderetur, quia obsecro, in eius regno furari auderet? Nonne uides ò homo infinitum Dei in peccatum odium? Surripuit pomum Adã, & ut ille liber sit ab æterna morte, Christus ꝓ eo intercedens cruci affigitur? Immensa charitas. Vt seruũ redimeres, filiũ tradidisti. Immensa peccato detestatio, cum ut ei fiat
satis Christus occidiť. Hæc scribo nobis 1.Iac.5
fra-

A fratres,ut non peccetis,)ait Ioann. Sed quæ sunt hæc? Inter alia dixerat Christi sanguine deleri peccata. Hoc tibi dico, ut non pecces,ꝙ Christi sanguis necessarius fuit ad peccati deletionem.(Quia dilexit nos,& lauit nos à peccatis nostri in sanguine suo.)Quis ergo peccare audeat? Si Christus innocens,quia fideiussor pro peccato in mortem traditus est, quid de uero fiet peccatore,qui non alienis,sed proprijs peccatis oneratus est. Si in viridi ligno hæc fiunt, in arido quid fiet? Si innocens morti traditur,quid patietur nocens,& deperditus homo? Quasi ergo à facie colubri fuge peccatum,ut viuere possis,&c.

Apo. 1.

Luc. 23

Ecc. 21

CONCIO.

B Habita ad Scholasticos in initio studiorum,de ratione ac ordine studendi.

THEMA.

Fili concupiscens sapientiam, conserua iustitiam, & Deus præbebit illam tibi, &c. Eccl. 1. c.

Sicut logica scientia dicit̃ modus sciendi,quia ordinẽ tradit,quo reliquæ scientiæ acquirantur,& ita inquiri illã primum oportet, sine qua uia ad scientias non est. Ita est modus alter rectè ac utiliter sciendi,ac addiscendi literas,qui omni fidei pernecessarius est. De quo Sapiens ait. Fili concupiscens sapientiam, conserua iustitiam, &c. iustitia ergo ac uirtus via est ad sapientiam acquirendã ideo illa primum conseruanda est. C

Tãta plane res est iustitia,ut excedat longe omnem scientiam,& ideo sciẽtiæ præferenda est. Sine scientia enim multi salui fiunt,sine iustitia uero nullus. Plures enumerat Paulus saluos factos, non in scientia literarum, sed in conscientia pura,& fide non ficta. Apostoli idiotę erant,ac homines sine literis,nec de schola Rethorum,aut philosophorũ assumpti,& ideo non in sublimitate sermonis aut in doctis humanę sapientię verbis, sed in stultitia prędicationis saluos fecerunt credentes. Qua ratione patet,primum omnium quęrendam esse iustitiã, & eam reliquis pręferendam,etiam sciẽtię. Hinc orat Psalt. Bonitatem & disciplinam,& scientiam doce me,priori loco bonitatem postulat, posteriori vero scientiam,quia illa pręferenda,hęc post habenda est. Sola uirtus est,quæ bonum simpliciter facit habentem, quę hominem diuinum reddit,& quę dignum efficit ęterna uita,& in fœlicitatem ducit ęternam. Et ideo sicut de reliquis bonis Christus pronunciat: Quid prodest homini,si vniuersum mundum lucretur, animę uero suę detrimentum patiatur, ita de nobilitate, dignitate, ac scientia dicere possumus,quid prodest homini,si Rex,aut Imperator sit,si nobilis,si vniuersa nouerit,quę in cœlis,& terra sunt si seipsum ignoret, & Deum, si uirtute non ornetur? Rectè Sap. ait. Si quis fuerit consummatus inter filios hominum & ab eo ab fuerit sapientia tua, in nihilum computabitur. Quo loco nomine Sapientię diuina intelligitur, sine qua homo nihil est,licet omnibus donis naturalibus ornetur.

Hæ. 11.

A

Ps. 118

Ma. 16

B

Sap. 9.

Sed & hoc eximium uirtutis encomium est, quod non solum in se maxima est, sed & alia bona secum adducit ad eius domum, in quã illa diuertit, ac in qua habitat. Et ideo de ea Salomon ait. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa,& innumerabilis honestas per manus illius. Quia cum per uirtutem homo Deum possideat,& in studiosi domo ille commoretur, omnia bona secũ adducit. Dixit Poeta:

C

Sap. 7.

Et genus & formã regna pecunia do nat. Sed non ita res hẽt, rectius diceret, regina uirtus omnia donat. Sicut uero alia tribuit,ita & scientiam,& ideo nos Sapiens monet. Fili,concupiscens sapiẽtiã, conserua iustitiam, & Deus ꝑbebit illam tibi. Sicut alibi ait, quærite primũ regnũ Dei,& iustitiam eius, & hæc oĩa adijcientur uobis,ita nunc ait. Cõserua iustitiam,& Deus dabit tibi scientiã. Et huius rei plurima exempla in sanctis vidimus, quib.conseruantibus iustitiam mul-

Mat. 6.

A multa scientia concessa est. Sicut.n.cum habes ministros duos, videlq. alterum
Simile diuitias tuas perdere, maleque insumere in his, quæ ipsi placent, alterum vero fidelem nosti, qui substantia tua recte utitur, & in his dumtaxat illam insumit, in quibus tu præcipis, huic diuitias oes cómittis, & ab altero aufers. Ita; cum Deus
Sap.1. studiosum hoiem videt, & qui recte vtitᶜ scientia, ac alijs donis, largitet ea Deus concedit, dicens: (Euge serue, bone, & fidelis, q̃a super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Et sic habenti dabitur, & abundabit, ei autem, qui nó habet, & quod habet, auferet ab eo.) Peccator scientia vtitur in vanitatem, & scien
B tia inflatur, iustus vero in sui, & aliorũ profectum, ideo ille infidelis seruus est, à quo talentum iustè tollitur, hic autem fidelis cui iure plurima committuntur. Deus præbebit illam tibi.

Multa alia in uirtute sunt, quibus studiosus homo iuuatur, ut scientiam acquirat, inter quæ illud unum est, quod habitib. infusis disponitur intellectus, & luce diuina perfusus etiam ad naturalia in uestigãda fit aptior. Et deinde studiosus multa impedimenta tollit, quæ ad scientiam acquirendam obstaculo sunt, ut ludos, vanas confabulationes, temporis iacturam, ebrietates, ac cómessationes, & alia vitia, quibus tẽs vanè cósumitur, et homo ineptus redditur sciæ, (quia inmã
Ma.15 leuolam animam non introibit sapien-
C tia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Vñ D.Tho.2.2.q.166.ar.2.ad ter-
D.Th. tium ait Philosophus dicit in 2. Ethico-
Arist. rũ, ad hoc quod hõ fiat virtuosus, oportet, quod seruet se ab his, ad quę maxime inclinat natura. Et inde est, quod pia natura præcipue inclinat ad timendũ mortis pericula, & ad sectãdum delectabilia carnis, ideo laus virtutis fortitudinis pręcipue consistit in quadam firmitate persistendi cótra hmõi pericula, & laus virtutis temperantię in quadam refręnatione à delectabilibus carnis. Sed quãtum ad cognitionem est in hoĩe contraria inclinatio, quia ex parte aĩæ inclinatur hõ ad hoc quod cognitionem rerum desideret. & sic oportet, ut homo laudabiliter huiusmodi appetitum refrænet, ne immoderatè rerum cognitioni intẽdat. Ex A
parte verò naturę corporalis homo inclinatur ad hoc ut laborem inquirendi scientiam uitet. Quãtum ergo ad primũ virtus studiositatis in refrænatione consistit ne homo vana, ac curiosa sectetur, & sic est pars temperantiæ. Sed quãtum ad secundum laus studiositatis consistit in quadã vehementia intentionis ad sciẽtiam rerum percipiẽdam, & inde nominatur studiositas, quia magno studio incumbit literis, remouendo vniuersa impediẽtia literarum assequutionem. Hæc Thomas. Ex quo patet, inter morales virtutes vnam esse studiositatem, quæ pars B
temperantiæ est, ad quam pertinẽt duo, primum appetitum sciendi cohibere, ne hõ curiosus sit, ut impleat illud Pauli. Ro.12.
(Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.) Secũdum vt oĩ cura, ac diligentia adhibita studijs literarum uacet, remoto omni sciendi impedimento. Licet ergo scientia in intellectus sit, quia applicatio intellectus ad studium literarum fit à voluntate, in illa necessaria est virtus studiositas, qua uoluntas recte ordinata applicat intellectũ ad sciẽtias utiles, & cohibet à uanis, & operæ studij intendere facit remouens uniuersa prohibentia. Hinc fit, vt iustus hac virtute ornatus melius, ac utilius sciẽtiæ acquirendæ operam det, quia uirtutem habeat, qua remoueat omnia impedimenta, & intellectum applicet, ut toto conatu scientiæ tendat.

Nũc vero sigillatim explicemus, quæ C
sunt, quę hic studiosus attendere debeat, in sciẽtiarum studio. Inter quæ primum locum obtinet intentio finis, à quo opera uirtutis nomen, ac meritum pcipuæ mutuant. Omne plane agens agit propter finem. Et homo finem agnoscit, à quo mouetur. Refert uero multum, si recto fine ducaris in operib. tuis. Si enim in fine erraueris, illud tibi accidet, quod Arist.
Aristoteles ait, paruus error in principio fit maximus in fine, finis enim principium est, quo moueris ad agendum, & ideo error in fine est error in principio. Sicut uero qui in primis principijs scientiarum

tiarum

A tia rum errorem incurreret, in reliquis oibus erraret, ita qui in fine sibi constituendo errat, in reliqs omnib. errabit.
Lu. 11. Et hic uerũ illud habet. [Si oculus tuus fuerit nequam, totũ corpus tuum tenebrosum erit.] Primum ergo, quod literis vacās tibi præscribere debes illud est, vt Deum, ac Dei gloriam quęras, vt Deum agnoscas, & illi melius seruias, vt reipublicę vtilis sis, vt multos filios Deo adducas. De qua re multas Bern. serm. 36. in Cantica vbi sic ait. Sunt, namq; q eo fine scire uolunt, eo fine tantũ, vt sciant & turpis curiositas est. Et sicut qui scire volũt, ut sciant ipsi, & turpis vanitas est. Qui profecto non euadent sub sanante Satyricum, & ei qui hmõi est, decātātē: scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat
B alter. Et sunt itē, qui scire uolunt, ut sciē tiam suā aliis vendant, verbi cā, pro pecunia, pro honoribus, & turpis quęstus est. Sed sũt quoq;, qui scire uolũt ut ędificent, & charitas est. Et item qui scire uolunt, ut ædificent, & prudētia est. Horum oĩum soli ultimi duo nõ inueniuntur in abusione scientię, quippe qui uolunt intelligere, ut benefaciant. Deniq; intellectus bonus oĩbus facientibus eũ.
Ps. 110 Reliqui oẽs audiant illud Iacob. (Scięti bonum, & non facienti, pctm est ei.) Ac
Iaco. 4 si per similitudinē dicat. iumenti cibũ,
Simile & non digerenti, perniciosum est ei. Cibus siquidem indigestus, & qui bonam nõ hẽt decoctionem, malos generat humores, & corrũpit corpus, & nõ nutrit.
C Ita, & multa scientia ingesta stomacho aiæ, q̃ est memoria, si decocta igne charitatis non fuerit, & sic per quodã arcus aiæ mores. s. atque actus transfusa atq; digesta, quatenus ipsa de bonis, quæ nouerit uita attestāte, & moribus bona efficiat, nonne illa scientia reputabitur in peccatum, tanq̃ cibus conuersus in prauos noxiosq; humores? An non malus humor peccatũ? An non mali humores praui mores? An non inflationes labes in cōsciētia sustinebit, qui eiusmodi est, sciens bonũ, & nõ faciēs? An non respõsum mortis, & damnationes toties in semetipso habebit, quoties in mētem uenerit sermo quē dixit Deus: [Quia seruus sciens uoluntatē domini sui, & non faciens digna, plagis uapulabit multis?] Et uide ne in persona talis aiæ propheta plangeret, dicēs. (Vētrē meũ doleo, uentrũ meũ doleo.) In sua psona potuit hæc dicere propheta, qa scientia plenus, & æstuans charitate, & oĩno effundere cupiens, nõ inueniret, qui curaret, audire, & sic quasi oneri sua sibi scientia erat, quā communicare non poterat. In persona uero eorum, qui sciunt, & nõ faciunt, ēt ait. (Ventrũ meũ doleo, plāgēs, & eos qui scire contemnũt, qũo sit uiuēdum, & eos, q recta scientes malē uiuũt, & ideo bis repetit. (Vētrem meũ doleo.)
A
Hie. 4.

Primum ergo is, qui literis uacat, recta intentione in Deum tendat, ut scire uelit eo fine, ut sibi, ac aliis prosit ad ædificationem. Quo fine sibi præscripto id assequetur, ut magna mercede dignus sit, audiatq; (Est merces opi tuo.) Et huius ratio est, quia finis, quem intēdis, herus est, ac dñs cui inseruis, & iõ si Deum intendis in literarum studio, ab eo mercedem accipies laboris. Si uero intendis honores, munera, diuitias, non poteris à Deo mercedē petere. Si in uinea tua laborasti, num uenies ad me, ut mercedē exigas laboris? Si uacasti literis, ut diues esses, ut dignitates consequereris, nec Deum respexisti, quomodo à Deo mercedem laboris petes? Aliter literis uacare fidelis dēt, aliter infidelis, sed hic temporalia intendit, ille ergo æterna attendit. Si aliud non intendis, quam temporale lucrũ Ethnici, & Publicani hoc faciunt. Attēde ergo illud Pauli consiliũ. Siue manducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Si. n. id pręstiteris, uniuersa tua aurea tua erũt, & licet terra sint, in aurum mutabis. An nõ pretiosissimus capillus ille esset, qui contactu suo omnia metalla in aurum commutaret, An non huiusmodi capillo uterēris, ut diues esses auro?
B
Ier. 31.
C
1. Co. 10

Hoc certe prestat hoi finis, quem in operibus suis intēdit, qui si Deus sit, uniuersa hominis opera aurea, ac diuina reddit licet infima illa sint. Quid obsecro, natura sua minus quam manducare, & bibere? at si in gloriam Dei id fiat, æterna
Simile

A na mercede digna redduntur, & non solum aurea fiũt, & uerum diuina, quorũ precium, ac merces solus Deus est. Mirũ profecto, hac in re hominis unius meritum, & alterius dispẽdium est. Videbis in iudicio scholasticos duos, qui in una domo fuerunt, & forsan in uno cubiculo, eidem sciẽ operam dederunt, easdem lectiones, ac magistros audierũt, eosdẽ in literis labores posuerunt, & eosdẽ fecere profectus, & eadem prẽmia temporalia assequuti fuerunt. Ex his unus assumetur, & alter relinquetur. Vnus præmia magna, & amplissimos gloriæ gradus suscipiet pro laboribus in literis positus, alius uero audiet. Receperũt mercedem suã temporalia, s. quæ intenderunt & nihil præmij accipiet ille in resurrectione iustorum. B Quod si huius discriminis cãm iniquitas, illa est, ꝙ alter Deũ alter terrena intẽdit, ꝙ cũ receperit, recepit in mundo mercedem. Quia.n.à Deo mercedem petes eorum, quæ eius causa non fecisti? Si ergo non uis dicere, in uacuum laboraui uane fortitudinem meã consumpsi si non uis, labores tuos esse sine fructu, & inutilia opera tua hoc primum statue, cum literarum ludũ ingrederis, ut in gratia Dei sis, & literis intendas Deum agnoscere, ei magis inseruire proximis benefacere, & utilis reipublicẽ esse ad Dei gloriam. Nec putes, si id facias, temporalia tibi, non obuentura, imò a rõne, ac uia illa assequeris melius. C Si enim quẽsieris primum regnum Dei & iustitiam eius, hæc omnia adijcientur tibi. (Mat.6) Sic ẽt Salomoni accidit, ꝙ cum iussus esset a Deo postulare, quod vellet, petijt diuinam sapientiam, ad quem Deus dixit, quia nõ postulasti, dies multos nec diuitias, accipies quod postulasti, & quæ non petisti recipies. Id ipsum ei accedit, qui gloriam Dei, ac ẽternam salutem in literarum studio quærit, accipit enim id quod intẽdit, & accipit temporalia, quæ non quæsiuit.

Secunda huius rei ratio est. Intende Deum in literarum studijs, vt peccato, quieto sis corde. Dic cum psalte. Tibi dixit cor meum exquisiuit te facies meã, faciem tuam Domine requiram, cumq; illud præstiteris, in omnibus pacẽ habebis, & securo, ac quieto animo eris. A Sicut enim acus horologij, quã tetigit petram magnetem, quiescere non valet, donec è regione sit abstriborealis, qd vulgo Polus dr, ita anima nostra, ꝙ per fidẽ Deũ tetigit, non quiescit, nisi cum Deũ respicit, ac quærit tunc est sicut columba, quẽ non inuenit obquiescere pes eius, donec reuersa est ad arcam. (Simile) (Gen.8) Qui.n. tpalia quærit, quem mutantur, cum ipsis mutat. Et ut Isaias ait, Cor ĩpij quasi mare feruẽs, quod quiescere non potest, quia extra cẽtrũ est, & extra locum sibi conuenientẽ. (Isa.57)

Secundum ei attendendum, qui literis incumbit est, ut sciẽtiam cha[r]itati associet, si enim scientia sola sit, licet homo sciens dicatur, tamen alia parte ignorans est, quia nescit uti scientia, ut debet B si uero scientia coniuncta sit uirtuti, nõ solũ hõ scit uerũ ẽt nouit rectè ut scientia, nõ ad superbiã, sed ad ædificationẽ, & iõ perfectus in scientia est, De qua ait Paulus ait. (1.Co.8) (D.Th.) Scientia inflat, charitas uero ædificat. Si qs autem se existimat, scire aliqd, nondum cognouit, quemadmodũ oporteat eum scire. Si quis ante diligit Deum, hic cognitus est ab eo. Quasi dicat, circa idolothita sciẽtiam habetis, sed si hæc sciẽtia sine charitate sit, inutiliter habetur, quia scientia sine charitate inflat, & superbiæ ac tumoris creatrix. Vnde sapiens. In multa sapientia multa est indignatio. (Eccl.1) Et ideo Aegyptiorum plaga fuit uesicæ turgentes, quia sapientes huius mundi superbiunt, ac intumescunt. C (Exo.9) Charitas uero ædificat, quia attẽdit proximorum utilitati, non quærens quæ sua sunt. Ideo Augustinus, addite scientiæ charitatem, & utilis erit scientia. Et Aristoteles ait, scire autem nihil, aut parum ꝓdest ad uirtutum. Addit Paulus. Si qs autem existimat scire aliquid, &c. idest, si quis inflatur scientia, & putat se sapientem, seque magni ducit: vel aliter, si qs non habens charitatem, sed solam sciam inflantem, putat se sufficienter scire, hic decipitur, quia nescit vti scientia ad aliorum certe ædificationem Qui verò diligit, sufficienter habet sciẽtiam, quia non solum sciens, uerum etiã

habet

A habet modum, quo scientia recte vtatur & ideo hic cognitus est a Deo, idest approbatus,quia noui Dominus, qui sunt
8.Ti.2. eius. Vnde talis vere dicitur scire Deo eum approbante, ac gradum concedēti. Licet ergo scientia faciat scientem,tamē charitas facit,ut recte scientia utatur, si ne quo usu recto scientia ignorantia est, nec hoī proficua. Dicit hæc Paulus propter quosdam ex Corinthijs, qui sciebat idolothita posse manducari,sed hac sciētia non recte vtebantur, quia charitate præditi non erant,& ideo cum proximorum scandalo manducabat, quod non licet. Simili ratione omnis sciētia in peccatore deturpata est; quia charitate non præditus ea male vtitur in aliorum con-
B temptum, in uanam sui æstimationem, in iniusti lucri acquisitionem.

Tertium attendendum studioso est,ut serio, & totis uiribus literis incumbat. Multi otiari volūt, nec laborare in literarum studijs, & de hac causa amplius laborant, quia ea quæ breui tempore cura adhibita peragere possent multis annis non assequuntur. Magni certe ducenda
Berna. scientia est,ait Ber. vbi supra, quia Osee. ait[Quia tu repulisti scientiā, repellā, &
Osea.4 ego te,vt non fungaris mihi sacerdotio.] Et Daniel ait.[Qui docti fuerit,fulgebūt quasi splendor firmamēti,& qui ad iusti
Da.12. tiam erudierint plurimos, quasi stellę in perpetuas ęternitates.]Magnū quid sciētia,est quia ornamentum intellectus,qui potissima potētia a hominis est,qa uolūtatis magistra,docens illam,quę recta sit
C via ad uirtutē, quia alijs benefacere multum potest,& eos iuuare,quia rempublicam tuetur,quæ a viris sapientibus regitur,ac cōseruatur. Si scientiam de mundo abstuleri,solē te substulisse crede. Sine scientia barbari homines sunt. Et tanti duxit sapientiam Salomon,ut dixerit.
Sap.7. [Præposui illā regnis, & sedibus,& diuitias nihil esse duxi in cōparatione illius] melior est negociato illius auro, & argēto.[Et omne aurum in cōparatione eius arena est exigua.]Cum ergo res hęc tāta sit,totis neruis intēdere debet studiosus, ut eā acquirat, qua ratione studiosus dicitur,& studiositas uirtus hæc attendēs, quia studium maximam animi intentionem significat. Virtus ergo hæc suo nomine ostendit, totis uiribus incumbendum literis, non oscitāter, ac negligenter. Si enim omnis ars exigit intentum animum addiscentis, multo magis scientia tanquam nobilior, qua intellectus perficitur, qui est uelut tabula rasa,& iō sicut optaret tabula depingi, & aer illuminari,si in eis uoluntas esset, ita optare homo debet scientiam. Ideo Sapiēs ait.
(Qui euitat discere incidet in mala) vacā Pro.17
dum aliquando est, & otio sancto utendum, ideo uacare ab studijs oportet, & ideo, quas vulgo dicimus. (Vocationes) concedunt. Sicut Christus suis ait,qesci te pusillum. Et in quietem concessit natura animalib. somnum. Signum tamē
bonę quietis est, redire ad operationem B
strenue. Ideo nunc studijs incumbe, ne incidas in mala,quidem culpæ,& pœnæ Culpæ quidem,quia vt Sapiēs ait.[Mul Ec.33.
tam malitiā docuit otiositas in opere cōstitue eum, sic.n.condecet illum.]In mala etiam pœnæ incidet, in paupertatem, miseriam,ignominiamq. Et in habetudinem intellectus,sicut equus non exercitatus ineptus redditur cursui,& nauis diu in illittore stās immunditijs impletur, & peripsema Omni ergo cura studij uaca. Hin cest quod pręclari Philosophi orbe terræ pera grarunt, ut magnos inuenirent magistros,ut refert Hieron. in prolo. Bibliæ. Plato usq; in Aegy Hiero
ptum uenit, ut Architam Tarentinum C
audiret. Apollonius Thianeus orbē circumuijt,ut Hiarcam magistrum inueniret. Et hac de causa,ut literis liberius vacarent,plurimi Philosophi diuitias contempserunt, & eorum quidam oculos sibi eruerunt. Cum igitur hac naturali lege, pronaque mentis nostrę uineamur constricti, qua excellere pulchrum ducimus,labi autē,& errare,nescire, & decipi,& malum,& turpe putemus,non mirum si literis operam serio demus.

Vt autem ea, quę diximus pstet scholasticus,cauere debet a prauorum cōsuetudine,qui eum ad uitia pertrahunt, & multa impedimenta literarū studijs obijciunt. Qua in re Salomonis exemplum

fun-

A fundamentum est. de quo sacra Regum historia ait. Rex aũt Salomon adamauit mulieres alienigenas multas, super quibus dixit Dñs filijs Israel, non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad uestras, certissimè.n.auertent corda uestra, ut sequamini Deos earum. Nõ seruauit Salomon, & eo usq; perductus est, ut coleret idola, & eis templa ædificaret. Quis his auditis non paueat ac se seruet a malorum consuetudine? Si eo usq; perductus Salomõ est malarum consortio mulierum, quo te non perducendum credes? Tibi ergo dictum puta si prauis cõsuetudine, ac amicitia iungeris, certissimè auertet cor tuum, ut sequaris uitia eorum. Id enim in iuuenibus facilius, ac certius efficitur quam in uiris grandæuis. Iuuenes etenim natura sua faciles, ac prompti sunt ad eos mores suscipiendos, quos in socijs uiderint. Similesque sunt ceræ blandæ, quæ sigilli impressionem facilè recipit. De uitãda malorum cõsuetudine plura uide hoc tomo in sermone secundo de tribus inimicis animę in sermone de Mundo.

3. Reg. 11.

B

Vltimum denique scholastico curandum illud est, ut uitam studiosam sibi instituat, præscribens sibi aliqua facienda, quibus in uirtute proficiat. Inter quæ illa sunt præcipua, sacramentorum frequens usus, singularis ad Mariam affectus ac deuotio, recitatio rosarij. Missæ quotidie interesse, examen conscientię, aliqua corporis afflictio, qua aduersus rebellem carnem, quæ in iuuenibus præcipue dominatur, pugnet, piorum librorũ lectio, reiectis uanis, & ueneno infectis libris, & ad hæc oĩa eligat sibi optimum confessarium, qui eum instituat. Cogitare que debet, simile quid sibi accidere, q̃ Herculi iuueni, ut refert Xenophon, qui in agrum egressus duas uidit uias, alteram latam, ac spatiosam, in qua ei apparuit mulier pulchra, & petulans monẽs eum, ut se sequeretur per uoluptatis uiã, promittens ei delitia. Vidit uero uiam, aliam strictiorẽ in qua matrona grauis erat, promittens ei, si eam teneret uiam, eum Deum futurum. Cum uero Hercules hæc attendisset, deliberauit angustã

C

Xeno.

tenere uiam ut Deus fieret. Has duas uias Pytagoras in litera, Ypsilon describebat, cuius pars una latior, altera angustior est. Ita nunc ingredienti scholastico scholas duæ uiæ proponuntur, altera negligẽtię in liter s, comessationis, ebrietatis, ludi, luxuriæ. Altera uero uirtutis, & studiositatis, uia prior ampla est, uia secunda angusta, sed illa ducit ad mortem, hæc ad uitam: uia illa, uia inferi est, hæc uia uitæ. De quibus uijs multa habes Dominica III. & IIII. Aduentus. Scholasticus iuuenis in initio est harum uiarũ, facileq. hãc, uel illã tenere potest, q̃ si aberret, difficile postea uia rectã tenebit. Sicut.n.is qui in biuio est, facilè tenere põt uiam, q̃ maluerit, quod si unã teneat uiã, & in ea multũ processerit, difficilè ad aliam redire poterit, Ita initio uitæ facilè est uiã uirtutis arripere, si uero quispiam uiam uitiorum tenuerit, & in ea multum tẽporis posuerit, ægrè ad uiam uirtutis redire poterit. Pertinet scẽda uerba illa Prophetæ sunt. Si mutare potest Aethiops pellem suã, aut pardus uarietates suas, & uos poteritis benefacere, cũ didiceritis malũ. Nunc ergo cũ in initio uiæ es, in prõptu habes uirtutis uiã, sine ulla difficultate eã tenere poteris, eã tene, & dic cum Ps. Cogitaui uias meas, et conuerti pedes meos in testimonia tua. Et uiam ueritatis elegi, iudicia tua non sum oblitus. Sed quæ uia ueritatis est? uia certè uera ad ciuitatem, illa est, quę ducit ad ciuitatem, non quę ampla aut delitijs referta

A

Simile B

Hie. 13

Ps. 118

C

Ita uia ueritatis illa dicitur, quę nos ducit in cęlestem patriam, quæ nos ducit in regnum ęternum, &c.

FINIS.